ente·inuenerũt campũ in terra sennaar·et habitauerũt in eo. Dixitq; alter ad proximũ suum. Venite faciamus lateres·et coquam⁹ eos ignũ. Habuerunt q; lateres pro saxis·z bitumen p cemento·z dixerunt. Venite faciamus nobis ciuitatẽ·z turrem cuiꝰ culmen p-tingat usq; ad celũ·z celebrem⁹ nomẽ nr̃m antեq; diuidamur in uniuersas terras. Descendit autẽ dñs ut uideret ciuitatẽ·z turrem quã edificabant filij adam·z dixit. Ecce unus est ꝓpl⁹·et unũ est labiũ omnibꝫ. Ceperũq; hoc facẽ: nec desistent a cogitacõibꝫ suis donec eas ope cõpleant. Venite igit̃ descendam⁹ z confundam⁹ ibi linguã eoꝝ·ut non audiat unusquisq; uocẽ proximi sui. Atq; ita diuisit eos dñs ex illo loco i uniuersas terras·et cessauerũt edificare ciuitatẽ. Et idcirco uocatum est nomen loci illi⁹ babel·quia ibi confusũ est labiũ uniuerse terre. Et inde dispsit eos dñs sup faciẽ cunctaꝝ regionũ. Hec sunt generacões sem. Sem erat centũ annoꝝ qñdo genuit arphaxat·biennio post diluuiũ. Vixitq; sem postq̃; genuit arphaxat quingentis ãnis·z genuit filios z filias. Porro arphaxat vixit tr̃igintaquinq; annis z genuit sale. Vixitq; arphaxat postq̃; genuit sale trecentis z tribus annis·z genuit heber. Vixitq; sale postq̃; genuit heber qdringentis et tribꝫ annis et genuit filios z filias. Vixit autẽ heber tr̃igintaquinq; ãnis z genuit phalech. Et vixit heber postq̃; genuit phalech qdringentis triginta annis·et genuit filios z filias. Vixit quoq; phalech triginta ãnis z genuit reu. Vixitq; phalech postq̃; genuit reu ducentis nouem annis et genuit filios et filias. Vixit autem reu tr̃igintaquinq; annis·et genuit saruch. Vixit q; reu postq̃; genuit saruch ducentis septẽ annis·z genuit filios et filias. Vixit autem saruch tr̃iginta annis·z genuit nachor. Vixitq; saruch postq̃; genuit nachor ducentis annis·et genuit filios z filias. Vixit autem nachor viginti nouem annis·et genuit thare. Vixit nachor postq̃; genuit thare centũdecẽ z nouẽ annis·z genuit filios z filias. Vixitq; thare septuaginta annis·z genuit abram·z nachor·z aram. Hec sunt autẽ generacões thare. Thare genuit abram·nachor·z aram. Porro aram genuit loth. Mortuusq; est aram ante thare prem suũ: i terra natiuitatis sue·i hur chaldeoꝝ. Duxerũt autẽ abrã·z nachor uxores. Nomẽ uxoris abram·sarai. Et nomẽ uxoris nachor·melcha filia aram pris melche z pris iesche. Erat autẽ sarai sterilis nec habebat filios. Tulit itaq; thare abram filium suũ·z loth filium aram filiũ filij suũ·z sarai nurũ suã·uxorẽ abrã filij sui·z eduxit eos de hur chaldeoꝝ ut irent in terrã chanaan. Veneruntq; usq; haram·z habitauerũt ibi. Et facti sũt dies thare ducentoꝝ quinq; ãnoꝝ·z mortuꝰ est in haran.

Dixit autẽ dñs ad abram. C. xn.
Egredere de terra z de cognacõne tua·z de domo pris tui·et veni in terrã quã monstrauero tibi. Faciãq; te in gentem magnã·et benedicã tibi·et magnificabo nomẽ tuũ eritq; benedictus. Benedicam benedicentibꝫ tibi·z maledicam maledicentibꝫ tibi·atq; in te benedicent̃ uniuerse cognacões terre. Egressus est itaq; abram sicut ꝓcepat ei dñs·z iuit cũ eo loth. Septuagintaquinq; annoꝝ erat abram: cũ egrederet̃ de haram. Tulitq; sarai uxorẽ

suā·et loth filiū frīs sui·uniuersamq; substanciā quā possederāt·t animas quas fecerant in haran·t egressi sunt ut irent i terrā chanaan. Cumq; uenissent ī eā: pransiuit abram terrā usq; ad locū sychem·et usq; ad conuallem illustrem. Chananeus autē tunc erat in terra. Apparuit autē dñs abram t dixit ei. Semini tuo dabo terrā hanc. Qui edificauit ibi altare domino qui apparuerat ei·et inuocauit ibi nomē eius. Et inde transgrediēs ad montē qui erat contra orientē bethel·tendit ibi tabernaculū suū·ab occidente habēs bethel·t ab oriente hay. Edificauit q; ibi altare dño·t inuocauit nomen ei⁹. Pergensq; abram uadēs·t ultra pgrediēs ad meridiē. Facta ē autē fames in terra. Descenditq; abram in egiptū ut pegrinarē ibi. Preualuerat enī fames in terra. Cumq; ppe esset ut ingrederetur egiptum·dixit sarai uxori sue. Noui q; pulchra sis mulier·et qñ cū uiderit egiptij·dicturi sūt·q; uxor illi⁹ est·t interficiēt me:t te reseruabūt. Dic ergo obsecro te:q; soror mea sis·ut bene sit michi ppter te et uiuat anima mea ob gratiā tui. Cū itaq; ingressus esset abrā egiptū:uiderūt egiptij mulierē q; esset pulchra nimis. Et nunciauerūt principes pharaoni t laudauerūt eā apud illū. Et sublata ē mulier ī domū pharaonis·abram uero bene usi sunt propt illā. Fuerūtq; ei oues·t boues·et asini·t serui·et famule·t asine et cameli. Flagellauit autē dñs pharaonē plagis maximis·t domū ei⁹·ppt sarai uxorem abram. Uocauitq; pharao abram·t dixit ei. Quid nam ē hoc qđ fecisti michi? Quare nō indicasti michi q; uxor tua esset? Quāobcausam dixisti esse sororē tuā·ut tollerē michi eam ī uxorē. Nunc igit ecce coniūx tua· accipe eam t uade. Precepitq; pharao super abram uiris·t deduxerunt eum t uxorē ei⁹·t oīa que habebat. C. xm.

Ascendit ergo abram de egipto: ipse et uxor eius·et omnia que habebat·t loth cum eo:ad australem plagam. Erat autē diues ualde ī possessione auri et argenti. Reuersusq; ē p iter quo uenerat a meridie in bethel· usq; ad locū ubi prius fixerat tabernaculum inter bethel t hay·ī loco altaris qđ fecerat pri⁹·t inuocauit ibi nomē dñi. Sed t loth qui erat cū abram:fuerunt greges ouiū t armenta·t tabernacula·nec poterat eos capere terra ut habitarent simul. Erat quippe substantia eor; multa·t nequibant habitare simūiter. Unde facta ē rixa inter pastores gregū abram et loth. Eo autē tpe chananeus t pherezeus habitabāt ī illa terra. Dixit ergo abram ad loth. Ne queso sit iurgiū inter me et te·et inter pastores meos et pastores tuos·frēs enī sumus. Ecce uniuersa terra corā te est·recede a me obsecro. Si ad sinistrā ieris:ego dexterā tenebo·si tu dexteram elegeris:ego ad sinistrā pergā. Eleuans itaq; loth oculis·uidit omnē circa regionem iordanis·que uniuersa irrigabat· antequ; subuerteret dñs sodomam t gomorram:sicut paradisus dñi·t sicut egipt⁹ uenientibus ī segor. Elegitq; sibi loth regionē circa iordanem·et recessit ab oriente. Diuisiq; sūt alterutr; a fratre suo. Abram habitauit ī terra chanaan. Loth uero morat⁹ est in opidis que erant circa iordanē·t habitauit in sodomis. Homines autē sodomite pessimi erāt·t peccatores corā dño nimis. Dixitq; dñs ad abrā·postq; diuisus ē ab eo loth. Leua oculos tuos ī directū

et vide a loco in quo nūc es: ad aquilonem et meridiem· ad orientem et occidentem. Omnē terrā quā conspicis· tibi dabo ⁊ semini tuo usq; in sempiternum. Faciāq; semen tuū sicut puluerē terre. Si quis potest hoīm numerare puluerē terre· semen q; tuū numerare poterit. Surge ergo ⁊ pambula terrā· in lōgitudinē ⁊ in latitudinē suā: qa tibi dabr⁹ sum eā. Mouens igit̄ tabernaculū suū abram· venit ⁊ habitauit iuxta conuallem mambre· que est in hebron. Edificauitq; ibi altare dño.

Factū ē aut̄ in illo tpe ut C. xm. amraphel reḡ sennaar· ⁊ arioch reḡ ponti· ⁊ chodorlaomor reḡ elamitaꝝ et thadal reḡ gentiū· inirent bellū cōtra basa regē sodomoꝝ· ⁊ contra bersa regem gomorre· ⁊ cōtra semnaar regē adame· ⁊ contra semeber regē seboym· contraq; regem bale· ipa ē segor. Omnes hi cōuenerūt in vallem siluestrem· que nūc ē mare salis. Duodecim enī annis seruierāt chodorlaomor ⁊ tricesimo anno recesserūt ab eo. Igitur q̄rtodecimo anno· venit chodorlaomor et reges qui erant cum eo ⁊ percusserunt raphaym in astaroth· et carnaym· et zuzim cum eis· ⁊ emim· in save cariathaym· ⁊ chorreos i montibz seyr· usq; ad campestria pharan· que ē in solitudine. Reuersiq; sūt et venerunt usq; ad fontē mephat· ipa ē cades· et percusserūt omnē regionē amalechitaꝝ· et amorreoꝝ qui habitabāt in asasonthamar. Et egressi sunt reḡ sodomoꝝ· et reḡ gomorre· reḡq; adame· et reḡ seboym· necnon ⁊ reḡ bale que ē segor· et direxerūt aciem cōtra eos i valle siluestri· scilicet aduersus chodorlaomor regē elamitaꝝ· ⁊ thadal regem gentium· et amraphel regē sennaar et arioch regē ponti· q̄tuor reges aduersus quinq;. Vallis aut̄ siluestris habebat puteos multos bituminis. Itaq; reḡ sodomoꝝ et reḡ gomorre· terga verterunt ceciderunt; ibi· et qui remanserant· fugerunt ad montē. Tulerūt aut̄ omnē substantiā sodomoꝝ· et gomorreoꝝ· et uniuersa que ad cibum pertinent· et abierunt. Asseruit et loth et substantiā ei⁹· filiū fris abram· qui habitabat i sodomis. Et ecce unus qui euaserat· nunciauit abram hebreo· qui habitabat i cōualle mambre amorrei· fratris eschol· ⁊ fris aner. Hij enī pepigerāt fedus cū abrā. Qō cū audisset abram· captū videlicet loth fratrem suū· numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decē ⁊ octo· ⁊ psecutus est eos usq; dan. Et diuisis sociis irruit sup eos nocte. Percussitq; eos et psecut⁹ ē eos usq; soba· et phenicen q̄ est ad leuam damasci. Reduxitq; omnē substantiā· et loth frem suū cū substancia illius· mulieres q; et ppm. Egressus ē aut̄ reḡ sodomoꝝ i occursū ei⁹· postq; reuersus ē a cede chodorlaomor· ⁊ regū qui cū eo erant· i valle save que est vallis regis. At vero melchisedech reḡ salem· pferens panē et vinū. Erat enī sacerdos dei altissimi· benedixit ei· et ait. Benedictus abram deo excelso· qui creauit celū ⁊ terrā· ⁊ benedict⁹ deus excelsus· quo pregente hostes in manibus tuis traditi sūt· et dedit ei decimas ex omnibz. Dixit autem reḡ sodomoꝝ ad abram. Da michi animas· cetera tolle tibi. Qui rndit ei. Leuo manum meā ad dñm deū excelsum· possessorē celi ⁊ terre· q a filo subtegminis usq; ad corrigiā calige nō accipiā ex omnibz q̄ tua sunt· ne dicas· ego ditaui abrā· exceptis his que comederūt iuuenes· et partibus virorū qui venerunt mecū·

auer·eschol et mambre·isti accipient partes suas. Capl'm xv.

His itaq; transactis·factus est sermo dñi ad abram per visionē dicens. Noli timere abram·ego protector tuus et merces tua magna nimis. Dixitq; abram. Dñe deus q̄d dabis mihi? Ego vadam absq; liberis·et filius procuratoris domus mee·iste damascus eliezer. Addiditq; abrā. Mihi autē nō dedisti semē·et ecce vernaculus meus heres meus erit. Statimq; sermo dñi ad eū est dicens. Non erit hic heres tuus·sed qui egredietur de utero tuo·ipm habebis heredē. Eduxitq; eū foras·et ait illi. Suspice celū·et numera stellas si potes. Et dixit ei. Sic erit semen tuū. Credidit abram deo·et reputatū est illi ad iusticiā. Dixitq; ad eū. Ego dñs q̄ eduxi te de hur chaldeoꝝ·ut darem tibi terrā istā et possideres eam. At ille ait. Dñe deus·unde scire possum q̄ possessurus sim eā? Et respondit dñs. Sume mihi vaccā trienne et capram trienā·et arietē annoꝝ trium·turturem q; et columbā. Qui tollēs vniūsa hec·diuisit ea p medium et vtraq; pres contra se·alterutrum posuit. Aues autē non diuisit. Descendentq; volucres super cadavera·et abigebat eas abrā. Cūq; sol occūberet·pauor irruit sup abram·et horror magn9 et tenebrosus invasit eū. Dictūq; est ad eū. Scito p̄noscens q̄ peregrinū futurū sit semen tuū in terra nō sua·et subicient eos seruituti·et affligent quadringētis ānis. Verūtamen gentem cui seruituri sūt ego iudicabo·et post hec egredientur cū magna substancia. Tu autē ibis ad pres tuos in pace sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta·revertētur huc. Nec dū enī complete sunt iniquitates amorreoꝝ·usq; ad pns tēpus. Cum ergo occubuisset sol·facta est caligo tenebrosa·et apparuit clibanus fumās·et lampas ignis transiens inter diuisiones illas. In die illo pepigit dñs fed9 cū abrā dicēs. Semini tuo dabo terrā hanc·a fluuio egipti usq; ad fluuium magnū eufraten. Cineos et cenezeos·cethimoneos·et cetheos·et ferezeos. raphaym q; et amorreos·chananeos·et gergeseos·et iebuseos. Capl'm xvi.

Igitur sarai vxor abram nō genuerat sibi liberos·sed habēs ancillā egiptiā nomine agar·dixit marito suo. Ecce cōclusit me dñs ne parerem·ingredere ad ancillā meā·si forte saltē ex illa suscipiam filios. Cūq; ille acquiesceret depcanti·tulit agar egiptiā ancillā suā·post annos decē quā habitare coperāt in terra chanaan·et dedit eā viro suo vxorē. Qui ingressus ē ad eā. At illa cōcepisse se videns·despexit dñam suā. Dixitq; sarai ad abrā. Iniuste agis cōtra me. Ego dedi ancillā meā in sinū tuū·et videns q̄ cōceperit·despectui me habet. Iudicet dñs inter me et te. Cui respōdit abram. Ecce ait ancilla tua in manu tua est·utere ea ut libet. Affligente igitur eā sarai·fugā iniit. Cūq; invenisset eā ang̃elus dñi iuxta fontē aque in solitudine que est in via sur in deserto·dixit ad illā. Agar ancilla sarai·unde venis·et quo vadis? Que respondit a facie sarai dñe mee ego fugio. Dixitq; ei angelus dñi. Revertere ad dñam tuā·et humiliare sb manu illi9. Et rursum. Multiplicās multiplicabo semē tuū·et nō numerabit pre multitudine. Ac deinceps. Ecce ait. Cōcepisti·et paries filiū·vocabisq; nomē ei9 ysmael·eo q̄ audierit dñs afflictionem tuā. Hic erit ferus homo·manus

eius cōtra omnes·et manus omniū
cōtra eū. Et regione uniuersoꝝ fratꝝ
suoꝝ figet tabernacla. Vocauit autē
agar nomē dñi qui loquebat ad eā·
tu deus qui uidisti me. Dixit enī. Pro-
fecto hic uidi posteriora uidentis me.
Propter̄a appellauit puteū illū·puteū
uiuentis & uidentis me. Ipe ē inter cades
et barad. Peperitq; agar abre filiū·qui
uocauit nomen eius ysmahel. Octo-
ginta & sex annoꝝ erat abram·cūdo
pepit ei agar ysmahelem. Caplm xvm·

Postq; uero nonagīta & nouem
annoꝝ esse cepat·apparuit ei deꝰ.
Dixitq; ad eū. Ego dñs omnipotēs.
Ambula coram me·et esto perfectus.
Ponamq; fedus meū inter me & te·et
multiplicabo te uehementi nimis. Ce-
dit abram pronus in faciē. Dixitq;
ei deus. Ego sum·et ponam pactum
meū tecum·eritq; pater multaꝝ gentiū.
Nec ultra uocabit̄ nomē tuū abram·
sed appellaberis abraham·quia patrē
multaꝝ gentiū cōstitui te. Faciāq; te
crescere uehementissime·et ponā te in
gentibꝫ regesq; ex te egredient̄·& statuā
pactū meū inter me et te·et inter semen
tuum post te·in generacionibus tuis·
federe sempiterno ut sim deus tuus·et
seminis tui post te. Daboq; tibi & semi-
ni tuo post te terram pegrinacionis
tue·omnē terrā chanaan·in possessio-
nem eternā·eroq; deus eoꝝ. Dixit iteꝝ
deꝰ ad abraham. Et tu ergo custodies
pactū meū·et semen tuū post te in gene-
racionibꝫ suis. Hoc est pactu meū qđ
obseruabitis inter me & uos et semen
tuū post te. Circūcidet̄ ex uobis omne
masculinū·& circūcideris carnē ꝓpucij
uestri·ut sit in signū federis inter me &
uos. Infans octo dieꝝ circūcidet̄ in uo-
bis. Omne masculinū in generacionibꝫ
uestris·tam uernaculus q; emptiꝰ
circumcidet̄·& quicūq; fuerit de stirpe
ura. Eritq; pactū meū in carne ura in
fedus eternū. Masculus cuiꝰ prepucij
caro circūcisa nō fuerit·delebit̄ anima
illa de ppło suo·quia pactū meū irritū
fecit. Dixit q; deꝰ ad abrahā. Sarai
uxorē tuam nō uocabis sarai·sed sa-
ram. Et benedicā ei·& ex illa dabo tibi
filium cui benedicturus sum. Eritq; in
nacōnes·& reges ppłoꝝ orientur ex eo.
Cecidit abraham in faciē suā·et risit
in corde suo dicens. Putasne centena-
rio nascet̄ filius·& sara nonagenaria
pariet? Dixitq; ad dñm. Vtinā ysma-
hel uiuat coram te. Et ait dñs ad abra-
ham. Sara uxor tua pariet tibi filiū·
uocabisq; nomē eiꝰ ysaac. Et ꝯstituā
pactū meū illi in fedus sempiternū·et
seminī eius post eū. Sup ysmahel q;
exaudiui te. Ecce benedicā ei·& augebo
et multiplicabo eū ualde. Duodecim
duces generabit·& faciā illū crescere in
gentē magnā. Pactū uero meū statuā
ad ysaac·quē pariet tibi sara tpe isto·
in anno altero. Cumq; finitꝰ esset ser-
mo loquentis cū eo·ascendit deus ab
abraham. Tulit autē abraham ysma-
hel filiū suū·& omnes ūnaculos domꝰ
sue·uniuersos quos emerat·& cunctos
mares ex omnibꝫ uiris domus sue·&
circūcidit carnem ꝓpucij eoꝝ·statim i
ipa die sicut ꝓcepat ei deus. Abrahā
nonagīta & nouē erat annoꝝ·cūdo
circūcidit carnē ꝓpucij sui·et ysmahel
filius suus tredecim annos impleue-
rat·tpe circūcisionis sue. Eadem die
circūcisus ē abraham·& ysmahel filiꝰ
eius·et omnes uiri domus illiꝰ·tam
uernaculi q; emptiꝰ et alienigene pa-
riter circumcisi sunt. C. xvm·

Apparuit autē ei dñs in conualle

mambre·sedenti in ostio tabernaculi
sui in ipso feruore diei. Cūq; eleuasset
oculos·apparuerūt ei tres uiri stantes
prope eū. Quos cum uidisset·cucurrit
in occursum eor de ostio tabernaculi
sui·⁊ adorauit in terra ⁊ dixit. Dñe si
inueni gratiā i oculis tuis ne trāseas
seruū tuū. Sed afferam paxillū aque·
⁊ lauent pdes uri ⁊ requiescite sub ar-
bore. Ponāq; buccellā panis·⁊ cofor-
tet cor uīm postea trānsibitis. Idcirco
enī declinastis ad seruū uīm. Qui di-
xerunt. Fac ut locutus es. Festinauit
abraham in tabernaculū ad saram·
dixitq; ei. Accelera tria sata simile cō-
misce·et fac subcinericios panes. Ipse
uero ad armentū cucurrit·⁊ tulit inde
uitulū tenerrimū ⁊ optimū·deditq; pu-
ero. Qui festinauit·⁊ coxit illū. Tulit q;
butyr ⁊ lac·et uitulū quē coxerat·⁊ po-
suit corā eis. Ipse uero stabat iuxta eos
sub arbore. Cūq; comedissent dixerūt
ad eū. Ubi ē sara uxor tua? Ille rūdit.
Ecce in tabernaculo ē. Cui dixit. Reuer-
tens uenīā ad te tēpore isto·uita comi-
te·⁊ habebit filiū sara uxor tua. Quo
audito·sara risit post ostiū tabernacli.
Erāt autē ambo senes·puecteq; etatis·
⁊ desierāt sare fieri mulieb̄ria. Que risit
occulte dicens. Postq; cōsenui ⁊ dñs
meus uetul ē·uoluptati opam dabo.
Dixit autē dñs ad abraham. Quare
risit sara uxor tua dicens. Sum uere
paritura cū anus? Nūq̄d deo quitq;
ē difficile. Iuxta condictū reuertar ad
te hor eodē tpe·uita comite·et habebit
sara filiū. Negauit sara·dicēs. Non
risi timore pcita. Dñs autē. Non est
inq̄t ita·sed risisti. Cū ergo surrexissent
inde uiri·direxerūt oculos contra sodo-
mam·et abraham simul gradiebat·
deducēs eos. Dixitq; dñs. Non celare
potero abraham que gesturus sum·cū
futur sit in gentē magnā ac robusti-
ssimā·⁊ benedicende sunt in eo omnes
nacōnes terre. Scio enī q̄ pceptur sit
filijs suis ⁊ domui sue post se·ut custo-
diant uiam dñi·et faciant iudiciū et
iustitiam·ut adducat dominus ꝑter
abraham oīa que locut est ad eum.
Dixit itaq; dñs. Clamor sodomorū
⁊ gomorreor multiplicat est·⁊ pcm
eor aggrauatū est nimis. Descendā
et uidebo·utrū clamorē qui uenit ad
me·ope cōpleuerint·an non est ita ut
sciam. Conuersiq; inde·⁊ abierūt
sodomā. Abrahā uero adhuc stabat
corā dño·⁊ appropinquans ait. Sīc
quid ꝑdas iustū cū impio? Si fuerit
quinquagīta iusti i ciuitate·pibūt sit·
⁊ non parces loco illi ꝑter quinqua-
ginta iustos si fuerit in eo? Absit a te
ut rem hāc facias·et occidas iustū cū
impio·fiatq; iustus sicut impius. Sīc
est hoc tuū·qui iudicas omnē terram.
Sequaq; faciet hoc iudiciū. Dixitq;
dñs ad eum. Si inuenero sodomis·
quinquagīta iustos in medio ciuita-
tis·dimittā omni loco ꝑter eos. Re-
spondit abraham·⁊ ait. Quia semel
cepi·loquar ad dñm deū meū cū sim
puluis et cinis. Quid si minus quinq̄-
ginta iustis quīq; fuerit·delebis ꝑter
quadraginta quīq; uniūsam urbem.
Et ait. Sīc delebo si inuenero ibi qua-
draginta quīq;. Rursūq; locutus est
ad eū. Si autē ꝑdraginta ibi inuenī
fuerint quid facies? Ait. Non pcuca-
am ꝑter ꝑdraginta. Ne quaeso inq̄t
indigneris dñe si loquar. Quid si ibi
inuenī fuerint triginta. Rūdit. Non
faciam. Si inuenero triginta. Quia
semel ait cepi·loquar ad dñm meum.
Quid si ibi inuenī fuerit viginti·ait.

Non interficiã ꝓpter uiginti. Obsecro inquit ne iracaris dñe-si loquar adhuc semel. Quid si inuenti fuerint ibi decem? Dixit. Non delebo ꝓpter decẽ. Abijt dñs postq; cessauit loqui ad abraham-et ille reuersus ẽ in locũ suũ.

Venerunt q; duo angeli C. xix. Sodomã uespre-sedente loth in foribus ciuitatis. Qui cũ uidisset eos surrexit-et iuit obuiã eis-adorauitq; pronus in terrã et dixit. Obsecro dñi declinate in domũ pueri vri-& manete ibi. Lauate pedes uros et mane ꝓficiscemini in uiã vram. Qui dixerũt. Minime sed in platea manebim⁹. Cõpulit illos oppido ut diuerterẽt ad eũ. Ingressiq; domũ ei⁹ fecit cõuiuiũ-coxit azima et comederũt. Prius autem q; irent cubitũ-uiri ciuitatis vallauerũt domũ illi⁹-a puero usq; ad senem oĩs ps simul. Vocauerũt loth & dixerũt ei. Vbi sunt uiri qui introierũt ad te nocte. Educ illos hue ut cognoscam⁹ eos. Egressus ad eos loth post tergũ adducẽs ostiũ-ait. Nolite queso frẽs mei-nolite malũ hoc facere. Habeo duas filias-q; necdũ cognouerunt uirũ. Educam eas ad uos-& abutimini eis sicut uobis placuerit-dũmodo uiris istis nichil mali faciatis-quia ingressi sunt sub umbra culminis mei. At illi dixerũt. Recede illuc. Et rursus. Ingressus es inquiũt ut aduena-nũq; ut iudices. Te ergo ipm magis q; hos affligem⁹. Vimq; faciebant loth uehemẽtissime. Iamq; ꝓpe erat ut effringerent fores-& ecce miserũt manũ uiri-& introduxerũt ad se loth-clauseruntq; ostiũ-& eos qui foris erãt percusserũt cecitate-a minimo usq; ad maximum-ita ut ostiũ inuenire non possent. Dixerũt autẽ ad loth. Habes hic quẽpiã tuoꝝ generꝝ-aut filios aut filias. Omnes qui tui sũt-educ de urbe hac. Delebim⁹ enĩ locũ istum-eo q; increuerit clamor eoꝝ corã dño-qui misit nos ut ꝑdamus illos. Egressus itaq; loth locut⁹ ẽ ad generos suos-qui acceptури erant filias eius-& dixit. Surgite & egredimini de loco isto-quia delebit dñs ciuitatẽ hanc. Et uisus est eis q̃si ludẽs loqui. Cumq; esset mane-rogebant eũ angeli dicentes. Surge tolle uxorẽ tuã-& duas filias q̃s habes ne et tu pariter peas i scelere ciuitatis. Dilinquente illo-apphenderũt manũ ei⁹ et manũ uxoris ac duaꝝ filiaꝝ ei⁹-eo q; parceret dñs illi-eduxerũq; eũ & posuerũt extra ciuitatẽ-ibiq; locuti sunt ad eum-dicentes. Salua aiam tuã. Noli respicere post tergum-nec stes in omni loco circa regione-sed i monte saluũ te fac-ne & tu simul peas. Dixitq; loth ad eos. Queso dñe mi-quia inuenit seruus tu⁹ grãm corã te-et magnificasti gloriã et misericordiã tuã quã fecisti mecum ut saluares aiam meã-nec possum in monte saluari-ne forte apphendat me malũ et moriar. Est ciuitas hic iuxta-ad quã possum fugere parua-& saluabor in ea. Nũq̃d non modica est-et uiuet anima mea. Dixitq; ad eũ. Ecce etiã in hoc suscepi pces tuas-ut nõ subuertã urbem pro qua locutus es. Festina & saluare ibi-quia nõ potero facere quicq; donec ingrediaris illuc. Idcirco uocatum est nomẽ urbis illi⁹ segor. Sol egressus est sup terram-& loth ingressus ẽ segor. Igit̃ dominꝰ pluit sup sodomã & gomorram-sulphur & ignem a dño de celo-& subuertit ciuitates has-& omnẽ circa regionẽ-uniuersos habitatores urbiũ-et cũcta terre uirentia. Respiciensq;

uxor eius post se·uersa est in statuam salis. Abraham autē cōsurgens mane·ubi steterat prius cū dño·intuit⁹ est sodomam ⁊ gomorrā·et uniuersam terram regionis illius. Viditq; ascendentem fauillam de terra·q̄si fornacis fumū. Cū eni subuerteret dñs ciuitates regionis illi⁹·recordatus est abrahe·et liberauit loth de subuersione urbiū in q̄bus habitauerat. Ascenditq; loth de segor·et mansit in monte. Duę q; filie ei⁹ cū eo. Timuerat enī manere in segor·⁊ mansit in spelunca·ipe ⁊ due filie ei⁹ cū eo. Dixitq; maior ad minorem. Pater noster senex ē·⁊ nullus uiroꝝ remansit ī terra·qui possit ingredi ad nos iuxta morem uniuerse terre. Veni inebriem⁹ eū uino·dormiamusq; cū eo·ut seruare possum⁹ ex pre nro semen. Dederūt itaq; pri suo bibere uinum nocte illa. Et ingressa est maior·dormiuitq; cū pre. At ille non sensit nec quādo accubuit filia nec quādo surrexit. Altera q; die dixit maior ad minorē. Ecce dormiui heri cū pre meo·dem⁹ ei bibere uinū etiā hac nocte·⁊ dormies cū eo ut saluem⁹ semen de patre meo. Dederūtq; etiā ⁊ illa nocte patri suo bibere uinū. Ingressaq; minor filia dormiuit cū eo. Et nec quidē tunc sensit q̄ndo concubuerit·uel q̄ndo illa surrexit. Cōceperūt ergo due filie loth de patre suo. Pepitq; maior filiū·⁊ uocauit nomen eius moab. Ipse est pater moabitaꝝ usq; in presentē diem. Minor q; pepit filiū·⁊ uocauit nomē eius amon·id est filius pli mei·ipe ē pater ammonitaꝝ usq; hodie. C. xx.

Profectus inde abraham in terrā australē·habitauit inter cades et sur·⁊ peregrinat⁹ ē ī gerari. Dixitq; de sara uxore sua·soror mea ē. Misit ergo abimelech reꝝ gerare·⁊ tulit eam. Venit autē de⁹ ad abimelech p somnium nocte·⁊ ait illi. Ecce morieris pter mulierē quā tulisti·habet enī uirum. Abimelech uero nō tetigerat eā·⁊ ait. Dñe num gentem ignorantē·⁊ iustā interficies·nōne ipe dixit mihi soror mea est? Et ipsa ait. Frater meus est. In simplicitate cordis mei ⁊ mundicia manuū meaꝝ feci hoc. Dixitq; ad eū de⁹. Et ego scio q simplici corde feceris. et ideo custodiui te ne peccares in me·⁊ non dimisi ut tangeres eam. Nunc ergo redde uxorē uiro suo·⁊ orabit p te quia pphā ē·⁊ uiues. Si autē nolueris reddere·scito q morte morieris·tu et oīa que tua sunt. Statimq; de nocte surgens abimelech·uocauit omnes seruos suos·et locut⁹ ē uniuersa uerba hec in auribus eoꝝ. Timueruntq; omnes uiri ualde. Uocauit autē abimelech etiā abraham·et dixit ei. Quid fecisti nobis? Quid peccauim⁹ ī te·quia induxisti sup me ⁊ sup regnū meū pctm grande? Que nō debuisti facere·fecisti nobis. Rursusq; expostulās ait. Quid uidisti ut hoc faceres? Cui dit abrahā. Cogitaui mecū dicens. Forsitan nō ē timor dei ī loco isto·⁊ interficiēt me pp uxorem meā. Alias autē ⁊ uere soror mea est·filia patris mei·⁊ non filia matris mee·⁊ duxi eam in uxorē. Postq; autē eduxit me deus de domo patris mei·dixi ad eam. Hanc misericordiam facies mecū·in omni loco ad quē ingrediemur·dices q frater tuus sū. Tulit igit abimelech oues ⁊ boues ⁊ seruos et ancillas·⁊ dedit abraham. Reddidit q illi saram uxorē suā·⁊ ait. Terra coram uobis est·ubicūq; tibi placuerit habita. Sare autē dixit. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo. Hoc erit tibi

in uelamen oculoꝝ ad omnes qui recū sunt·et quocūq; preceris memento te deprecatū. Orante autē abraham·sanauit deꝰ abimelech ꝛ uxorē·ancillasq; eius ꝛ peperunt. Conclauserat enī dñs omnē uuluā domus abimelech·ꝓpter saram uxorem abrahe. Capꝫ xxi·

Uisitauit autē deus saram sicut promiserat ꝛ impleuit q̄ locutꝰ est. Cōcepitq; et peperit filiū in senectute sua·tpe quo p̄dixerat eī deꝰ. Vocauitq; abraham nomē filij sui quē genuit ei sara·ysaac. Et circūcidit eū octauo die·sicut p̄ceperat eī deus·cū centū esset annoꝝ. Isaac quippe etate prīs natus ē ysaac. Dixitq; sara. Risū fecit michi deus·et quicūq; audierit·corridebit michi. Rursūq; ait. Quis auditurus crederet abraham·qꝫ sara lactaret filiū quē pepit ei iam senī. Creuit igit puer·et ablactatꝰ ē. Fecitq; abraha grande cōuiuiū in die ablactacōnis eiꝰ. Cūq; uidisset sara filiū agar egipcie·ludentem·cū ysaac filio suo·dixit ad abraham. Eice ancillā hanc et filiū eiꝰ. Non enī erit hered filius ancille·cū filio meo ysaac. Dure accepit hoc abraha p filio suo. Cui dixit deus. Non tibi uideatur asperū sup puero ꝛ sup ancilla tua. Omnia q̄ dixerit tibi sara·audi uocē eiꝰ·quia ī ysaac uocabit tibi semen. Sed ꝛ filiū ancille faciā ī gentē magnā·quia semen tuū est. Surrexit itaq; abraham mane·ꝛ tollens panē·et utrem aque·imposuit scapule eius·ꝛ tradidit q; puerū·ꝛ dimisit eam. Que cū abisset·errabat ī solitudine bersabee. Cumq; consumpta esset aqua in utre·abiecit puerū subter unā arborē·que ibi erat·ꝛ abiit. Sedit q; eregione procul·q̄ntum potest arcus iacere. Dixit enī. Non uidebo morientē puerū. Et sedens cōtra leuauit uocē suā et fleuit. Exaudiuit autē deus uocē pueri. Uocauitq; angelꝰ dñi agar de celo dicēs. Quid agis agar? Noli timere. Exaudiuit enī deꝰ uocē pueri·de loco ī quo est. Surge ꝛ tolle puerū·et tene manū illius·quia in gentē magnā faciā eū. Aperuitq; oculos eiꝰ deus. Que uidens puteum aque·abiit ꝛ impleuit utrem·deditq; puero bibere·et fuit cū eo. Qui creuit ꝛ moratꝰ ē ī solitudine. Factusq; est uir iuuenis sagittariꝰ. Habitauitq; in deserto pharan. Et accepit illi mater sua uxorē de terra egipti. Eodē tpe dixit abimelech ꝛ phicol princeps exercitus eiꝰ ad abraham. Deus tecū est in uniuersis q̄ agis. Iura ergo per dñm·ne noceas michi·ꝛ posteris meis stirpiq; mee·sed iuxta misericordiam quā feci tibi·facies michi ꝛ terre ī qua uersatꝰ es aduena. Dixitq; abraha. Ego iurabo. Et increpauit abimelech ꝓpter puteū aque·quē ui abstulerāt serui eiꝰ. Rūditq; abimelech. Nescioꝫ quis fecerit hāc rem·sed ꝛ tu nō indicasti michi·et ego nō audiui p̄ter hodie. Tulit itaq; abraham·oues et boues·et dedit abimelech. Percusserūq; ambo fedus. Et statuit abraha septē agnas gregis seorsū. Cui dixit abimelech. Quid sibi volunt septem agne iste·quas stare fecisti seorsum? At ille. Septē inquit agnas accipies de manu mea·ut sint michi in testimoniū·qm̄ ego fodi puteum istū. Idcirco uocatꝰ est locus ille bersabee·quia ibi uterq; iurauit·et initū fedꝰ ꝓ puteo iuramēti. Surrexit autē abimelech·et phicol princeps exercitus eius·reuersiq; sunt in terrā palestinoꝝ. Abraham uero plantauit nemus in bersabee·et inuocauit ibi nomen dei eterni·et fuit colonus terre

palestinoꝝ diebus multis. Capꝫ xxm.

Que postꝫ gesta sunt: temptauit deus abraham·et dixit ad eum. Abraham abraham. Ille respondit. Assum. Ait illi. Tolle filiū tuū unigenitum quem diligis ysaac·⁊ uade in terrā uisionis atq; ibi offeres eū in holocaustū·sup unū montiū quē monstrauero tibi. Surgit abraham de nocte & surgens·strauit asinū suū·duces secum duos iuuenes·⁊ ysaac filiū suū. Cūq; cōcidisset ligna i holocaustū·abijt ad locū quē ꝓcerat ei de⁹. Die aut̄e tercio eleuatis oculis uidit locū ꝓcul·dixitq; ad pueros suos. Expectate hic cū asino·ego ⁊ puer illuc usq; ꝓcedentes·postq; adorauerim⁹ reuertemur ad uos. Tulit q; ligna holocausti·⁊ imposuit sup ysaac filiū suū. Ipse uero portabat in manibꝰ: ignem et gladiū. Cūq; duo pergerent simul·dixit ysaac patri suo. Pater mi⁹? At ille respōdit. Quid uis fili⁹? Ecce inquit ignis ⁊ ligna·ubi est uictima holocausti⁹? Dixit autem abraham. Deus ꝓuidebit sibi uictimā holocausti fili mi. Pergebāt ergo pariter·⁊ uenerūt ad locū quē ostenderat ei deus·i quo edificauit altare·et desup ligna cōposuit. Cūq; colligasset ysaac filiū suū·posuit eū in altare super struem lignorū. Extenditq; manū et arripuit gladiū·ut īmolaret filiū suū. Et ecce angelus dñi de celo clamauit dicēs. Abraha abrahā. Qui rndit. Assum. Dixitq; ei. Nō extēdas manū tuā sup puerū: neq; facias illi quicq;. Nūc cognoui q; timeas dñm·⁊ non pepercisti unigenito filio tuo ꝓpter me. Leuauit abraha oculos suos·uiditq; post tergū arietē int̄ uepres·hirsutē cornibꝰ. Quē assumēs·obtulit holocaustū pro filio. Appellauitq; nomen loci illius·dñs uidet. Vnde usq; hodie dicit̄·i monte dñs uidebit. Vocauit aut̄e angelus dñi abraham secūdo de celo dicens. Per memetipsū iurau dicit dñs·q̄a fecisti hāc rem·et nō pepercisti filio tuo unigenito ꝓpter me·benedicam tibi ⁊ multiplicabo semē tuū sicut stellas celi·et uelud arenā que est in litore maris. Possidebit semē tuū portas inimicoꝝ suoꝝ·et benedicent̄ in semine tuo omnes gentes terre·q̄a obedisti uoci mee. Reuersus ē abraha ad pueros suos·abieruntq; bersabee simul·⁊ habitauit ibi. Hijs itaq; gestis nūciatū est abrahā·q; melcha q; genuisset filios nachor fratri suo·hus ꝓmogenitū·et buz fratrem ei⁹·et chamuel patrē syroꝝ·⁊ chased·et azan·pheldas q;·⁊ jelath·⁊ bathuhel de quo nata est rebecca. Octo istos genuit melcha: nachor fratri abraham. Concubina uero illi⁹ noīe roma·peperit thabee·et gaon·et thaas·et maacha.

Dixit aut̄e sara centūuiginti septē annis·⁊ mortua ē in ciuitate arbee·q̄ est hebron i terra chanaan. Uenitq; abraha ut plangeret et fleret eā. Cūq; surrexisset ab officio funeris: locut⁹ ē ad filios heth dicēs. Aduena sū·⁊ pegrinus apud uos: date michi ius sepulcri uobiscū·ut sepeliā mortuum meū. Rndentq; filij heth dicentes. Audi nos dñe. Princeps dei es apud nos·in electis sepulcris nris sepeli mortuū tuū·nullusq; te prohibere poterit: quin in monumento ei⁹ sepelias mortuū tuū. Surrexit abraha et adorauit ppl'm terre·filios uidelicet heth. Dixitq; ad eos. Si placet anime ure ut sepeliā mortuū meū·audite me·et intercedite pro me apud ephron filiū seor·ut det michi spelunca duplicē quā habet i extrema parte agri sui. Pecunia digna

radat eā michi corā vobis·in possessiō sepulcri. Habitabat autē ephron in medio filiorum heth. Respondītq; ephron ad abrahā: cūctis audientibz qui ingredichant portā ciuitatis illi9· dicēs. Sequaq; ira fiet dñe mi·sed tu magis ausculta qđ loquor. Agrū trado tibi·et speluncā q in eo ē·presentibz filijs populi mei·sepeli mortuū tuum. Adorauit abraham corā dño z populo terre·z locutus est ad ephron: circumstante plebe ei9. Queso ut audias me. Dabo pecuniā pro agro·suscipe eam·z sic sepeliā mortuū meū in agro. Respōdītq; ephron. Dñe mi audi me. Terra quā postulas·quadringentos siclos argenti valet·istud est precium inter me et te·sed quantū est hoc·sepeli mortuū tuū. Quod cū audisset abraham·appendit pecuniā quā ephron postulauerat·audientibus filijs heth quadringentos siclos argēti·z ꝓbate monete publice. Cōfirmatusq; ē ager quondā ephronis·i quo erat spelūca duplex: respiciens mambre·tam ipe quā speluca·et omnes arbores eius in cūctis finibus ei9 p circuitū: abrahe in possessionē. Videntibus filijs heth· z cūctis qui intrabant portā ciuitatis illius. Atq; ita sepeliuit abrahā sarā uxorē suā·in spelūca agri duplicē qui respiciebat mābre. Hoc est ebron·in terra chanaan. Et ꝯfirmatus ē ager·z antrū qđ erat i eo: abrahe i possessionē monumēti·a filijs heth. Capl'm xxiii·

Erat autē abraham senex dierūq; multor·z dñs i cūctis benedixerat ei. Dixitq; ad seruū seniorē dom9 sue qui ꝑerat omnibz q habebat. Pone manū tuā subter femur meū·ut adiurem te ꝑ deū celi z terre·ut nō accipias uxorē filio meo de filiabz chananeor· inter quos habito: sed ad terram z cognationē meam proficiscaris: z inde accipias uxorem filio meo ysaac. Respōdit seruus. Si noluerit mlier venire mecū in terrā hanc·nūquid reducere debeo filiū tuū ad locū de quo tu egressus es? Dixitq; abraham. Cave nequando reducas filiū meū illuc. Dñs celi z terre qui tulit me de domo patris mei·et de terra nativitatis mee·q̄ locut9 est michi·et iurauit michi dicens·semini tuo dabo terrā hanc: ipe mittet angelū suū coram te·et accipies inde uxorē filio meo. Sin autē mlier noluerit sequi te·non teneberis iuramento: filiū tantū meū ne reducas illuc. Posuit ergo seruus manum sub femore abraham dñi sui: et iurauit illi super sermone hoc. Tulitq; decē camelos de grege dñi sui z abijt·et omnibz bonis eius portans secū: profectusq; pterijt in mesopotamiā·ad urbem nachor. Cumq; camelos fecisset accūbere extra opidum·iuxta puteū aque·vespere·eo tempore quo solēt mulieres egredi ad hauriendā aquā: orauit dīcēs. Dñe deus dñi mei abraham·occurre obsecro michi hodie: et fac misericordiā cū dño meo abrahā. Ecce ego sto prope fontē aque: et filie habitatorū hui9 ciuitatis egredientē ad hauriēdā aquā. Cui dixero·inclina ydriā tuā ut bibam·et illa rūdit bibe· quin z camelis tuis dabo potū: ipsa est quā ꝑparasti seruo tuo ysaac: z per hoc intelligam·q̄ feceris misericordiā cū dño meo abraham. Sed dū intra se ūba cōpleuerat: z ecce rebecca egrediebatur filia bathuel filij melche uxoris nachor fratris abrahā·habēs ydriam in scapula sua: puella decora nimis· virgoq; pulcerrima·z incognita viro.

Descenderat autē ad fontē ⁊ impleuerat ydriā aqua: ac reuertebat. Occurritq; ei seruus et ait. Pauxillū aque michi ad bibendū prebe de ydria tua. Que rūdit. Bibe dñe mi. Celeriterq; deposuit ydriam sup vlnā suā: et dedit ei potum. Cumq; ille bibisset· adiecit. Quin ⁊ camelis tuis hauriā aquam: donec cūcti bibant. Effundensq; ydriā in canalibz recurrit ad puteū ut hauriret aquā: et haustā omnibz camelis dedit. Ipe autē contemplabatur eam tacitus: scire volēs utrū prosperū iter suū fecisset deus an nō. Postq; autē biberunt camelī protulit vir inaures aureas· appendētes siclos duos: ⁊ armillos totidem· pondo siclorū decem. Dixitq; ad eā. Cuius es filia? Indica michi. Est in domo pris tui locus ad manendū? Que respōdit. Filia sum bathuelis filij nachor: quem pperit ei melcha. Et addidit dicēs. Paleaq; q; et fenū plurimū est apud nos: ⁊ locus spacios⁹ ad manendū. Inclinauit se homo ⁊ adorauit dñm dicens. Benedictus dñs deus dñi mei abraham· qui non abstulit misericordiam ⁊ veritatē suā a dño meo: ⁊ recto itinere me pduxit in domū fratris dñi mei. Cucurrit itaq; puella: ⁊ nūciauit in domū matris sue omnia q; audierat. Habebat autē rebecca fratrem noīe laban. Qui festin⁹ egressus est ad hominē ubi erat fons. Cūq; vidisset inaures· et armillas in manibz sororis sue· ⁊ audisset cūcta verba referētis hec locut⁹ ē michi homo: venit ad virū qui stabat iuxta camelos· ⁊ ppe fontē aque: dixitq; ad eum. Ingredere benedicte dñi. Cur foris stas? ꝑparaui domū et locū camelis tuis. Et introduxit eū in hospitiū· ac destrauit camelos: deditq; paleas et fenū· et aquā ad lauandos pedes camelor: ⁊ virorū qui venerant cū eo. Et appositus ē in ꝺspectu ei⁹ panis. Qui ait. Non comedā: donec loquar sermones meos. Rūdit ei. Loquere. At ille: seruus inquit abraham sum. Et dominus benedixit dño meo valde ⁊ magnificat⁹ ē: et dedit ei oues ⁊ boues· argentū et aurum seruos et ancillas· camelos ⁊ asinos. Et pepit sara uxor dñi mei: filiū dño meo i senectute sua: deditq; illi oīa q̄ habuerat. Et adiurauit me dñs meus dicēs. Nō accipies uxorē filio meo de filiabz chananeor· in quor⁹ terra habito: sed ad domū patris mei perges: ⁊ de cognatione mea accipies uxorē filio meo. Ego vero respōdi dño meo. Quid si noluerit venire mecū mulier? Dñs ait i cui⁹ cōspectu ambulo· mittet angelū suū tecū· et diriget viā tuā: accipiesq; uxorē filio meo de cognatione mea: ⁊ de domo pris mei. Innocens eris a maledictione mea: cū veneris ad proximos meos· et non dederīt tibi. Veni ergo hodie ad fontē aque et dixi. Dñe deus dñi mei abraham· si direxisti viā meā in qua nūc ambulo· ecce sto iuxta fontē aque: ⁊ virgo q̄ egredietur ad hauriendā aquā· audierit a me· da michi pauxillum aque ad bibendū de ydria tua· ⁊ dixerit michi· ⁊ tu bibe· ⁊ camelis tuis hauriā: ipa ē mulier quā ꝑparauit dñs filio dñi mei. Cūq; hec tacitus mecum volverem· apparuit rebecca veniens cū ydria quā portabat i scapula: descenditq; ad fontē: ⁊ hausit aquā. Et aio ad eam. Da michi paululū bibere. Que festinans deposuit ydriā de humero: ⁊ dixit michi. Et tu bibe: ⁊ camelis tuis tribuā potū. Bibi: ⁊ adaquauit camelos. Interrogauiq; eam ⁊ dixi. Cuius

es filia? Que respondit. Filia bathuelis sũ filij nachor: quẽ pepit ei melcha. Suspendî itaq; maures ad ornandã faciẽ ei9: ꝛ armillas posuî in manibz ei9. Pronusq; adorauî dñm: benedicens dño deo dñi mei abraham: qui pduxit me recto itinẽ: ut sumerẽ filiã frẽs dñi mei filio ei9. Quãobrẽ si facis misericordiã et veritatẽ cũ dño meo: indicate michi: siu autẽ aliud placet: et hoc dicite michi: ut vadam ad dexteram siue ad sinistrã. Rñderũt laban ꝛ bathuel. A dño egressus est sermo. Non possumꝰ extra placitũ ei9 quicq; aliud loqui tecũ. Ecce rebecca coram te est: tolle eã et proficiscẽ: et sit uxor filij dñi tui: sicut locutꝰ ẽ dñs. Quod cũ audisset puer abraham: procidẽs adorauit in terra dñm. Prolatisq; vasis argẽteis et aureis: ac vestibus: dedit ea rebecce pro munere. Fratribz q; eius et matri dona obtulit. Finitoq; convivio mansẽrũt pariter ꝛ bibentes manserũt ibi. Surgens autẽ mane: locutus est puer. Dimittite me: ut vadam ad dñm meum. Rñderunt; frẽs ei9 ꝛ mater. Maneat puella saltẽ decem dies apud nos: ꝛ postea proficiscetur. Nolite ait me retinere: quia dñs direxit viã meam. Dimittite me: ut pgã ad dñm meũ. Et dixerũt. Vocemꝰ puellã: ꝛ queramus ipius voluntatẽ. Cũq; vocata venisset: interrogati sũt. Vis ire cũ homine isto? Que ait. Vadã. Dimiserũt ergo eã et nutricẽ illius: secuũq; abraham et comites ei9: imprantes pspera sorori sue: atq; dicentes. Soror nra es. Crescas in mille milia: ꝛ possideat semen tuũ portas inimicoꝝ suoꝝ. Igit rebecca et puelle illius: ascensis camelis secute sũt virũ: qui festinus revertebat ad dñm suũ. Eo autẽ tẽpore deãbulabat ysaac per viã q ducit ad puteũ: cuius nomẽ est viventis et videntis. Habitabat enim in terra australi: et egressus fuerat ad meditãdũ i agro inclinata iam die. Cũq; eleuasset oculos: vidit camelos venientes procul. Rebecca q; conspecto ysaac: descendit de camelo: ꝛ ait ad puerꝝ. Quis ẽ ille homo qui venit p agrũ in occursũ nobis? Dixitq; ei. Ipe est dñs meus. At illa tollẽs cito palliũ suũ: cooperuit se. Seruus autẽ cũcta que gesserat: narrauit dño suo ysaac. Qui introduxit eã in tabernaculũ sare matris sue ꝛ accepit eam uxorem: et intantum dilexit eam: ut dolorem qui ex morte matris eius acciderat temperaret. Capt'm. xxv.

Abraham vero aliã duxit uxorem: nomine cethuram: que peperit ei zamrã: ꝛ iexan: ꝛ madan: ꝛ madian: et iesboch: et sue. Iexan q; genuit saba: et dadan. Filij dadan fuerũt assurim ꝛ lathusim ꝛ laomin. At vero ex madian ortus ẽ epha: ꝛ opher: ꝛ enoch: ꝛ abida: ꝛ eldaa. Omnes hij filij cethure. Dedit; abraham cũcta que possederat ysaac: filijs autem concubinarꝝ largitus est munera: et separauit eos ab ysaac filio suo dũ adhuc ipe viueret ad plagã orientalẽ. Fuerũt autẽ dies vite abrahe centũ septuaginta quinq; anni: ꝛ deficiẽs mortuꝰ est in senectute bona: plenus dierũ: congregatusq; est ad populũ suũ. Et sepelierũt eũ ysaac et ysmahel filij sui in spelũca duplici: q sita ẽ in agro ephron filij seor ethei: e regione mambre: quã emerat a filijs heth. Ibi sepultus ẽ ipe: ꝛ sara uxor ei9. Et post obitũ ei9 benedixit deus ysaac filio eius: qui habitabat iuxta puteũ nomine viventis: et videntis. Hec sũt generacones ysmahel

filij abrahe quē pepit ei agar egiptia famula sare: ⁊ hec nomina filioꝝ eiꝰ in vocabulis ⁊ generationibus suis. Primogenitus ysmahelis nabaioth: deinde cedar·⁊ abdehel·⁊ mabsan·masma quoq; et duma·et massa·adad ⁊ thema ⁊ ithur·⁊ naphis ⁊ cedma. Isti sunt filij ysmahel: et hec nomina per castella ⁊ oppida eoꝝ·duodecim prīcipes tribuū suaꝝ. Et facti sūt anni vite ysmahelis centū triginta septē: defecitq; mortuus est·et appositus ad populū. Habitauit autem ab eula usq; sur: q respicit egiptū introeūtibus assirios. Coram cūctis fratribꝫ suis obiit. Hec q; sunt generationes ysaac filij abrahē. Abraham genuit ysaac. Qui cū quadraginta esset annoꝝ: duxit uxorem rebeccam·filiā bathuelis syri·de mesopothamia·sororē laban. Deprecatusq; ē ysaac dīm pro uxore sua: eo q esset sterilis. Qui exaudiuit eū ⁊ dedit conceptū rebecce: sed collidebant̄ in utero eiꝰ puuli. Que ait. Si sic michi futuꝝ erat: q̄d necesse fuit cōcipere? Perrexitq; ut cōsuleret dīm. Qui rūdens ait. Due gētes sūt in utero tuo·⁊ duo pplī ex ventre tuo dividentur: populusq; populū superabit: ⁊ maior seruiet minori. Iam tēpus pariēdi aduenerat: ⁊ ecce gemini in utero eius reperti sunt. Qui pmꝰ egressus est rufus erat·⁊ totus in morem pellis hispidus: vocatūq; est nomē eius esau. Protinus alter egrediēs·plantā fratris tenebat manu: ⁊ idcirco appellauit eum iacob. Sexagenarius erat ysaac quādo nati sunt paruuli. Quibꝫ adultis·factus ē esau vir gnarus venādi·et homo agricola: iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Ysaac amabat esau eo q de venationibꝫ illiꝰ vesceretur: et rebecca diligebat iacob. Coxit autem iacob pulmentū. Ad quē cū veniisset esau de agro lassus ait. Da michi de coctione hac rufa: quia oppido lassus sum. Quāobrausam vocatū ē nomē eiꝰ edom. Cui dixit iacob. Vende michi primogenita tua. Ille rūdit. En morior. Quid michi pderūt pmogenita? Ait iacob. Iura ergo michi. Iurauit ei esau·⁊ vēdidit pmogenita: et sic accepto pane ⁊ lentis edulio comedit ⁊ bibit ⁊ abiit: pūpendēs q pmogenita vendidisset. Capīm xxv.

Orta autem fame super terrā post eam sterilitatē que acciderat in diebꝫ abrahē: abiit ysaac ad abimelech regē palestinoꝝ·in gerara. Apparuitq; ei dīs et ait. Ne descendas in egiptū: sed quiesce in terra quā dixero tibi ⁊ pegrinare in ea: eroq; tecū ⁊ benedicā tibi. Tibi enī et semini tuo dabo universas regiones has·complēs iramentū quod spopondi abrahe pri tuo: et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi. Daboq; posteris tuis universas regiones has: ⁊ benedicent̄ in semine tuo omnes gētes ire: eo q obedierit abraham voci mee·⁊ custodierit pcepta mea: ⁊ mādata mea et cerimonias legesq; seruauerit. Mansit itaq; ysaac in gerar. Qui cū interrogaret̄ a viris loci illius sup uxore sua·respōdit. Soror mea ē. Timuerat enim cōfiteri q sibi esset sociata cōiugio: reputans ne forte interficerēt eū pter illius pulcritudinē. Cūq; pertransissent dies plurimi ⁊ ibidē moraret̄·prospiciēs abimelech rex palestinoꝝ per fenestrā·vidit eū iocantē cū rebecca uxore sua: ⁊ accersito eo ait. Perspicuū est q uxor tua sit. Cur mentitus es eam sororē tuam esse? Rūdit. Timui ne morerer

propter eā. Dixitq; abimelech. Quare
imposuisti nobis? Potuit coire quis-
piam de populo cum uxore tua: & in-
duxeras sup nos grande crīn. Prece-
pitq; omni pplo dicens. Qui tetigerit
hominis hui⁹ uxorē·morte morietur.
Seuit autē ysaac ī terra illa: & inuenit
in ipso anno centuplū. Benedixitq; ei
deus·& locupletat⁹ ē hmo: & ibat pfici-
ens atq; succrescens·donec magnus
uehemēs effectus est: habuitq; possessi-
ones ouiū & armentoꝝ & familie plu-
rimū. Ob hoc inuidentes ei palestini·
oēs puteos quos foderāt serui pris
illius abraham·illo tpe obstruxerunt
implentes humo: intantū ut ipe abi-
melech diceret ad ysaac. Recede a nobis:
qm potentior nobis factus es valde.
Et ille discedens ut ueniret ad torrentē
gerare habitareq; ibi: rursum fodit
alios puteos·quos foderāt serui pris
sui abrahā: & quos illo mortuo olim
obstruxerāt philistijm. Appellauitq;
eos eisdem nominibs: qbs ante pater
uocauerat. Foderuntq; in torrente·et
repererūt aqm uiuā. Sed & ibi iurgiū
fuit pastoꝝ gerare·aduersus pastores
ysaac dicentiū. Nostra ē aqua. Quā-
obrem nomen putei ex eo qđ acciderat
uocauit calumniā. Foderunt autē et
aliū: & pro illo qz rixati sūt: appellauit-
q; eū inimicitias. Profect⁹ inde fodit
alium puteū: pro quo nō contenderūt.
Itaq; uocauit nomen eius latitudo·
dicens. Nunc dilatauit nos dns: et
fecit crescere sup terrā. Ascendit autē ex
illo loco ī bersabee: ubi apparuit ei do-
minus in ipa nocte dicens. Ego sum
deus abraham pris tui. Noli timere:
quia ego tecū sum. Benedicam tibi et
mltiplicabo semē tuū: pter seruū meū
abraham. Itaq; edificauit ibi altare
dño: et inuocato noīe dñi extendit ta-
bernaclm: ꝓcepitq; suis suis ut foderēt
puteū. Ad quē locū cū uenissēt de gera-
ris·abimelech et ochozath amici illi⁹
& phicol dux militū: locutus est ysaac.
Quid uenistis ad me hoīem quē odi-
stis: & expulistis a uobis? Qui respon-
derūt. Uidim⁹ tecū esse dñm: & idcirco
nos diximꝰ. Sit iuramentū inter nos.
et ineam⁹ fedus·ut nō facias nobis
quicq; mali: sicut et nos nichil tuoꝝ
attigimꝰ·nec fecimꝰ qđ te lederet: sed cū
pace dimisimꝰ auctū bñdictione dñi.
Fecit ergo eis cōuiuiū. Et post cibū &
potum surgētes mane·iurauerūt sibi
mutuo: dimisitq; eos ysaac pacifice ī
locū suū. Ecce autē uenerūt in ipo die
ad ysaac: ānunciātes ei de puteo quē
foderāt·atq; dicētes. Inuenim⁹ aquā.
Unde appellauit eum abundantiā·et
nomē urbis impositū ē bersabee·usq;
in pntem diem. Esau uero quadra-
genarius duxit uxores duas: iudith
filiā beeri ethei·& basemath filiā elon
eiusdem loci: que ambe offenderant
animum ysaac et rebecce. C. xxvii·

Senuit autē ysaac & caligauerunt
oculi eius·et uidere non poterat:
uocauitq; esau filiū suū maiorem: et
dixit ei. Fili mi. Qui rndit. Adsū. Cui
pater. Uides inqt qz senuerim: & igno-
rem diem mortis mee. Sume arma
tua·& pharetrā & arcū: & egredere foras.
Cumq; uenatu aliquid apprehenderis·
fac michi inde pulmentum sicut uelle
me nosti: & affer ut comedam: et bene-
dicat tibi anima mea anteq; moriar.
Qđ cū audisset rebecca·& ille abisset in
agrū ut uenationē patris impleret: dixit
filio suo iacob. Audiui patrē tuū lo-
quentem cū esau fratre tuo: & dicentē ei.
Affer michi de uenatione tua·& fac cibos

ut comedã: et benedicã tibi corã dño
ãteq; moriar. ſſlũc ergo fili mi acqui-
eſce conſilijs meis: ⁊ pgens ad gregẽ
affer michi duos hedos optimos· ut
faciã ex eis eſcas patri tuo· quibz libenter
veſcatur: quas cũ intuleris et come-
derit· benedicat tibi prius q̃z moriat.
Cui ille rñdit. ſſlosti q; eſau frater me-
us homo pilosus sit· et ego lenis. Si
attrectauerit me pater meus et senserit·
timeo ne putet sibi voluisse me illudẽ:
et inducat super me maledictionẽ pro
bñdictione. Ad quẽ mater: in me sit
ait ista maledictio fili mi: tantũ audi
vocẽ meã· ⁊ pgens affer q̃ dixi. Abijt ⁊
attulit: dedit q; matri. Parauit illa
cibos sicut velle nouerat patrem illius:
et vestibz eſau valde bonis· q̃s apud
se habebat domi induit eũ· pelliculasq;
hedoz circũdedit manibz: ⁊ colli nuda
protexit. Dedit q; pulmentũ: ⁊ panes
quos coxerat tradidit. Quibz illatis·
dixit. Pater mi. At ille rspõdit. Au-
dio. Quis es tu fili mi? Dixit q; iacob.
Ego sum pmogenit9 tuus eſau. Feci
tibi sicut pcepisti michi. Surge· sede ⁊
comede· de venatõne mea: ut benedi-
cat michi aia tua. Rursũ q; ysaac ad
filiũ suũ. Quõ inquit tã cito inuenire
potuisti fili mi? Qui rñdit. Voluntas
dei fuit: ut cito occurreret michi qđ vo-
lebam. Dixit q; ysaac. Accede ad me
huc ut tangam te fili mi: ⁊ ptem utrũ
tu sis filius me9 eſau· an nõ. Accessit
ille ad patrẽ: ⁊ palpato eo· dixit ysaac.
Vox quidẽ· vox iacob est: sed manus·
manus sunt eſau. Et non cognouit
eũ: qã pilose man9· similitudinẽ ma-
ioris expresserãt. Benedicens ergo illi·
ait. Tu es fili9 me9 eſau? Rñdit. Ego
sum. At ille affer inquit michi cibos
de venatione tua fili mi: ut benedicat
tibi anima mea. Quos cum oblato
comedisset: obtulit ei etiã vinũ. Quo
hausto: dixit ad eũ. Accede ad me: et
da michi oscũm fili mi. Accessit: ⁊ oscu-
latus ẽ eũ. Statiq; ut sensit vestimen-
toz ei9 fragrantiã benedicens illi ait.
Ecce odor filij mei· sicut odor agri ple-
ni: cui benedixit dñs. Det tibi deus de
rore celi· et de pinguedine terre ĩ abun-
dantiã frumẽti· vini ⁊ olei: et seruient
tibi ppli· ⁊ adorent te tribus. Esto dñs
fratrũ tuoz: ⁊ incuruentur ante te filij
matris tue. Qui maledixit tibi· sit ille
maledictus: ⁊ qui benedixerit tibi bene-
dictionibz repleat. Vix ysaac sermonẽ
impleuerat: et egresso iacob foras· ve-
nit eſau: coctosq; de venatione cibos
intulit patri dicens. Surge pater mi·
⁊ comede de venatõne filij tui: ut bene-
dicat michi aia tua. Dixitq; illi ysaac.
Quis enĩ es tu? Qui rñdit. Ego sum
filius tu9 primogenit9 eſau. Expauit
ysaac stupore vehemẽti: ⁊ ultra q̃z credi
potest ammiras ait. Quis igit ille est
qui dudũ captam venatõnẽ attulit
michi· ⁊ comedi ex omnibz priusq; tu
venires? Benedixiq; ei: ⁊ erit bñdictus.
Auditis eſau sermonibz pris· irrugijt
clamore magno: et cõsternat9 ait. Be-
nedic etiã et michi pater mi. Qui ait.
Venit germanus tuus fraudulent: et
accepit bñdictionẽ tuã. At ille ibiũxit.
Iuste vocatũ ẽ nomẽ ei9 iacob. Sup-
plantauit enĩ me: en altera vice. Pri-
mogenita mea ante tulit: et nũc ecce
surripuit bñdictionem meã. Rursũq;
ad patrẽ: nũquid non reseruasti ait ⁊
michi benedictionẽ? Rñdit ysaac. Do-
malefici in incantacionibz suis·ut educerent scinifes:et non potuerūt. Erātqz scinifes tam in hominibz quam in iumentis. Et dixerūt malefici ad pharaonem. Digitꝰ dei est hic. Sed duratum est cor pharaonis:et nō audiuit eos: sicut preceperat dñs. Dixit quoqz dñs ad moysen. Consurge diluculo:et sta coram pharaone. Egredietur enī ad aq̄s. Et dices ad eum. Hec dicit dñs. Dimitte populū meum:ut sacrificet michi. Quod si non dimiseris eū:ecce ego mittam in te·et in seruos tuos·et in ꝓplm tuū· et in domos tuas· oīe genus muscaꝝ: et implebūtur oīes domꝰ egiptioꝝ·muscis diūsi generis et uniūsa terra in qua fuerint. Faciāqz mirabilem in die illa terram gessen·in qua ꝓplus meus ē ut nō sint ibi muscę: et scias quoniam ego dñs in medio terre:ponamqz diuisionem inter ꝓplm meū et populū tuū. Cras erit signum istud. Feciteqz dñs ita. Et venit muscа grauissima in domos pharaonis et seruoꝝ eius·et in omnem terrā egipti: corruptaqz est terra ab huiusmodi muscis. Vocauitqz pharao moysen et aaron:et ait eis. Ite:et sacrificate deo uro in terra hac. Et ait moyses. Non potest ita fieri. Abominaciones enī egiptioꝝ immolabimꝰ dño deo nro Quod si mactauerimꝰ ea que colunt egiptij corā eis:lapidibz nos obruēt. Viam trium dierū pergemus in solitudinē:et sacrificabimꝰ dño deo nro sicut ꝓcepit nobis. Dixitqz pharao. Ego dimittā vos·ut sacrificetis dño deo uestro ī deserto:ueruntamen longius ne abeatis. Rogate pro me. Et ait moyses. Egressus a te orabo dñm: et recedet muscа a pharaone·et a seruis suis·et a ꝓplo eiꝰ cras. Verūtamē noli ultra fallere:ut nō dimittas populū sacrificare dño. Egressusqz moyses a pharaone·orauit dñm. Quiq fecit iuxta uerbū illiꝰ:et abstulit muscas a pharaone·et a seruis suis·et a ꝓplo eiꝰ. Non superfuit nec una ꝙdem. Et ingrauatū est cor pharaonis:ita ut nec hac quidem uice dimitteret populū

C. ix.

Dixit autē dñs ad moysen. Ingredere ad pharaonē:et loq̄re ad eū. Hec dicit dñs deus hebreoꝝ. Dimitte ꝓplm meū:ut sacrificet michi. Quod si adhuc renuis et retines eos: ecce manus mea erit sup agros tuos·et super equos et asinos et camelos·et oues et boues:pestis ualde grauis. Et faciet dñs mirabile inter possessiones israel et possessiones egiptioꝝ:ut nil omnino pereat ex his que ptinēt ad filios israel. Constituitqz dñs tempus dicēs. Cras faciet dñs uerbū istud in terra. Fecit ergo dñs uerbū ipm altera die:et mortua sūt oīa aiantia egiptioꝝ. De aialibz uero filioꝝ israel nichil omīno perijt. Et misit pharao ad uidendum: nec erat quicq̄ mortuū de his que possidebat israel. Ingrauatūqz est cor pharaonis: et nō dimisit ꝓplm. Et dixit dominus ad moysen et aaron. Tollite plenas manus cineris de camino: et spergat illū moyses ī celū coram pharaone: fiatqz puluis sup omnē terram egipti. Erunt enī in hominibus·et iumentis ulcera et uesice turgentes: in uniuersa terra egipti. Tulerunteqz cinerem de camino·et steterūt corā pharaone:et sparsit illū moyses in celū. Factaqz sunt ulcera uesicaꝝ turgentiū in hominibz et iumentis:nec poterant malefici stare corā moyse ꝓpter uulnera que in illis erant:et in omni terra egipti. Indurauitqz dominꝰ cor pharaonis:et non

audiuit eos sicut locut⁹ est dominus ad moysen. Dixit q; dñs ad moysen. Mane consurge·et sta coram pharaone: et dices ad eū. Hec dicit dominus deus hebreoꝝ. Dimitte ppl'm meū·ut sacrificet michi: quia in hac uice mittam oēs plagas meas sup cor tuū· et sup seruos tuos·⁊ sup ppl'm tuū: ut scias quod nō sit similis mei ī omni terra. Nūc enī extendens manū·percutiam te et ppl'm tuū pestc: pibitisq; de terra. Idcirco autem posui te ut ostendam in te fortitudinē meam: et narretur nomē meū in omni terra. Adhuc retines pp'l'm meū: ⁊ non uis eū dimittere? En pluā cras hac ipa hora grandinem multā nimis: qualis nō fuit in egipto a die qua fundata est·usq; in pīsens temp⁹. Mitte ergo iam nūc: et cōgrega iumēta tua·et omnia que habes ī agro. Homines enī ⁊ iumenta·et uniūsa que inuenta fuerint foris· nec congregata de agris: ceciderit q; sup ea grando: morietur. Qui timuit uerbum dñi de seruis pharaonis: fecit confugere seruos suos et iumenta in domos: qui autē neglexit sermonem dñi: dimisit seruos suos et iumenta in agris. Et dixit dñs ad moysen. Extende manū tuā ī celū·ut fiat grando in uniuersa terra egipti: sup homines et sup iumenta·et sup omnem herbam agri·in terra egipti. Extenditq; moyses uirgam in celū: et dñs dedit tonitrua et grādinē ac discurrēria fulgura sup terram. Pluitq; dñs grandinem sup terram egipti: et grando et ignis· mixta pariter ferebātur. Tanteq; fuit magnitudinis: q̄nta ante nūq; apparuit in uniūsa terra egipti ex quo gens illa condita est. Et percussit grando in omni terra egipti cūcta que fuerunt in agris: ab homine usq; ad iumentū. Cunctāq; herbam agri percussit grando: et omne lignū regionis contrexit. Tantū in terra ielsen ubi erant filij isrl· grando non cecidit. Misitq; pharao· et uocauit moysen ⁊ aaron: dicēs ad eos. Peccaui etiā nunc. Dñs iustus: et ego et pp'l's me⁹ impij. Orate dñm· ut desinant tonitrua dei et grando: ut dimittā uos·et nequaq; hic ultra maneatis. Ait moyses. Cum egressus fuero de urbe·extendā palmas meas ad dñm: et cessabūt tonitrua·et grando nō erit: ut scias quia dñi est terra. Noui autē: q̄ nec tu ⁊ serui tui necdum timeatis dñm deū. Linū ergo ⁊ ordeū cesum est: eo q̄ ordeum esset uirens·et linū iam follicl'os germinaret. Triticū autē et far non sūt lesa: quia serotina erant. Egressusq; moyses a pharaone ex urbe·extendit manus ad dñm: et cessauerunt tonitrua ⁊ grando: nec ultra stillauit pluuia sup terram. Uidens autē pharao q̄ cessasset pluuia et grando ⁊ tonitrua auxit peccatū: ⁊ ingrauatū ē cor ei⁹ nimis: nec dimisit isrl· sicut p̄cepat dñs pr manū moysi.

Et dixit dñs ad moysen. C·x·

Ingredere ad pharaonē. Ego enī indurauī cor eius·⁊ seruoꝝ illius· ut faciam signa mea hec in eo: et narres in auribus filij tui et nepotū tuoꝝ· quotiens attriuerim egiptios et signa fecerim in eis: ⁊ sciatis quia ego dñs. Introierunt ergo moyses ⁊ aaron ad pharaonē: et dixerūt ei. Hec dicit dñs de⁹ hebreoꝝ. Usquequo nō uis subici michi? Dimitte pp'l'm meum: ut sacrificet michi. Si autē resistis·⁊ nō uis dimittere eū: ecce ego inducam cras locustam in fines tuos·que operiet superficiē terre·ne quis possit eius apparere: sed

comedatur quod residuū fuerit grandinī. Corrodet enī omnia ligna que germināt ī agris: et implebūt domos tuas. ⁊ suoꝝ tuoꝝ: et oīum egyptioꝝ: quantā nō viderūt patres tui et aui ex quo orti sunt sup terrā. usqꝫ in p̄sentem diem. Auertitqꝫ se: ⁊ egressus est a pharaone. Dixerunt autē serui pharaonis ad eū. Vsquequo patiemur hoc scandalū? Dimitte homines. ut sacrificent dño deo suo. Nōne vides quod perierit egyptus? Reuocauerūtqꝫ moysen ⁊ aaron ad pharaonē. Qui dixit eis. Ite: sacrificate dño deo vr̄o. Qui nam sunt qui ituri sūt? Ait moyses. Cū paruulis nostris et senioribꝫ pergemus: cū filijs ⁊ filiabꝫ. cū ouibus ⁊ armentis. Est enī solemnitas dñi dei nostri. Et respōdit pharao. Sic dñs sit vobiscū. Quomodo ego dimittā vos et paruulos vestros: cui dubiū est quod pessime cogitetis? Non fiat ita: sed ite tantū viri ⁊ sacrificate dño. Hoc enī ⁊ ipi petistis. Statimqꝫ eiecti sunt de conspectu pharaonis. Dixit autē dñs ad moysen. Extende manū tuam sup terram egyptī ad locustam. ut descendat super terram: et deuoret omnē herbam que residua fuerit grandinī. Et extendit moyses virgam sup terram egyptī: ⁊ dñs induxit ventum urentē tota illa die et nocte. Et mane facto: ventus urens leuauit locustas. Qui ascenderūt sup vniūsam terram egyptī: et sederūt in cūctis finibꝫ egyptiorum innumerabiles: quales ante illud tempus non fuerant nec postea future sunt. Operuerūtqꝫ vniūsā superficiem terre: vastantes omnia. Deuorata ē igitur herba terre: et quidquid pomoꝝ ī arboribꝫ fuit q̄ grādo dimiserat. Nichil quoqꝫ omnino virens relictū est in lignis. et in herbis terre: in cūcta egypto. Quāobrem festinus pharao vocauit moysen et aaron: et dixit eis. Peccaui in dñm deū vestrū. et in vos. Sed nūc dimittite peccatū michi. etiam hac vice: et rogate dñm deum vestrū: ut auferat a me mortem istā. Egressusqꝫ est moyses de cōspectu pharaonis: ⁊ orauit dñm. Qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum: et arreptā locustā. proiecit ī mare rubrū. Non remānsit ne vna quidem: in cūctis finibus egyptī. Et indurauit dñs cor pharaonis: nec dimisit filios israel. Dixit autem dñs ad moysen. Extende manū tuā in celū: ⁊ sint tenebre sup terrā egyptī. tam dense ut palpari queant. Extenditqꝫ moyses manum in celū: ⁊ facte sunt tenebre horribiles in vniuersa terra egyptī. Tribus diebꝫ nemo vidit fratrem suū: nec mouit se de loco in quo erat. Vbicūqꝫ autē habitabant filij israel. lux erat. Vocauitqꝫ pharao moysen et aaron: et dixit eis. Ite sacrificate domino. Oues tantū vestre ⁊ armenta remaneant: paruuli vr̄i eant vobiscū. Ait moyses. Hostias quoqꝫ ⁊ holocausta dabis nobis: que offeram⁹ dño deo nostro. Cuncti greges pergent nobiscū. Non remanebit ex eis ungula que necessaria sūt in cultū dñi dei nr̄i: p̄sertim cū ignoremus quid debeat immolari: donec ad ipm locū puenīam⁹. Indurauit autē dñs cor pharaonis: ⁊ noluit dimittere eos. Dixitqꝫ pharao ad moysen. Recede a me: et caue ne vltra videas faciē meā. Quocūqꝫ die apparueris michi morieris. Rndit moyses. Ita fiat ut locutus es. Non videbo vltra faciem tuā. C. xi.

Et dixit dñs ad moysen. Adhuc vna plaga tangā pharaonem

et egiptū:et post hec dimittet vos·z ex-
ire cōpellet. Dices ergo oīi plebi:ut
postulet vir ab amico suo z mulier a
vicina sua vasa argētea z aurea et ve-
stem. Dabit autem dns gratiā pplo
suo coram egiptijs. Fuitq; moyses vir
magn⁹ valde ī terra egipti·coram seruis
pharaonis z oīi pplo. Et ait. Hec di-
cit dns. Media nocte ingrediar ī egi-
ptum:z morietur oīe primogenitum ī ter-
ra egiptioz a primogenito pharaonis
q sedet ī solio ei⁹·usq; ad primogenitum
ancille q ē ad molā:et oia primogēta
iumentoz. Eritq; clamor magnus in
uniūsa ira egipti: qlis nec ante fuit:
nec postea futurus ē. Apud oīes au-
tem filios isrl nō mouebit canis·ab ho-
mine usq; ad pec⁹:ut sciatis quanto
miraclo diuidat dns egiptios·z isrl.
Descendentq; oīes serui tui isti ad me:z
adorabūt me dicentes. Egredere tu:et
oīis pplus q subiectus ē tibi. Post hec
egrediem. Et exiuit a pharaone·irat⁹
nimis. Dixit autem dns ad moysen.
Non audiet vos pharao:ut mlta si-
gna fiāt in ira egipti. Moyses autem
et aaron fecerūt oīia signa z ostenta
que scripta sunt·coram pharaone:et in-
durauit dominꝰ cor pharaonis:nec
dimisit filios isrl de terra sua. C·xn·

Dixit quoq; dominꝰ ad moysen
et aaron·in terra egipti. Mensis
iste vobis principiū mensiū:primꝰ erit
in mensibz anni. Loqmini ad uniuer-
sum cetū filioz israhel: z dicite eis. De-
cima die mēsis hui⁹·tollat unusquis-
q; agnū·per familias et domos suas.
Si autem minor est numer⁹·ut sufficere possit ad vescendū agnū:assumet
vicinū suū qui cōiunctus ē domui ei⁹:
iuxta numez aiarum que sufficere pos-
sint ad esum agni. Erit autem agnus
absq; macula: masculus anniculus.
Juxta que ritum tolletis et hedum:et
seruabitis eū usq; ad quartādecimam
diem mēsis hui⁹. Immolabitq; eum
uniūsa multitudo filioz isral ad vespe-
ram:et sumēt de sanguine eius·ac po-
nent sup utrūq; postem:et in supliminaribz domoz ī quibz comedent illū.
Et edēt carnes nocte illa assas igni:z
azimos panes cū lactucis agrestibus.
Non comedetis ex eo crudū quid nec
coctū aqua:sed assum tantū igni. Ca-
put cū pedibus eius z intestinis vora-
bitis: nec remanebit quicq; ex eo usq;
mane. Si q̄d residuū fuit·igne cōbu-
retis. Sic autem comedetis illum. Re-
nes vestros accingetis:z calciamēta ha-
bebitis ī pedibus·tenētes baculos ī ma-
nibus:et comedetis festinātes. Est enī
phase:id ē transitꝰ domini. Et transibo p terrā egipti nocte illa: percutiāq;
omne primogenitū in terra egipti·ab
homine usq; ad pecus:et ī cūctis dijs
egipti·faciā iudicia ego dns. Erit au-
tem sanguis vobis in signū in edib⁹
in quibz eritis: et videbo sanguinē ac
transibo vos: nec erit ī vobis plaga
disperdens·quādo percussero terrā egi-
pti. Habebitis autem hūc diem ī mo-
nimentū: z celebrabitis eā solennem
dño in generationibz vris · cultu sem-
piterno. Septē diebz azima comede-
tis. In die primo nō erit fermētum in
domibz vestris. Quicūq; comederit fer-
mentū·peribit aia illa de israhel:a pri-
mo die usq; ad diem septimum. Dies
prima erit sancta ac solennis:et dies
septima·eadem festiuitate venerabilis.
Nichil operis facietis in eis · excepti
his q̄ ad vescendū pinent: z obseruabitis azima. In eadē enī ipsa die edu-
cam exercitum vestrū de terra egipti: et

Nota consue
dine in c
lende agn

phase v. tran

custodietis diē istum in generationes vestras·ritu perpetuo. Primo mense quartadecima die mēsis ad vesperā·comedetis azima: usq; ad diē vicesimā primam eiusdē mensis ad vesperā. Septem diebꝫ fermētatū non inuenietur in domibꝫ vestris. Qui comedit fermentatū·peribit aīa eius de cetu isrl: tam de aduenis q̄ de indigenis terre. Oīne fermentatū nō comedetis. In cūctis habitaculis vestris edetis azima. Vocauit autē moyses oēs seniores filiorꝫ israhel: & dixit ad eos. Ite tollētes animal per familias vestras: & immolate phase. Fasciculūq; yssopi tīgite in sanguine qui est in limine: et aspergite ex eo supliminare et utrūq; postē. Nullꝰ vestrū egrediat ostiū domus sue·usq; mane. Transibit enī dominꝰ percutiens egiptios. Cumq; vidit sanguinem in supliminari et in utroq; poste transiret ostiū domꝰ: et non sinet percussorē ingredi domos vestras·et ledē. Custodi ꝰbū istud: legitimū tibi & filijs tuis usq; in eternū. Cumq; introieritis trā quam dominꝰ deus daturꝰ est vobis. ut pollicitus ē: obseruabitis cerimonias istas. Et cū dixerint vobis filij vrī. que ē ista religio: dicetis eis. Victima transitus dñi est: quādo transiuit sup domos filiorꝫ isrl in egipto: percutiens egiptios·et domos nostras liberauit. Incuruatusq; pꝓls adorauit. Et egressi filij israhel: fecerūt sicut p̄ceperat dñs moysi·et aaron. Factū ē autē in noctis medio·percussit dñs oīne primogenitum in terra egipti: a p̄mogenito pharaonis qui in solio eius sedebat·usq; ad p̄mogenitū captiue·que erat in carcere: et oīne p̄mogenitū iumentorum. Surrexitq; pharao nocte et oēs serui eius·cunctaq; egiptus: et ortus est clamor magnꝰ in egipto. Neq; enī erat domus in qua non iacēt mortuꝰ. Vocatusq; pharao moyse et aaron nocte ait. Surgite: egredimini a populo meo vos & filij isrl. Ite & immolate dño·sicut dicitis. Oues vras & armēta assumite ut petieratis: & abeūtes benedicite michi. Vrgebātq; egiptij pꝓlin de terra exire velociter·dicētes. Omnes morimur. Tulit igit̄ pꝓls conspersam farinam antēq; fermētaret̄: & ligans in pallijs posuit super humeros suos. Feceruntq; filij isrl·sicut p̄ceperat dñs moysi: et petierūt ab egiptijs vasa argentea & aurea vestēq; plurimā. Dñs autem dedit gratiā pꝓlo coram egiptijs·ut comodarent eis: & spoliauerūt egiptios. Profectiq; sunt filij isrl de ramasse in sochot ex̄cēta fere milia pditū virorum: absq; parvulis & mulieribꝫ. Sed et vulgꝰ promiscuū innumerabile ascendit cū eis: oues & armēta·& animātia diuersi generis multa nimis. Coxerūtq; farinā quā duxū de egipto cōspersam tulerāt: et fecerūt subcinericios panes azimos. Neq; enī poterat fermentari·cogētibꝫ exire egiptijs·& nullā facere sinētibus moram: nec pulmenti quicq̄ occurrerat p̄parare. Habitatio autem filiorꝫ isrl qua māserūt in egipto· fuit quadringentorū trigīta ānorum. Quibus expletis: eadem die egressus est oīs exercitꝰ domini de terra egipti. Nox ista obseruabilis domini: quādo eduxit eos de terra egipti. Hanc obseruare debent oēs filij isrl·in generationibꝫ suis. Dixitq; dñs ad moysen & aaron. Hec ē religio phase. Oīs alienigena non comedet ex eo. Oīs autem seruus emptitius circūcidet̄: & sic comedet. Aduena et mercenarius non edent ex eo. In una domo comedet̄: nec

effereris de carnibz eius foras: nec os illius cõfringetis. Omnis ceteus filioz isrl faciet illud. Quod si quis peregrinorũ in uestrã uoluerit tãsire colonã et facere phase dñi: circũcidet pri9 omne masculinũ eius. & tũc rite celebrabit: eritq; sicut indigena terre. Si quis autem circũcisus nõ fuit: nõ uescetur eo. Eadem lex erit indigene: et colono q̃ pegrinat apud uos. Fecerunt; omnes filij isrl sicut pcepat dñs moysi et aaron: & eadẽ die eduxit dñs filios isrl de tra egipti p turmas suas. C. xm.

Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Sanctifica mihi omne pmogenitũ quod aperit uuluã i filijs isrl: tam de hominibz q̃ de iumentis. Mea sũt enim omnia. Et ait moyses ad plm. Memẽtote diei huic. i qua egressi estis de egipto & de domo seruitutis: quoniã in manu forti eduxit uos dominus de loco isto: ut non comedatis fermẽtatũ panẽ. Hodie egredimini. mẽse nouaz frugũ. Cũq; introduxerit te dñs in tra chananei. & ethei. & amorrei. & euei et iebusei. quã iurauit pribus tuis. ut daret tibi terrã fluentẽ lacte et melle: celebrabitis hunc morem sacroz mense isto. Septẽ diebus uesceris azimis: et in die septimo erit solemnitas domini. Azima comedetis septẽ diebz. Nõ apparebit apud te aliquid fermẽtatũ: nec in cũctis finibus tuis. Narrabisq; filio tuo in die illo dicens. Hoc est qđ fecit michi dñs: quãdo egressus sum de egipto. Et erit quasi signũ i manu tua. et quasi monimentũ ante oculos tuos: & ut lex dñi semper sit in ore tuo. In manu enim forti eduxit te dominus de egipto: ut custodias huiusce modi cultũ statuto tpe. a diebz in dies. Cũq; introduxerit te dñs in terrã chananei. sicut iurauit tibi & pribz tuis. et dederit tibi eã: separabis omne qđ aperit uuluã domino: et quod pmitiuũ est in pecoribus tuis. Quicquid habueris masculini sexus. cõsecrabis dño. Primogenitũ asini mutabis oue: qđ si non redemeris. interficies. Omne autẽ pmogenitum hois de filijs tuis. prio redimes. Cũq; interrogauerit te filius tuus cras. dicens. quid est hoc: respõdebis ei. In manu forti eduxit nos dominus de terra egipti: de domo seruitutis. Nam cum induratus esset pharao. & nollet nos dimittere occidit dominus omne primogenitũ in tra egipti: a pmogenito hois. usq; ad pmogenitũ iumentorũ. Idcirco immolo dño omne qđ aperit uuluã masculini sexus: et omnia primogenita filioz meoz redimo. Erit igitur quasi signũ in manu tua. & ñsi appensum quid ob recordacõnẽ ante oculos tuos: eo q̃ in manu forti eduxit nos dominus de egipto. Igitẽ cum emisisset pharao populũ. nõ eos duxit dñs per uiã terre philistiim. q̃ uicina ẽ: reputans ne forte penitẽt eũ. si uidisset adũsũ se bella cõsurgere. et reuerteretur i egiptũ: sed circunduxit p uiã deserti: que ẽ iuxta mare rubrũ. Et armati ascenderũt filij isrl de terra egipti. Tulit q; moyses ossa ioseph secũ: eo q̃ adiurasset filios isrl. dicẽs. Visitabit uos deus: efferte ossa mea hinc uobiscum. Profectiq; de soccoth. castrametati sunt i etham: i extremis finibz solitudinis. Dñs autem pcedebat eos. ad ostendẽdã uiã. per diem in columna nubis: & per nocte in columna ignis: ut dux esset itineris utroq; tpe. Nũq; defuit columna nubis p diem. nec columna ignis p noctem. coram plo.

Locutus est autẽ dñs ad C. xcm.

moysen·dicens. Loq̃re filijs isrl'. Reuer-
ti castra metentur regione phiairoth:
que est inter magdalum et mare·con-
tra beelsephon. In conspectu eius ca-
stra ponetis sup mare. Dicturusq; est
pharao·super filijs isrl'. Coartati sũt
in terra: cõclusit eos desertũ. Et indura-
bo cor eius·ac persequet̃ vos: et glori-
ficabor in pharaone·z in oĩ exercitu
eius: scientq; egiptij·quia ego sum do-
minus. Fecerũtq; ita. Et nunciatũ est
regi egiptioz: q fugisset pplus. Immu-
tatũq; est cor pharaonis·et seruoz ei⁹
super populũ: et dixerũt. Quid volui-
mus facere: ut dimitterem⁹ isrl' ne serui-
ret nobis? Junxit ergo currũ: z omnẽ
populũ suũ assumpsit secũ. Tulitq; sex-
centos currus electos·z quicquid ĩ egi-
pto curruũ fuit: z duces totius exercit⁹.
Indurauitq; dominus cor pharaonis
regis egipti: et persecutus est filios isrl'.
At illi egressi erãt ĩ manu excelsa. Cũ-
q; plequerent̃ egiptij vestigia p̃cedenti-
um: reperierũt eos ĩ castris super mare.
Oĩs equitatus z currus pharaonis.
z vniũsus exercitus·erãt in phiairoth
cõtra beelsephon. Cũq; appropinquas-
set pharao·leuãtes filij isrl' oculos·vi-
derũt egiptios post se: z timuerũt val-
de. Clamauerũtq; ad dominũ: et dixe-
runt ad moysen. Forsitan nõ erãt se-
pulcra ĩ egipto: ideo tulisti nos ut mo-
rerem̃ in solitudine. Quid hoc fecẽ vo-
luisti: ut educes nos ex egipto? Nõne
iste est sermo quẽ loquebam̃ ad te ĩ egi-
pto·dicentes: recede a nobis·ut seruia-
mus egiptijs? Multo enĩ melius ẽ ser-
uire eis: q̃ mori in solitudine. Et ait
moyses ad populũ. Nolite timẽ. Sta-
te et videte magnalia dñi: que faciet
est hodie. Egiptios enĩ quos nũc vide-
tis·nequaq; ultra videbitis: usq; in
sempiternũ. Dominus pugnabit pro
vobis: et vos tacebitis. Dixitq; dñs
ad moysen. Quid clamas ad me? Lo-
quere filijs israhel: ut proficiscãtur. Tu
autẽ eleua virgã tuã et extende manũ
tuã super mare·z diuide illud: ut gra-
diant̃ filij isrl' in medio mari p siccũ.
Ego autem indurabo cor egiptioz ut
persequãtur vos: z glorificabor ĩ pha-
raone·et in oĩ exercitu eius·et in cur-
ribus et in equitibz illius. Et sciẽt egi-
ptij quia ego sum dñs: cũ glorificat⁹
fuero in pharaone·et in curribus atq;
in equitibz eius. Tollensq; se angelus
domini qui p̃cedebat castra isrl'·abiit
post eos: z cũ eo pariter columna nu-
bis p̃ora dimittẽs: post tergũ stetit·in-
ter castra egiptioz z castra isrl'. Et erat
nubes tenebrosa·et illuminãs noctẽ:
ita ut ad se inuicẽ toto noctis tpe·acce-
dere nõ valerẽt. Cũq; extendisset moy-
ses manũ sup mare·abstulit illud do-
minus·flante vento vehemẽti et urẽti
tota nocte: z vertit ĩ siccum. Diuisaq;
est aqua: et ingressi sunt filij isrl' p me-
dium sicci maris. Erat enĩ aqua quas-
i murus·a dextra eorũ et leua. Perse-
quentesq; egiptij ingressi sũt post eos:
et oĩs equitatus pharaonis·curr⁹
eius z equites per mediũ maris. Jãq;
aduenerat vigilia matutina: z ecce re-
spiciens dñs super castra egiptioz per
columnã ignis et nubis: interfecit ex-
ercitũ eorũ·et subũxit rotas curruũ: fe-
rebãturq; ĩ pfundũ. Dixerũtq; egiptij.
Fugiam⁹ israhelẽ: quia dñs pugnat
pro eis cõtra nos. Et ait dominus ad
moysen. Extende manũ tuã sup mare:
ut reuertãtur aque ad egiptios·super
currus et equites eoz. Cũq; extendisset
moyses manũ contra mare: reũsum
est primo diluculo ad p̃orem locum.

ſfugientibusq; egiptijs occurrerunt a-
que: ⁊ inuoluit eos dñs ī medijs flu-
ctibꝫ. Reuerſeq; ſunt aque: ⁊ operuerūt
currus et equites cūcti exercitus phara-
onis· qui ſequētes ingreſſi fuerāt ma-
re: nec unus quidē ſupfuit ex eis. ſfilij
autē iſrl· preierūt p mediū ſicci maris:
⁊ aque eis erāt quaſi pro muro· a dex-
tris et a ſiniſtris. Liberauitq; dominꝰ
ī die illo iſrl de manu egiptioꝝ: ⁊ vide-
runt egiptios mortuos ſup litus ma-
ris: ⁊ manū magnā quam exercuerat
dñs cōtra eos. Timuitq; pꝰs dñm: et
crediderūt dño· ⁊ moyſi ſuo eiꝰ. C. xv.

Tunc cecinit moyſes ⁊ filij iſrl· car-
men hoc dño: et dixerūt. Cantemus domino. Gloriose enī magnifi-
catus eſt: equū et aſcenſorem dejecit in
mare. ſfortitudo mea ⁊ laus mea do-
minꝰ: ⁊ factus eſt michi in ſalutē. Iſte
deus meus et glorificabo eū· deus pa-
tris meī: ⁊ exaltabo eū. Dominꝰ quaſi
vir pugnator· omnipotens nomen eiꝰ:
currus pharaonis· et exercitū eius pie-
cit ī mare. Electi principes eiꝰ ſubmer-
ſi ſunt ī mari rubro: abiſſi operuerūt
eos: deſcenderūt in pfundū quaſi lapis.
Dextera tua dñe magnificata ē in for-
titudine: dextera tua dñe percuſſit inimi-
cum: et ī multitudine glorie tue depo-
ſuiſti aduſarios meos. ſMiſiſti iram
tuā· que deuorauit eos ſicut ſtipulā:
et in ſpiritu furoris tui cōgregate ſunt
aque. Steterūt unda fluens: congregate
ſūt abiſſi in medio mari. Dixit inimi-
cus. Perſequar ⁊ cōprehendā: diuidā
ſpolia: implebit aīa mea. Euaginabo
gladiū meū: interficiet eos manꝰ mea.
ſflauit ſpiritꝰ tuꝰ· ⁊ operuit eos mare:
ſubmerſi ſūt quaſi plūbū ī aquis ve-
hemētibꝫ. Quis ſimis tui ī fortibꝫ dñe?
Quis ſimis tui magnificꝰ ī ſanctitate:
terribilis atq; laudabilis· ⁊ faciēs mira-
bilia? Extendiſti manū tuā: ⁊ deuora-
uit eos ira. Dux fuiſti in miſericordia
tua: pꝰo quē redemiſti. Et portaſti eū
in fortitudine tua: ad habitaculū ſanc-
tū tuū. Aſcenderūt pꝰi ⁊ irati ſūt: dolo-
res obtinuerūt habitatores philiſtijm.
Tunc cōturbati ſunt principes edom:
robuſtos moab obtinuit tremor: ob-
riguerūt oēs habitatores chanaan.
Irruat ſuper eos formido et pauor in
magnitudine brachij tui. ſfiant im-
mobiles quaſi lapis· donec pꝰāſeat
pꝰs tuus dñe: donec pertranſeat po-
pulus tuꝰ iſte quē poſſediſti. Introdu-
ces eos· et plantabis in monte hereditā-
tionis tue: firmiſſimo habitaculo tuo qđ
operatus es domine. Sanctuarium
tuū domine: qđ firmauerūt manꝰ tue.
Dñs regnabit in eternum ⁊ ultra. In-
greſſus ē enī eques pharao cū curribꝫ
et equitibꝫ eius in mare: ⁊ reduxit ſup
eos dominꝰ aquas maris. ſfilij autē
iſrl ambulauerūt p ſiccū: in medio eiꝰ.
Sumpſit ergo maria pꝰhetiſſa· ſoror
aaron· timpanū ī manu ſua: egreſſeq;
ſunt oēs mulieres poſt eā cū timpa-
nis et choris: quibus pīnebat dicēs.
Cantemꝰ dño. Gloriose enī magnifi-
catus eſt: equū et aſcenſorē eius dejecit
in mare. Tulit autē moyſes iſrl de ma-
ri rubro: ⁊ egreſſi ſunt in deſertum ſur.
Ambulauerūtq; tribꝫ diebꝫ per ſoliti-
dinē: et nō inueniebāt aquā. Et vene-
runt in marath: nec poterant bibere a-
quas de marath · eo qꝺ eſſent amare.
Vnde ⁊ congruū loco nomē impoſui-
it: vocans illū marath id ē amaritu-
dinē. Et murmurauit pꝰs otra moy-
ſen dicēs. Quid bibem? At ille clama-
uit ad dñm. Qui oſtendit ei lignum:
qđ cū miſiſſet ī aquas· in dulcedinem

uerle sunt. Ibi cõstituit ei p̃cepta atq; iudicia: et ibi temptauit eũ dicens. Si audieris vocem dñi dei tui: et qđ rectũ est coram eo feceris: et obedieris mãdatis ei⁹: custodieris q; oĩa p̃cepta illi⁹: cunctũ langorẽ quẽ posui i egipto nõ inducã super te. Ego enĩ sum dominꝰ deus saluator. Venerũt autẽ in helim filij israhel: ubi erant duodecim fonteꝰ aquarum ⁊ septuaginta palme: et castrametati sunt iuxta aquas.

C. xvi

Profectiq; de helim venit omnis multitudo filioꝝ israhel in desertum syn: qđ est inter helim ⁊ sinai quintadecima die mensis secundi postq; egressi sũt de tra egipti. Et murmurauit oĩs cõgregatio filioꝝ israhel: cõtra moysen et aaron: in solitudine. Dixeruntq; filij israhel ad eos. Vtinã mortui essemꝰ per manũ dñi i tra egipti: quãdo sedebamꝰ sup ollas carniũ: ⁊ comedebamꝰ panẽ i saturitate. Cur induxistis nos in desertũ istud: ut occideretis omnẽ multitudinẽ fameꝰ? Dixit autem dñs ad moysen. Ecce ego pluã vobis panes de celo. Egrediat̃ pplꝰ et colligat q̃ sufficiunt per singulos dies: ut tẽptẽ eũ: utrum ambulet in lege mea: an non. Die autem sexto parẽt quod inferant: ⁊ sit duplum quam colligere solebãt p singulos dies. Dixeruntq; moyses ⁊ aaron ad oĩes filios israhel. Vespere scietis q; dominꝰ eduxerit vos de tra egipti: et mane videbitis gloriã domini. Audiui enĩ murmur vestrũ contra dñm. Nos vero qđ sumꝰ: quia murmurastis cõtra nos? Et ait moyses. Dabit vobis dñs vespere carnes edere: et mane panes i saturitate: eo q; audierit murmurationes vestras quibꝫ murmurati estis cõtra eũ. Nos enĩ qđ sumꝰ? Nec contra nos est murmur vestrũ: sed contra dominũ. Dixit quoq; moyses ad aaron. Dic vniuerse cõgregationi filioꝝ israhel. Accedite coram domino. Audiuit enĩ murmur vestrũ. Cũq; loqueret aaron: ad omnẽ cetum filioꝝ israhel: respexerũt ad solitudinem. Et ecce gloria dñi apparuit in nube. Locutusq; est autẽ dominꝰ ad moysen dicẽs. Audiui murmurationes filiorũ israhel. Loquẽ ad eos. Vespere comedetis carnes: ⁊ mane saturabimini panibꝫ: scietisq; q; ego sum dominꝰ deus vester. Factũ est ergo vespere ⁊ ascendẽs coturnix cooperuit castra: mane quoq; ros iacuit per circuitũ castroꝝ. Cũq; operuisset superficiem terre: apparuit in solitudine minutũ: et quasi pilo tusum in similitudinem pruine super terrã. Quod cũ vidissent filij israhel: dixerunt ad inuicẽ. Manhu? Quod significat. Quid est hoc? Ignorabant enĩ qđ esset. Quibꝫ ait moyses. Iste est panis quẽ dñs dedit vobis ad vescendũ. Iste est sermo quẽ p̃cepit vobis dñs. Colligat unusquisq; ex eo quãtũ sufficit: ad vescẽdũ: gomor p singla capita. Iuxta numerum animaꝝ vestraꝝ q̃ habitãt in tabernaculo: sic colligetis. Fecerũtq; ita filij israhel: et collegerũt: alius plus alius minus: ⁊ mensi sũt ad mensurã gomor: Nec q̃ plus collegerat: habuit amplius: nec q̃ mins parauerat: reperit minꝰ: sed singuli iuxta id qđ edere poterant cõgregauerũt. Dixitq; moyses ad eos. Nullus relinquat ex eo i mane. Qui non audierũt eũ: sed dimiserũt quidã ex eis usq; mane: et scatere cepit vermibꝫ atq; computruit. Et iratꝰ est cõtra eos moyses. Colligebant autẽ mane singuli: quãtũ sufficere poterat ad vescendum. Cũq; incaluisset sol: liquefiebat. In die autem sexta: collegerunt cibos

duplices: id est duo gomor per singulos hoīes. Venerūt autē oēs principes multitudinis· et narrauerūt moysi. Qui ait eis. Hoc est quod locutus est dominꝰ. Requies sabbati· sanctificata est domino. Eras quodcūq; operandū est· facite: et que coquenda sunt coquite. Quidq̄d autem reliquū fuerit· reponite usq; in mane. Fecerunt q; ita ut p̄ceperat moyses· et non cōputruit: neq; ūmis inuētus ē i eo. Dixitq; moyses. Comedite illud hodie· quia sabbatū est domino: nō inuenietꝭ hodie in agro. Sex diebus colligite: in die autem septimo sabbatū ē domino: idcirco nō inuenietꝭ veniq; septima dies: et egressi de ꝑplo ut colligerent· non inuenerūt. Dixit autē dominꝰ ad moysen. Usquequo nō vultis custodire māda ta mea: et legē meā? Videte q dominus dederit vobis sabbatum: et ꝓpter hoc tribuit vobis die sexta cibos duplices. Maneat vnusq̄sq; apud semetipsū: et nullꝰ egrediat̄ de loco suo· die septimo: et sabbatizabit ꝑplus die septimo. Appellauitq; domꝰ isrl· nomē eiꝰ man. Quod erat quasi semē coriādri albū: gustusq; eius quasi simile cum melle. Dixit autē moyses. Iste est sermo quē precepit dominꝰ. Imple gomor ex eo· et custodiat̄ in futuras retro generationes: ut nouerint panē· quo alui vos in solitudine: quando eduxi vos de tra egipti. Dixitq; moyses ad aaron. Sume vas vnum: et mitte ibi manquātum potest capere gomor· et repone coram domino ad seruādum i generationes vestras: sicut precepit dominus moysi. Posuitq; illud aaron in tabernaculo reseruandum. Filij autē israhel comederunt man quadraginta annis: donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo alti sūt usquequo tāgerēt fines terre chanaan. Gomor autē decima pars est ephi. C· xvii·

Igitur profecta omis multitudo filioꝝ isrl de deserto syn: per māsiones suas· iuxta sermonē dominī: castrametati sunt in raphidim: ubi nō erat aqua ad bibendū ꝑplo. Qui iurgatus cōtra moysen· ait. Da nobis aquā ut bibamus. Quibꝫ respōdit moyses. Quid iurgamini cōtra me? Cur temptatis dominū? Sitiuit ergo ibi ꝑplus pro aque penuria: et murmurauit contra moysen dicens. Cur fecisti nos exire de egipto: ut occideres nos et liberos nostros ac iumenta sti? Clamauit autē moyses ad dominū dicēs. Quid faciam ꝑplo huic? Adhuc paululū: et lapidabit me. Et ait dominꝰ ad moysen. Antecede populū: et sume tecū de senioribꝫ isrl: et virgā qua percussisti fluuiū tolle in manu tua· et vade. Ecce ego stabo ibi coram te· supra petrā oreb: percutiesq; petram: et exibit ex ea aqua· ut bibat populus. Fecit ita moyses coram senioribꝫ isrl. Et vocauit nomē loci illi temptatio· ꝓpter iurgiū filioꝝ isrl: et quia temptauerunt dominū dicentes. Est ne deus in nobis an non? Venit autē amelech: et pugnabat contra filios israhel i raphidim. Dixitq; moyses ad iosue. Elige viros: et egressus pugna contra amelech cras. Ego stabo in vertice collis: habens virgā dei in manu mea. Fecit iosue ut locutus erat moyses: et pugnauit cōtra amelech. Moyses autē et aaron et hur ascenderunt sup vertice collis. Cūq leuaret moyses manꝰ· vincebat israhel. Si autē paululū remāsisset: superabat amelech. Manꝰ autē moysi erant graues. Sumentes igit lapidē posuerūt

subter eū·in quo sedit:aaron autem ⁊ hur·sustentabāt manꝰ eius ex utraq; parte. Et factū est ut manꝰ illius non lassarent̄:usq; ad occasum solis. Fugauitq; iosue amelech et populū eius in ore gladij. Dixit autem dominus ad moysen. Scribe hoc ob monimentum in libro:⁊ trade auribꝰ iosue. Delebo enī memoriam amelech sub celo. Edificauitq; moyses altare:⁊ uocauit nomen eius·dominus exaltatio mea dicens. Quia manus solius domini et bellum dei erit contra amelech:a generatione in generationem. C· xvm·

Cumq; audisset iethro sacerdos madian·cognatꝰ moysi·omia que fecerat dominꝰ moysi·⁊ isrl̄ populo suo·⁊ quod eduxisset dominꝰ isrl̄ de egipto:tulit sephoram uxorem moysi quā remiserat·et duos filios eiꝰ:quorum unus uocabat̄ gersan·dicente patre·aduena fui ī terra aliena:alter uero eliezer·deus enī ait pris mei·adiutor meus:et eruit me de gladio pharaonis. Venit ergo iethro cognatus moysi·et filij eius·et uxor eius·ad moysen in desertū·ubi erat castra metatꝰ iuxta montē dei:et mandauit moysi dicēs. Ego iethro cognatus tuus·uenio ad te:et uxor tua·⁊ duo filij tui cū ea. Qui egressus in occursum cognati sui adorauit:⁊ osculatus est eum. Salutauerunt̄q; se mutuo uerbis pacificis. Cūq; intrasset tabernaculū: narrauit moyses cognato suo cūcta q̄ fecerat dominus pharaoni ⁊ egiptijs ꝓpter israhel: uniuersumq; laborem qui accidisset eis in itinere:et q̄ liberauerat eos dominꝰ. Letatusq; est iethro sup omnibꝰ bonis que fecerat dominꝰ isrli:eo q̄ eruisset eū de manu egiptiorꝫ. Et ait. Bñdictꝰ dominꝰ qui liberauit uos de manu egiptiorꝫ·⁊ de manu pharaonis:qui eruit pplm suū de manu egipti. Nunc cognoui quia magnꝰ dominꝰ super oēs deos:eo q̄ supbe egerit cōtra eos. Obtulit ergo iethro cognatus moysi·holocausta et hostias dño: uenerunt̄q; aaron·⁊ oēs seniores filiorꝫ israhel: ut comederent panē cū eo coram dño. Altera autē die sedit moyses ut iudicaret pplm:qui assistebat moysi a mane usq; ad uesperā. Quod cū uidisset cognatus eius·omia scilicet que agebat in pplo·ait. Quid ē quod facis in plebe? Cur solus sedes:et oīis pplus prestolatur de mane usq; ad uesperā? Cui respōdit moyses. Uenit ad me populus:querens sententiā dei. Cūq; acciderit eis alicui disceptatio ueniūt ad me ut iudicem inter eos:et ostendam precepta dei et leges eius. At ille:non bonā inquit rem facis. Stulto labore consumeris:et tu ⁊ pplus iste qui tecum ē. Ultra uires tuas ē negociū. Solus illud nō poteris sustinē:sed audi uba mea atq; consilia:et erit dominꝰ tecū. Esto tu pplo in his que ad deū pinēt ut referas q̄ dicūtur ad eū: ostendasq; pplo cerimonias·⁊ ritū colendi·uiāq; per quā ingredi debeant: et opus qd facere. Prouide autē de oīi plebe uiros sapientes et timētes deum ī quibꝰ sit ueritas·et qui oderint auaritiā: et constitue ex eis tribunos ⁊ centuriones·⁊ quinquagenarios·⁊ decanos:q̄ iudicēt pplm oī tpe. Quodq;d autē maiꝰ fuit referāt ad te:et ipi minora tācūmō iudicēt:leuiusq; sit tibi·portato ī alios onere. Si hoc feceris·implebis imperiū dñi:⁊ precepta eiꝰ poteris sustinere:⁊ oīs hic plus reuertet̄ ad loca sua cum pace. Quibꝰ auditis·moyses:fecit oīa que ille suggesserat. Et electis uiris strenuis

de cunctis israel constituit eos principes
ppli·tribunos·et centuriones·et quin-
quagenarios et decanos: qui iudica-
rent plebē domini oī tempore. Quid-
quid autem grauius erat referebant
ad eum: facilioza tantummodo iudi-
cantes. Dimisitq; cognatum suū: qui
reuersus abiit ī terram suam. C·xix·

Mense tercio egressionis israel de ter-
ra egipti: ī die hac venerūt ī soli-
tudinē synai. Nā profecti de raphidim
et peruenientes usq; in desertū synai·ca-
strametati sunt in eodē loco: ibiq; israel
fixit tētoria cregione montis. Moyses
autē ascendit in montem ad deū. Vo-
cauitq; eū dominus de monte et ait.
Hec dices domui iacob: et āmūciabis
filijs israel. Vos ipsi vidistis q̄ fecerim
egiptijs: quomō portauerim vos su-
per alas aquilax: et assumpserī michi.
Si ergo audieritis vocē meā·et custo-
dieritis pactum meū: eritis michi in re-
gnū sacerdotale: et gens sancta. Hec
sunt verba que loqueris ad filios israel.
Venit moyses: et cōuocatis maioribz
natu ppli·exposuit oīes sermones q̄s
mādauerat dominꝰ. Respōditq; cis
populus simul. Cūcta que locutus est
dominꝰ·faciemꝰ. Cūq; retulisset moy-
ses verba populi ad dominū: ait ei do-
minus. Ecce nūc veniā ad te ī caligi-
ne nubis: ut audiat me pplus loquen-
tem ad te: et credat tibi in perpetuū. Nūn-
auit ergo moyses verba ppli ad dīm.
Qui dixit ei. Vade ad pplm·et sanctifi-
ca illos hodie et cras: lauētq; vestimen-
ta sua: et sint parati in diem tertiū. In
die enī tercio descendet dominus cora
omī plebe·super mōtem synai. Constitu-
esq; terminos pplo per circuitū: et di-
ces ad eos. Cauete ne ascēdatis ī mon-
tem: nec tangatis fines illius. Omis
qui tetigerit montē morte morietur. Ma-
nus nō tangēt eū: sed lapidibz oppri-
metur: aut cōfodiet iaculis. Sive iu-
mentū fuerit sive homo·nō viuet. Cū
perit clangere bucina: tunc ascendāt
in mōtē. Descenditq; moyses de mon-
te ad pplm: et sanctificauit eū. Cūq; la-
uissent vestimēta sua: ait: ad eos. Este
te parati in diē tertiū: et ne appropin-
quetis uxoribz vestris. Iamq; aduene-
rat tertius dies·et mane inclaruerat:
et ecce reperūt audiri tonitrua·ac mica-
re fulgura: et nubes densissima operi-
re montē. Clangorq; bucine vehemen-
tius pstrepebat: et timuit pplus qui erat
in castris. Cūq; eduxisset eos moyses ī
occursum dei de loco castroꝝ: steterūt
ad radices mōtis. Totus autē mons
synai fumigabat: eo q̄ descendisset do-
minꝰ sup eum in igne: et ascenderet fu-
mus ex eo quasi de fornace. Eratq; oīs
mōs terribilis: et sonitus bucine pau-
latim crescebat in maius: et prolixius
rendebat. Moyses loq̄batur: et dominꝰ
respondebat ei. Descenditq; dominꝰ
sup mōtem synai ī ipo mōtis vertice:
et vocauit moysen ī cacumen eiꝰ. Quo
cum ascendisset: dixit ad eum. Descen-
de et cōtestare pplm: ne forte velit trans-
rendere terminos ad videndū dīm:
et pereat ex eis plurima multitudo. Sa-
cerdotes quoq; qui accedūt ad domi-
num sanctificentur: ne percutiat eos. Di-
xitq; moyses ad dominū. Nō poterit
vulgus ascendere in mōtem synai. Tu
enī testificatus es: et iussisti dicēs. Po-
ne terminos circa montē: et sanctifica
illū. Cui ait dominꝰ. Vade descende:
ascendesq; tu et aaron tecum. Sacerdo-
tes autem et pplus non transeant termi-
nos: nec ascendāt ad dominū: ne for-
te interficiat illos. Descenditq; moyses

ad ppm: ⁊ oīa narrauit eis. C. xx.

Locutusq; ē dñs cūctos sermones hos. Ego sum dñs deus tuus qui eduxi te de tra egipti: de domo seruituris. ſnō habebis deos alienos coram me. ſnō facies tibi sculptile: neq; omnē similitudinē que est in celo desuper: et que in terra deorsum: nec eoz q̄ sunt in aquis sub terra. ſnō adorabis ea neq; coles. Ego sum dñs deus tuus fortis zelotes: uisitans iniquitatē patrum in filiis: in tertiā et quartā generationē eoz qui oderūt me: et faciens misericordiā in milia his qui diligūt me: et custodiūt p̄cepta mea. ſnō assumes nomē dñi dei tui in uanū. ſnon enī habebit insontē dñs eum: qui assumpserit nomē domini dei sui frustra. ſMemento ut diem sabbati sanctifices. Sex diebz operaberis: et facies oīa opa tua. Septimo autē die sabbatum dñi dei tui est. ſnō facies oīe opus in eo: tu et filius tuus et filia tua: seruus tuus et ancilla tua: iumētū tuū et aduena: qui est intra portas tuas. Sex enī diebus fecit dñs celum et terrā et mare et oīa que in eis sunt: ⁊ requieuit i die septimo. ſDoirco bñdixit dñs diei sabbati: et sanctificauit eū. Honora patrē tuū ⁊ matrē tuā: ut sis longeuus sup terrā quā dñs de⁹ tu⁹ dabit tibi. ſnō occides. ſnon mechaberis. ſnō furtū facies. ſnon loq̄ris cōtra p̄ximū tuū falsum testimoniū. ſnon concupisces domū p̄simi. ſnec desiderabis uxorē eius: nō seruū non ancillā nō bouē nō asinū: nec oīa q̄ illius sunt. Cūctus aut̄ ppls audiebat uoces: ⁊ lampadas: ⁊ sonitū bucine: montēq; fumantem: et pterite ac pauore concussi steterunt procul: dicentes moysi. Loquere tu nobis: et audiem⁹. ſnō loquatur nobis dñs: ne forte moriam̄. Et ait moyses ad ppm. ſnolite timere. Ut enī probaret uos uenit deus: et ut terror illius esset in uobis: ⁊ nō peccaretis. Stetitq; ppls delōge: moyses autem accessit ad caliginē in qua erat deus. Dixitq; preterea dñs ad moysen. Hec dices filiis isrl. Uos uidistis q̄ de celo locutus sim uobis. ſnon facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis uobis. ſAltare de terra facietis michi: et offeretis super eo holocausta et pacifica uīa: oues uestras et boues: i oīi loco in quo memoria fuerit nominis mei. Veniā ad te: et benedicā tibi. Quod si altare lapideū feceris michi: non edificabis illud de sectis lapidibz. Si enī leuaueris cultrū tuū sup eo: polluetur. ſnō ascendes per gradus ad altare meū: ne reueletur turpitudo tua. C. xxi.

Hec sunt iudicia que propones eis. Si emeris seruū hebreum: sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intrauerit: cū tali exeat. Si habēs uxorē: et uxor egredietur simul. Si autē dñs dederit illi uxorem: ⁊ peperit filios ⁊ filias: mulier ⁊ liberi eius erūt dñi sui: ipe uero exibit cū uestitu suo. Quod si dixerit seruus: diligo dominū meū et uxorem ac liberos: non egrediar liber: offerat eum dñs diis: et applicabit ad ostiū ⁊ postes: pforabitq; aurem eius subula: et erit ei seruus in seculū. Si quis uenditerit filiam suā in famulā: non egredietur sicut ancille exire consueuerunt. Si displicuerit oculis domini sui cui tradita fuerit dimittet eam: ppło aut̄ alieno uendidi non habebit potestatem: si spreuerit eam. Si autē filio suo desponderit eam: iuxta morem filiaz faciet illi. Quod si alteram ei acceperit:

prouidebit puelle nuptias ⁊ uestimenta: et preciū pudicicie nō negabit. Si ria ista non fecerit: egredietur gratis absq; pecunia. Qui percusserit hominē uolens occidere: morte moriat. Qui aut nō est insidiatus sed deus illum tradiderit in manū eius: cōstituā tibi locū in quo fugere debeat. Si quis p industriā occiderit pximū suū et per insidias: ab altari meo euelles eū ut moriat. Qui percusserit patrē suū aut matrē: morte moriat. Qui maledixerit pri suo uel matri: morte moriat. Qui furat⁹ fuit hominē et uendiderit eum: conuict⁹ noxe morte moriat. Si rixati fuerint uiri et percusserit alter pximū suū lapide uel pugno et ille mortuus nō fuit sed iacuerit in lectulo: si surrexerit et ambulauerit foris super baculū suū: innocens erit qui percusserit: ita tamen ut operas eius et impensas in medicos restituat. Qui percusserit suū suū uel ancillam uirga et mortui fuerint in manibz eius: criminis reus erit. Si unus autē uno die uel duobz supuixerit: nō subiacebit pene: quia pecunia illius ē. Si rixati fuerint uiri et percusserit quis mulierē pregnātem ⁊ abortiuū quidē fecerit sed ipsa uixerit: subiacebit damno quātū marit⁹ mulieris expetierit: et arbitri iudicauerint. Si aut mors eius fuit subsecuta: reddet animā pro aīa. Oculū p oculo dentē p dēte: manū p manu pedē p pede adustionē pro adustione: uuln⁹ p uulnere liuorem pro liuore. Si percusserit quispiam oculū serui sui aut ancille ⁊ luscos eos fecerit: dimittet eos liberos pro oculo quē eruit. Dentē q; si excusserit suo uel ancille sue: similiter dimittet eos liberos. Si bos cornu percusserit uirū aut mulierē et mortui fuerit lapidibz obruetur: et non comedent carnes eius: dñs q; bouis innocēs erit. Quod si bos cornupeta fuit ab heri et nudiustertio et contestati sūt dñm eius nec recluserit dominus eū occideritq; uirū aut mulierem: et bos lapidibz obruetur: ⁊ dñm eius occidet. Quod si pcū fuit ei impositū dabit pro aīa sua: quidquid fuerit postulatus. ſiliū q; ⁊ filiā si cornu percusserit: simili sentētie subiacebit. Si seruū ancillam q; inuaserit: triginta siclos argēti dño dabit: bos uero lapidibus opprimetur. Si quis aperuerit cisternā et foderit et nō operuerit eā et ceciderit q; bos aut asin⁹ i eam: reddet dñs cisterne precū iumētoz: qđ aut mortuū est ipius erit. Si bos alien⁹ bouē alteri⁹ uulnerauerit et ille mortu⁹ fuit: uendent bouem uiuū et diuidēt pcū: cadauer autem mortui inter se dispertient. Si autem scietat q; bos cornupeta esset ab heri et nudiustertius et nō custodiuit eū dñs suus: reddet bouem pro boue: et cadauer integrum accipiet. C. xxii.

Si quis furat⁹ fuit bouē aut ouē et occiderit uel uendiderit: quinq; boues pro uno boue restituet: ⁊ quinq; oues pro una oue. Si effringens fur domū siue suffodiēs fuit inuēt⁹: et accepto uulnere mortu⁹ fuit: percussor nō erit reus sanguis. Qđ si orto sole hoc fecerit homicidiū perpetrauit: et ipe morietur. Si non habuerit qđ pro furto reddat: ipe uendabit. Si inuētū fuit apud eū qđ furat⁹ est uiuens siue bos siue asinus siue ouis: duplū restituet. Si leserit quispiā agrū uel uineā et dimiserit iumētū suū ut depascat aliena: quidquid optimū habuerit in agro suo uel in uinea p damni estimatione restituet. Si egressus ignis inuenerit spinas ⁊ comphenderit aceruos frugum

sue stantes segetes in agris: reddet da-
mnū qui ignem succenderit. Si quis
cōmendauerit amico pecuniā aut vas
in custodiā: et ab eo qui suscepерat fur-
to ablata fuerīt: si inuenīt fur duplū
reddet. Si latet fur: dñs dom⁹ applica-
bitur ad deos: et iurabit q̄ non extende-
rit manū in rem p̄simi sui ad perpe-
trandā fraudē tam in boue: q̄ in asi-
no: et oue: ac uestimēto: et quidq̄d da-
mnū īferre potest. Ad deos utriusq;
causa ueniet: et si illi iudicauerīt: du-
plū restituet p̄simo suo. Si quis com-
mendauerit p̄simo suo bouem: asinū:
ouem: et oīne iumētum ad custodiā: et
mortuū fuīt ac debilitatū: uel raptum
ab hostibz nullusq; hoc viderit: iusiu-
randū erit in medio q̄ non extenderit
manum ad rem p̄simi sui: suscipietq;
domin⁹ iuramentū: et ille reddere non
cogetur. Quod si furto ablatū fuīt: re-
stituet damnū domino. Si comestū
a bestia: deferat ad eum quod occisū
est: et non restituet. Qui a proximo
suo quicq; horū mutuo postulauerit:
et debilitatum aut mortuū fuerit dño
nō p̄sente: reddere compellet̄ur. Quod
si in p̄sentia⁹ dñs fuīt: non restituet:
maxime si conductū venerat pro mer-
cede operis sui. Si seduxerit quis vgi-
nem: necdū desponsatā: dormieritq; cū
ea: dotabit eam: et habebit eā uxorem.
Si pater virginis dare noluīt: reddet
pecuniā iuxta modū dotis: quā vgi-
nes accipere consueuerūt. Maleficos
non patieris viuere. Qui coierīt cum
iumēto: morte moriat̄. Qui immolat
diis occidet̄: p̄ter dño soli. Aduenam
non cōtristabis: neq; affliges eū. Ad-
uene enī et ipi fuistis in terra egipti. Vi-
due et pupillo nō nocebitis. Si leseri-
tis eos: conquerabūtur ad me: et ego
audiā clamorem eor⁹: et indignabitur
furor meus: percutiāq; vos gladio: et
erūt uxores uestre vidue: et filij vri pu-
pilli. Si pecuniā mutuā dederis p̄pl'o
meo pauperi qui habitat tecū: non ur-
gebis eū quasi exactor: nec usuris op-
primes. Si pign⁹ a p̄simo tuo acceperis
uestimētū: ante solis occasum red-
des ei. Ipm enī ē solū quo operīt indu-
mentū carnis eius: nec habet aliud in
quo dormiat. Si clamauit ad me ex-
audiā eū: quia misericors sum. Dijs
non detrahes: et principi pl̄i tui non
maledices. Decimas et p̄micias tuas
non tardabis offerre. Primogenitū
filioz tuoz dabis michi. De bobz q̄z
et ouibz similiter facies. Septē diebz
sit cū matre sua: die octaua reddes eū
michi. Viri sancti eritis michi. Carnē
que a bestijs fuerīt p̄gustata nō come-
detis: sed proicietis canibz. C. xxm.

Non suscipies uocē mendacij: nec
iūges manū tuā ut pro impio
dicas falsum testimoniū. Nō sequ-
ris turbā ad faciendū malū: nec i iudicio
plimoz acquiesces sententie: ut a uero deui-
es. Pauperis q̄z nō miserebet̄is i iudi-
cio. Si occurreris bouī inimici tui: aut
asino errāti: reduc ad eum. Si videris
asinū: odietis te: iacere sub onere nō p-
transibis: sed subleuabis cū eo. Non
declinabis in iudicio pauperis. Men-
dacium fugies. Insontē et iustū nō occi-
des: quia abuerso impiū. Nec accipi-
es munera: q̄ etiā excecāt prudētes: et
subuītit verba iustoz. Peregrino mo-
lestus nō eris. Scitis enī aduenarū a-
nimas: quia et ipi peregrini fuistis in
terra egipti. Sex annis seminabis terā
tuā: et cōgregabis fruges eius. Anno
aut̄ septimo dimittes eā et requiescere
facies: ut comedāt pauperes pl̄i tui:

et quidqd reliquū fuit edāt bestie agri. Sta facies in vinea. et in oliueto tuo. Sex diebz operaberis: septima die cessabis. ut requiescat bos z asinus tuus: et refrigeretur filius ancille tue. et aduena. Omia que dixi vobis custodite: z per nomē exterioz deoz nō iurabitis: neq; audiet ex ore vestro. Tribz vicibz p singulos anos. mihi festa celebrabitis. Solemnitatē qz azimoz custodies. Septem diebz comedetis azima sicut precepi tibi tempore mensis nouorum: quādo egressus es de egipto. Nō apparebis i cōspectu meo vacuus. Et solemnitatē messis primitiuoz operis tui: quecūq; seminaueris in agro: solemnitatē qz in exitu ani: quādo congregaueris omnes fruges tuas de agro. Ter in ano apparebit omne masculinū tuū coram dño deo tuo. Nō immolabis sup fermēto sanguinē victime mee: nec remanebit adeps solēnitatis mee usq; mane. Primicias frugū terre tue deferes i domū dñi dei tui. Nō coques edū in lacte matris sue. Ecce ego mittam angelū meū. qui precedat te z custodiat in via: et introducat in locū quē parauī. Observa cū et audi vocē eius. nec cōtemnēdū putes: quia nō dimittet cū peccaueris: z ē nomē meū in illo. Quod si audieris vocē eius. et feceris omia que loquor inimicus ero inimicis tuis: et affligā affligentes te. Precedetq; te angelus meus: z introducet te. ad amorreū z hetheum z pherezeum. chananeūq; et ceteum et iebuseū: quos ego cōteram. Nō adorabis deos eoz: nec coles eos. Non facies opera eorū. sed destrues eos: et cōfringes statuas eorū. Seruietisq; dño deo vro: ut benedicā panibz tuis. z aquis: z auferam infirmitatem de medio tui. Non erit infecūda nec sterilis terra tua. Numerū dierū tuorū implebo. Terrorē meū mittam in p̄cursum tuū: et occidā omnē pplm ad quē ingredieris. Cunctorūq; inimicoz tuorū coram te terga vertam: emittens crabones p̄us q̄ fugabūt eueum. et chananeū. et hetheum: antequ introeas. Non eiciam eos a facie tua anno uno. ne terra in solitudinē redigatur: z crescant contra te bestie. Paulatim expellam eos de cōspectu tuo: donec augearis. z possideas terrā. Ponā aut fines tuos a mari rubro usq; ad mare palestinoz: et a deserto usq; ad fluuiū. Tradā in manibz vris habitatores terre: z eiciā eos de cōspectu vestro. Nō inibis cū eis fedus: nec cū diis eoz. Nō habitent in terra tua: ne forte peccare te faciāt i me si seruieris diis eoz: qd tibi certe erit i scādalū. C. xxm.

Oblatum est autem ab his q; transierunt ad numerum. a uiginti annis et supra: de sexcentis tribus milibus et quingentis quinquaginta armatorū. Fuerunt preterea centū talenta argenti: e quibꝫ conflate sūt bases sanctuarij. et introitus ubi uelum pendet. Centū bases facte sunt de talentis centum: singulis talentis per bases singulas supputatis. De mille autē septingentis et septuaginta quinq; fecit capita columnarum: quas et ipas uestiuit argēto. Eris quoq; oblata sūt talenta septuagīta duo milia. et quingenti supra sicli: ex quibus fuse sunt bases in introitu tabernaculi testimonij. et altare eneum cum craticula sua. omniaq; uasa que ad usum eius pertinent: et bases atrij. tam in circuitu q; in ingressu eius: et paxilli tabernaculi atq; atrij p gyrū. C. xxix.

De iacincto uero et purpura. uermiculo ac bisso. fecit uestes. quibus induerēt aaron. quādo ministrabat in sanctis: sicut precepit dominus moysi. Fecit igitur superhumerale de auro. iacincto et purpura. coccoq; bis tincto et bisso retorta: ope polimitario. Incidit q; bracteas aureas. et extenuauit in fila ut possent torqueri cū porū colorum subtegmine: duasq; oras sibi inuicem copulatas in utroq; latere summitatum. et baltheum ex eisdē coloribus: sicut precepcrat dominus moysi. Parauit et duos lapides onichinos astrictos et inclusos auro: et sculptos arte gēmaria nominibus filiorū israhel. Sex nomina in lapide uno. et sex in altero: iuxta ordinem natiuitatis eorum. Posuitq; eos in lateribꝫ superhumeralis. in monimentum filiorum israhel: sicut precepcrat

dñs moysi. ſFecit et racionale ope polimito·iuxta opus ſuphumeralis·ex auro·iacinto·purpura coccoq; bis tincto et biſſo retorta: quadrangulū· duplex·menſure palmi: et poſuit in eo gemmarum ordines quatuor. In primo uerſu erat ſardius·topazius ſmaragdus: in ſecundo carbunculus ſaphirus·iaſpis: in tercio·ligurius· achates·amethiſtus: in quarto·criſolitus·onichinus·et berillus: circundati et inclusi auro p ordines ſuos. Ipſiq; lapides duodecim·ſculpti erāt nominibus duodecim tribuū iſrl': ſinguli pr nomina ſingulorum. ſFecerunt in racionali ꝛ catenulas ſibi inuicem cohærentes de auro puriſſimo: et duos uncinos·totidemq; anulos aureos. Porro anulos poſuerūt in utroq; latere racionalis ex quibꝫ penderēt due catene auree: quas inſeruerūt uncinis qui in ſuphumeralis angulis eminebant. Hec et ante ꝛ retro ita connectebāt ſibi: ut ſuperhumerale et racionale mutuo nequirentur·ſtricta ad balthei et anulis fortius copulata·quos iungebat uitta iacinctina·ne laxa fluctēt et a ſe inuicē mouerentur: ſicut p̄cepit dñs moyſi. ſFecerunt quoq; tunicam ſuperhumeralis totam iacinctinam· et capitium inſuperiori parte contra medium·oramq; per gyrum capitij textilem: deorſum autē ad pedes malapunica ex iacincto purpura·uermiculo ac biſſo retorta: et tintinnabula de auro puriſſimo·que poſuerūt inter malagranata in extrema parte tunice per gyrū: tintinnabulum autē aureū et malumpunicum: quibus ornatus incedebat pontifex quādo miniſterio fungebatur·ſicut precepit dominus moyſi. ſFecerūt ꝛ tunicas biſſinas operi textili aaron et filijs eius ꝛ mitras cū coronulis ſuis ex biſſo: feminalia q̄; linea biſſina: cingulum uero de biſſo retorta·iacincto·purpura·ac uermiculo·diſtinctū arte plumaria·ſicut preceperat dominus moyſi. ſFecerunt et laminam ſacre uenerationis de auro puriſſimo: ſcripſerunt q; in ea opere gemmario ſanctum domini: et ſtrinxerunt eam cū mitra uitta iacinctina· ſicut preceperit dñs moyſi. Perfectū eſt igitur omne opus tabernacli ꝛ tecti teſtimonij. ſFeceruntq; filij iſrl' cuncta que preceperat dominus moyſi: ꝛ obtulerūt tabernaculum·et tectum·et uniuerſā ſupellectilem: anulos·tabulas· uectes·columnas·ac baſes·operturiū de pellibꝫ arietum·rubricatis·ꝛ aliud operimentum de iacinctinis pellibꝫ: uelum·archam·uectes·propiciatorium· menſam cum uaſis ſuis·ꝛ propoſitionis panibꝫ·candelabrum·lucernas·ꝛ uteſilia earum cū oleo: altare aureum·ꝛ unguentum·et thymiama ex aromatibus: et tentorium in introitu tabernaculi·altare eneum·reticulum·uectes· et uaſa eius omnia: labrum cum baſi ſua·tentoria atrij·et columnas cum baſibus ſuis: tentorium in introitu atrij·funiculoſq; illiꝰ ꝛ paxillos. ſNichil ex uaſis defuit: que in miniſterium tabernaculi et in tectū federis iuſſa ſunt fieri. Ueſtes q; quibus ſacerdotes utunt̄ in ſanctuario·aaron ſcilicet et filij eius· obtulerūt filij iſrahel: ſicut preceperat dominus. Que poſtq; moyſes cuncta uidit completa: benedixit eis

Capitulꝫ ē dominꝰ ad moyſen dicens. ſMenſe p̄mo p̄ma die menſis eriges tabernaculum teſtimonij: ꝛ pones in eo archam·diminteſq; ante illam uelum: et illata menſa·pones

sup eam que rite ꝓcepta sūt. Candelabrum stabit cū lucernis suis. et altare aureū: i quo adolet incensū corā archa testimonij. Tentoriū i introitu tabernaculi testimonij pones: et ante illud altare holocausti. Labrum inter altare ⁊ tabernaclm: qđ implebis aqua. Circundabisq; atriū tentorijs: ⁊ ingressū eius. Et assumpto unctionis oleo unges tabernaclm cū vasis suis ut sanctificentē: altare holocausti ⁊ oīa vasa eius: labrū cū basi sua. Oīa unctionis oleo consecrabis: ut sint sancta sanctorū. Applicabisq; aaron et filios eius ad fores tabernacli testimonij: et lotos aqua indues sanctis vestibus. ut ministrent michi: et unctio eorū in sacerdotiū sempiternū proficiat. Fecit q; moyses oīa q ꝓceperat dominus. Igit mense pmo anni secdi. prima die mensis. collocatū ē tabernaclm. Erexit q; moyses illud et posuit tabulas. ac bases et vectes: statuitq; columnas. et expandit tectū sup tabernaclm: imposito desup opimento. sicut dns imperauerat. Posuit et testimoniū in archa. subdītis infra vectibs: et oraclm desup. Cūq; intulisset archam i tabernaclm testimonij: appendit ante eā velum ut expleret dni iussionem. Posuit ⁊ mensam in tabernaculo testimonij ad plagam septentrionalē extra velum: ordinatis corā. ꝑpositionis panibs: sicut ꝓceperat dns moysi. Posuit ⁊ candelabrum i tabernaculo testimonij eregione mense. in parte australi: locatis per ordinem lucernis iuxta ꝓceptum dni. Posuit ⁊ altare aureum sub tecto testimonij cōtra velum: et adoleuit sup eo incensum aromatū: sicut iusserat dns moysi. Posuit ⁊ tentoriū i introitu tabernacli testimonij. ⁊ altare holocausti in vestibulo testimonij: offerens in eo holocaustū ⁊ sacrificia ut dns impauerat. Labrū q; statuit inter tabernaclm testimonij et altare implens illud aqua: lauerūtq; in eo moyses et aaron ac filij eius manus suas ac pedes. cū ingrederent tectū federis. et accederent ad altare: sicut preceperat dns moysi. Erexit et atriū p gyrum tabernaculi et altaris: ducto in introitu ei⁹ tentorio. Postq; oīa perfecta sūt operuit nubes tabernaculū testimonij: et gloria dni impleuit illud. Nec poterat moyses ingredi tectū federis: nube opiente oīa. et maiestate dni coruscāte: quia cūcta nubes operuerat. Si quādo nubes tabernaculū deserebat: ꝓficiscebant filij isrl. p turmas suas. Si pendebat desup: manebant in eodem loco. Nubes quippe dni incubabat p diem tabernaculo. et ignis i nocte: videntibs cūctis populis israhel per cunctas mansiones suas.

Incipit liber leuitici. C. pmū.

Vocauit aut̄ moysen: et locutus est ei dns de tabernaculo testimonij dicēs. Loquere filijs israhel: et dices ad eos. Homo q; obtulerit ex vobis hostiam dno. de pecoribs idest de bobus et ouibus offerens victimas: si holocaustū fuerit eius oblatio ac de armento: masculū immaculatū offeret ad ostiū tabernacli testimonij. ad placandum sibi dnm. Ponetq; sup caput hostie manus. et acceptabilis erit: atq; in expiationem eius proficiēs. Immolabitq; vitulū corā dno: ⁊ offerēt filij aaron sacerdotes sanguinem eius. fundentes per altaris circuitū: qđ est ante ostiū tabernaculi.

Detractaq; pelle hostie·artus ī frusta concident: et subiciunt ī altarī ignem· strue lignoꝝ ante compositā·ꝫ mēbra que sunt cesa desup ordinātes·caput videlicet et cuncta que adherent iecorī· intestinis et pedibus lotis aqua: adolebitq; ea sacerdos super altare in holocaustū et suauem odorem dño. Quod si de pecoribus oblatio ē·de ouibz siue de capris holocaustū: agnū anniculū et absq; macula offeret: immolabitq; ad latꝰ altaris qđ respicit ad aquilonem·coram dño. Sanguinē uero illiuꝰ fundēt sup altare filij aarō·p circuitū: detruncatisq; mēbra·caput et omnia que adherent iecorī: et imponēt sup ligna· quibz subiciendus ē ignis. Intestina uero et pedes lauabūt aqua: ꝫ oblata omnia adolebit sacerdos super altare ī holocaustū et odorem suauissimū dño. Si autē de auibus holocausti oblatio fuerit dño·de turturibus et pullis columbe: offeret eā sacerdos ad altare·ꝫ retorto ad collū capite: ac rupto vulneris loco·decurrere faciet sanguinē sup crepidinem altaris: uesiculā uero gutturis et plumas·proiciet ꝓpe altare ad orientalē plagā·in loco in quo cineres effundi solent. Confringetq; ascellas eius·et non secabit: neq; ferro diuidet eam: et adolebit super altare· lignis igne suppositō. Holocaustū ē: et oblatio suauissimi odoris dño. C·m·

Anima cū obtulerit oblationem sacrificij domino: similа erit eius oblatio. Fundetq; sup eam oleum et ponet thus: ac deferet ad filios aarō sacerdotes. Quoꝝ unus tollet pugillū pleni simile et olei ac totum thus: et ponet memoriale sup altare·ī odorē suauissimū dño. Quod autē reliquū fuerit de sacrificio erit aaron et filiorū eius: sanctū sanctorū de oblationibz dñi. Cum autē obtuleris sacrificium coctū ī clibano de similа·panes scilicet absq; fermēto cōspersos oleo·et lagana azima oleo lita: si oblatio tua fuerit de sartagine·simile consperse oleo et absq; fermēto: diuides eā minutatim et fundes sup eam oleū. Sin autem·de craticula fuerit sacrificiū: eque similа oleo cōspergetur: quā offerens dño· trades manibus sacerdotis. Qui cum obtulerit eā·tollet memoriale de sacrificio: et adolebit super altare in odorē suauitatis domino. Quicquid autem reliquum est·erit aaron et filioꝝ eius: sanctum sanctoꝝ de oblationibz dñi. Omnis oblatio que offertur domino absq; fermento fiet: nec quicq; fermēti ac mellis adolebitur in sacrificio dñi: Primitias tantū eorum offeretis ac munera: sup altare uero nō imponent in odorē suauitatis. Quicquid obtuleris sacrificij·sale condies: nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Si autē obtuleris munus primitiaꝝ frugū tuarū dño·de spicis adhuc uiridibz: torrebis eas igni·ꝫ confriges i more farris·et sic offeres primitias tuas dño: fundens sup ea oleū et thus imponens· quia oblatio dñi ē. De qua adolebit sacerdos in memoriam muneris·partem farris fracti·ꝫ olei: ac totū thus. C m·

Quod si hostia pacificoꝝ fuerit eiꝰ oblatio·et de bobus uoluerit offerre: marē siue feminā immaculatā offeret coram dño. Ponetq; manū sup caput·uictime sue: que immolabitur in introitu tabernaculi testimonij. Fundentq; filij aarō sacerdotes·sāguinem ꝓ altaris circuitū: et offerent de hostia pacificoꝝ in oblationē dño adipem

qui opit vitalia · et quicquid pingue-
dinis est intrinsec9 · duos renes cum
adipe quo teguntur ilia·et reticulum
iecoris cū remunculis: adolebuntq; ea
super altare in olocaustū lignis igne
supposito in oblationē suauissimi o-
doris dñi. Si vero de ouibz fuerit ei9
oblatio et pacificoz hostia: siue mas-
culū obtulerit siue feminā: immacula-
ta erūt omnia. Si agnū obtulerit coram
domino·ponet manū suā sup caput
victime sue: q immolabit in vestibulo
tabernaculi testimonij. Fundētq; filij
aaron sanguinem eius per circuitum
altaris: et offerent de pacificorū hostia
sacrificiū dño · adipem et caudā totā
cum renibz et pinguedinē que operit
ventrem atq; vniuersa vitalia · et vtrū
q; remunculū cum adipe qui est iuxta
ilia·reticulūq; iecoris cum remunculis:
et adolebit ea sacerdos super altare in
pabulū ignis et oblationis dñi. Si
capra fuerit ei9 oblatio·et obtulerit eā
dño: ponet manū suā sup caput eius:
immolabitq; eam i introitu taberna-
culi testimonij. Et fundent filij aaron
sanguinē eius per altaris circuitum:
tollentq; ex ea i pastū ignis dominici·
adipem qui opit ventrem·et qui tegit
vniuersa vitalia · duos remūculos cū
reticulo quod est sup eos iuxta ilia·et
aruinam iecoris cū remunculis: ado-
lebitq; ea super altare sacerdos·in ali-
moniam ignis et suauissimi odoris.
Omnis adeps dominī erit iure pe-
tuo · in generationibus et cunctis ha-
bitaculis vestris: nec sanguinem nec
adipem omnino comedetis. C· m·

Locutusq; est dñs ad moysen di-
cens. Loqre filijs israhel. Anima
que peccauerit per ignorantiam·et de
vniuersis mandatis dominī q precpit
ut nō fierent quippiā fecerit: si sacerdos
qui vnctus est peccauerit · delinquere
faciens ppm: offeret pro peccato suo
vitulū immaculatū dño. Et adducet
illum ad ostiū tabernaculi testimonij·
coram dño: ponetq; manum super
caput ei9: et immolabit eum domino.
Hauriet quoq; de sanguine vituli: in-
ferens illum i tabernaculū testimonij.
Cūq; intinxerit digitū in sanguinem
aspergetq; eum septies coram dño: contra
velum sanctuarij. Ponetq; de eodem
sanguine super cornua altaris thymi-
amatis gratissimi dño: qd est in taber-
naculo testimonij. Omnē aūt reliquū
sanguinē fundet in basim altaris olo-
caustī·i introitu tabernaculi. Et adipē
vituli offeret pro peccato: tam eū qui
vitalia opit·q; omnia que intrinsecus
sunt·duos remunculos et reticulū qd
est supra eos iuxta ilia · et adipem ie-
coris cum remunculis·sicut offertur de
vitulo hostie pacificoz: et adolebit ea
super altare olocausti. Pellem vero t
omnes carnes · cū capite et pedibus et
intestinis t fimo t reliquo corpore effe-
ret extra castra in locū mundū·ut cine-
res effundi solent: incenderq; ea sup li-
gnoz struē: que in loco effusoz cinerū
crematabuntur. Quod si omnis turba
filioz israel ignorauerit·et p impiam
fecerit qd ora mandatum domini est·
et postea intellexerit peccatum suum:
offeret p peccato suo vitulū. Adducet
q; eum ad ostiū tabernaculi: t ponent
seniores ppli manus super caput eius
coram dño. Immolatoq; vitulo in
cōspectu dñi·inferet sacerdos q vnctus
est de sanguine eius i tabernaculū testi-
monij: tincto digito aspergens septies
contra velū. Ponetq; de eodē sanguine
in cornibz altaris: qd est coram dño

in tabernaculo testimonij. Reliquum autē sanguinem fundet iuxta basim altaris olocaustor: quod est in ostio tabernaculi testimonij. Omnemq; eius adipem tollet · et adolebit supra altare · sic faciens et de hoc vitulo quomodo fecit z prius: et rogāte p eis sacerdote propicius erit eis dñs. Ipsum autem vitulū efferet extra castra atq; cōburet sicut et priorē vitulū: qa est p peccato multitudinis. Si peccauerit princeps et fecerit unū e pluribs per ignorantiā quod dñi lege prohibet · et postea intellexerit peccatū suū: offeret hostiā coram dño · hircum de capris immaculatum: ponetq; manum suam sup caput eius. Cumq; immolauerit eum in loco ubi solet mactari olocaustum coram dño · quia p peccato ē: tinget sacerdos digitum in sanguine hostie pro peccato · tangens cornua altaris olocausti · et reliquū fundēs ad basim eius: adipē uero adolebit supra sicut in victimis pacificor fieri solet. Rogabitq; p eo sacerdos et pro peccato ei9: et dimittetur ei. Quod si peccauerit anima per ignorantiam de ptō terre ut faciat quicq; de hijs que dñi lege prohibent · atq; delinquat · et cognouerit peccatum suum · offeret capram immaculatam: ponetq; manus super caput hostie que pro peccato est: z immolabit eam i loco olocausti. Tollet q; sacerdos de sanguine i digito suo: et tangens cornua altaris olocausti · reliquū fundet ad basim ei9. Omnem autē adipē auferens sicut auferri solet de victimis pacificorū adolebit super altare i odorem suauitatis domino: rogabitq; pro eo: et dimittet ei. Si in autem de pecoribus obtulerit victimā pro peccato que scilicet immaculatā:

ponet manum sup caput eius: et immolabit eam in loco ubi solent cedi olocaustor hostie. Sumetq; sacerdos de sanguine ei9 digito suo: et tangēs cornua altaris olocausti · reliquum fundet ad basim eius. Omnē quoq; adipē auferēs · sicut auferri solet adeps arietis q immolat p pacificis cremabit sup altare incensū dñi: rogabitq; pro eo et p peccō ei9: z dimittet ei. C · v · Si peccauerit anima et audierit vocē iurantis testisq; fuerit qđ ipe vidit aut conscius est: nisi indicauerit · portabit iniquitatem suā. Anima que tetigerit aliqđ immūdū · siue qđ occisum a bestia est · aut p se mortuū · aut qđlibet aliud reptile z oblita fuerit immūdicie sue · rea est et deliquit: et si tetigerit quicq; de immūdicia hominis iuxta omnem impuritatē qua polluī solet oblitaq; cognouerit postea: subiacebit delicto. Anima q iurauerit et ptulerit labijs suis ut uel male quid faceret uel bene et non fecerit · z idipm iuramēto z sermone firmauerit · oblitaq; postea intellexerit delictū suū: agat penitentiā pro peccato z offerat de gregibus agnam siue capram: orabitq; pro eo sacerdos z pro peccatis eius. Si in autem non potuerit offerre pecus · offerat duos turtures uel duos pullos columbaq; dño: unū pro peccō et alterū in olocaustum: dabitq; eos sacerdoti. Qui primū offerens pro peccato retorquebit caput eius ad pennulas · ita ut collo adhereat et nō penit9 abrumpat: et asperget de sanguine eius parietem altaris. Quicquid aut reliquū fuerit faciet distillari ad fundamentum eius: quia pro peccato est. Alterū uero in olocaustū adolebit ut fieri solet: rogabitq; pro eo sacerdos

et pro pcō eius: et dimittet ei. Quod si non quiuerit manꝰ eiꝰ duos offere turtures · aut duos pullos columbarum: offeret pro pcō suo simile partē ephy·decimam. ſNon mittet ī eā oleū nec thuris aliquid imponet · qa pro peccato est: tradetq; eam sacerdoti: q̄ plenū ex ea pugillum hauriēs cremabit super altare in monimentum eius· qui obtulerit · rogans pro illo et expians: reliquā vero partem ipe habebit in munere. Locutusq; ē dominus ad moysen dicens. ſAnima si preuaricās cerimonias p errorem · in his q̄ dño sūt sanctificata peccauerit: offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus · qui emī potest duobꝰ siclis iuxta pondus sanctuarij: ipmq; qđ intulit damni restituet et quintā partē ponet supra tradens sacerdoti: q̄ rogabit pro eo offerens arietem: ⁊ dimittet ei. ſAnima q̄ peccauerit p ignorantiā fecerintq; unū ex his que domini lege prohibentur · et peccati rea · intellexerit iniquitatem suam · offeret arietem immaculatum de gregibꝰ sacerdoti iuxta mensuram estimationemq; peccati: q̄ orabit p eo qa nescīēs fecerit: ⁊ dimittet ei · qa p errorē deliquit ī dño. Ca· vi·

Locutusq; est dns ad moysen dicens. ſAnima que peccauerit · et contēpto domino negauerit proximo suo depositum quod fidei eius creditū fuerat · uel vi aliquid extorserit · aut calumniam fecerit siue rem perditam inuenerit et infitians insup peierauerit · et qđlibet aliud · ex pluribus fecerit in quibus solent peccare homines: conuicta delicti reddet oīa que p fraudē voluit obtinere integra: et quintam insup partem dño cui damnū intulerat. Pro pcō autē suo offeret arietem immaculatum de grege: et dabit eum sacerdoti iuxta estimationem mensuramq; delicti: qui rogabit pro eo corā dño · et dimittetur illi pro singulis q̄ faciendo peccauit. Locutusq; est dns ad moysen · dicens. Precipe aaron et filijs eius. Hec ē lex holocausti. Cremabitur in altari tota nocte usq; mane. Ignis ex eodem altari erit. Vestietur tunica sacerdos · et feminalibꝰ lineis: tolletq; cineres quos vorans ignis exussit: et ponens iuxta altare · spoliabitur pōribꝰ vestimentis: indutusq; alijs efferet eos extra castra: et in loco mūdissimo usq; ad fauillam cōsumī faciet. Ignis autem in altari semper ardebit: quē nutriet sacerdos · subiciēs ligna mane · p singulos dies: et imposito holocausto desup · adipes adolebit pacificoꝝ. Ignis est iste perpetuus: qui nunq̄ deficiet in altari. Hec est lex sacrificij et libamentoꝝ que offerent filij aaron corā dño et corā altari. Tollet sacerdos pugillum simile q̄ conspersa est oleo · et totum thus · qđ sup similā est: adolebitq; illud in altari in monimentum odoris suauissimi domino. Reliquā autē partem simile comedet aaron cum filijs suis absq; fermento et comedet in loco sanctuarij tabernaculi. Ideo autem non fermentabitur: quia pars eius in dnī offertur incensum. Sanctum sanctoꝝ erit: sicut pro peccato atq; delicto. ſMares tantum stirpis aarō · comedent illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibꝰ vestris de sacrificijs dñi. Omnis qui tetigerit illa sanctificabitur. Locutusq; est dns ad moysen dicens. Hec est oblatio aaron et filioꝝ eius quā offerre debent domino ī die unctionis sue. Decimam partem ephy offerent

similē ī sacrificio sempiterno. Medium
eius mane et medium eius vespere: q̄
in sartagine oleo conspersa friget.
Offeret autem eā calidam in odorem
suauissimū dño sacerdos qui iure p̄=
ti succedet: et tota crematbit in altari.
Omne enim sacrificium sacerdotū igne
consumetur: nec quisq̄ comedet ex eo.
Locutus est autem dominus ad mo=
ysen dicēs. Loquere aaron et filijs ei⁹.
Ista est lex hostie pro peccato. In loco
ubi offertur holocaustum: immolabit̄
coram domino. Sanctum sanctorū
est. Sacerdos qui offert comedet eam
in loco sancto: ī atrio tabernacli. Quic=
quid tetigerit carnes eius sanctificabi=
tur. Si de sanguine illius vestis fuerit
aspersa lauabit̄ in loco sancto. Vas
aut̄ fictile in quo cocta est cōfringet̄:
q̄ si vas eneum fuerit defricabitur: et
lauabit̄ aqua. Omnis masculus de
genere sacerdotali vescetur de carnib⁹
eius: quia sanctum sanctor⁹ ē. Hostia
enim que offertur pro peccato: cui⁹ san=
guis infertur ī tabernaculū testimonij
ad expiandum in sanctuario non co=
medetur: sed comburetur igni. C. vn.
Hec ē quoq⁹ lex hostie pro delicto.
Sancta sanctor⁹ est. Idcirco ubi
immolabit̄ holocaustū: mactabitur et
victima pro delicto. Sanguis eius p
gyrum altaris fundetur. Offerent ex
ea caudam et adipem qui operit viscalia:
duos renunculos et pinguedinē que
iuxta ilia ē: reticulumq⁹ iecoris cū renun=
culis: et adolebit ea sacerdos sup altā=
re. Incensum est domini pro delicto.
Omnis masculus de sacerdotali gene=
re ī loco sancto vescetur his carnib⁹:
quia sanctum sanctor⁹ est. Sicut pro
peccato offert hostia: ita et p delicto. Vni=
usq⁹ hostie lex una erit. Ad sacerdotem
qui eam obtulerit pertinebit. Sacerdos
qui offert holocausti victimā: habebit
pellem eius. Et omne sacrificium similē
quod coquitur in clibano: et quicquid
in craticula vel in sartagine p̄paratur
ei⁹ erit sacerdotis: a quo offertur: sive
oleo conspersa sive arida fuerit. Cūctis
filijs aaron mensura equa p singulos
dividetur. Hec est lex hostie pacificor⁹:
que offertur domino. Si pro gratiar⁹
actione oblatio fuerit: offerent panes
absq⁹ fermento: conspersos oleo et la=
gana azima uncta oleo coctamq⁹ si=
milam et colliridas: olei admixtione
consperlas: panes quoq⁹ fermentatos
cum hostia gratiar⁹ que immolatur
pro pacificis: ex quibus unus p pri=
mitijs: offertur dño: et erit sacerdotis
qui fuderit hostie sanguinem. Cui⁹
carnes eadem comedent̄ die: nec rema=
nebit ex eis quicq⁹ usq⁹ mane. Si vo=
to vel sponte quispiā obtulerit hostiā:
eadem similiter edetur die. Sed et si qd
in crastinū remanserit: vesci licitū est.
Quicquid aut̄ tercius inuenerit dies
ignis absumet. Si quis de carnibus
victime pacificor⁹ die tercio comederit:
irrita fiet ei⁹ oblatio nec proderit offe=
renti: quin potius quecunq⁹ anima
tali se edulio contaminauerit p̄uari=
cationis rea erit. Caro que aliquid te=
tigerit immundū non comedetur: sed
cōburetur igni. Qui fuerit immūdus
vescetur ex ea. Anima polluta q̄ ederit
de carnib⁹ hostie pacificor⁹ q̄ oblata
est dño p̄bit de populis suis: et que
tetigerit immundiciam hominis vel
iumenti sive omnis rei que polluere po=
test: et comederit de huiuscemodi car=
nib⁹: interibit de p̄pls suis. Locutusq⁹
est dñs ad moysen dicens. Loquere fi=
lijs israhel. Adipem ouis et bouis et

capre non comedetis. Adipem cadaueris morticini et ei9 animalis quod a bestia captum ē. habebitis ī varios usus. Si quis adipē qui offerri debet in incensum dominī comederit: pibit de populo suo. Sanguinem quoq; omnis animalis non sumetis in cibo: tam de ouibz qz de pecoribz. Omnis anima que ederit sanguinem: pribit de populis suis. Locutusq; ē dominus ad moysen dicens. Loquere filijs israhel dicēs. Qui offert victimā pacificoz dño: offerat simul et sacrificium id est libamenta eius. Tenebit manibz adipem hostie: et pectusculū. Cūq; ambo oblata domino consecrauerit tradent sacerdoti: qui adolebit adipem super altare: pectusculum autē erit aaron z filiorū eius. Armus quoq; dextet de pacificorum hostijs cedet in p̄mitias sacerdotis. Qui obtulerit sanguinem et adipem filioz aaron: ipe habebit et armū dextrū in portione sua. Pectusculum etī eleuationis z armū separationis tuli a filijs israhel de hostijs eoz pacificis: et dedi aaron sacerdoti. et filijs ei9 lege pretua ab oīm pplo israhel. Hec est unctio aaron et filiorum eius in cerimonijs dñi. die quo obtulit eos moyses ut sacerdotio fungerentur: et que p̄cepit eis dari dominus a filijs isrl religione pretua. in generatiōibz suis. Ista est lex holocausti et sacrificij pro peccato atq; delicto: et p consecratione z pacificoz victimis quā obtulit dñs moysi ī mōte synai: quādo mandauit filijs isrl ut offerent oblationes suas domino ī deserto synai. C. vm.

Locutusq; ē dominus ad moysen dicens. Tolle aaron cum filijs suis. uestes eorū et unctionis oleum: uitulū p pcō. duos arietes canistrū cum azimis: et congregabis omnem cetum ad ostiū tabernaculi. Fecit moyses ut dominus imperarat: cōgregataq; oīs turba ante fores tabernaculi ait. Iste est sermo quē iussit dominus fieri. Statimq; obtulit aaron z filios eius. Cunq; lauisset eos. uestiuit pontificem subucula linea. accingēs eum balteo. z induēs eum tunica iacinctina: et desup humerale imposuit: quod astringens cingulo aptauit racionali in quo erat doctrina z ueritas. Cidari quoq; texit caput: et sup eam contra frontem posuit laminam aureā consecratā in sanctificatione: sicut p̄ceperat ei dominus. Tulit et unctionis oleū: quo liniuit tabernaculum cum omni supellectili sua. Cūq; sanctificās aspersisset altare septem uicibz unxit illud et omnia uasa eius: labrumq; cū basi sua sanctificauit oleo. Quod fundens super caput aaron: unxit eū et consecrauit. Filios qz ei9 oblatos consecrauit: uestiuitq; tunicis lineis et cinxit baltheis: imposuitq; mitras ut mandauerat dñs. Obtulit z uitulum p peccato. Cunq; sup caput ei9 posuissent aaron et filij eius manus suas. immolauit eum hauriens sanguinem: et digito tetigit cornua altaris per gyrū. Quo expiato et sanctificato: fudit reliquum sanguinē ad fundamenta ei9. Adipem uero qui erat super uitalia et reticulum iecoris duosq; renunculos cum aruinulis suis adoleuit super altare: uitulū cū pelle et carnibz et fimo cremans extra castra: sicut preceperat dominus. Obtulit et arietem in holocaustum. Super cuius caput cū imposuissent aaron et filij eius manꝰ suas immolauit eum: et fudit sanguinem eius p circuitū altaris. Ipmq; arietē

in frusta concidens. caput eius & arcꝰ
et adipem adoleuit igni: lotis prius
intestinis et pedibꝫ. Totumq; simul
arietē incendit super altare eo qꝺ esset
holocaustum suauissimi odoris dño:
sicut p̄ceperat ei. Obtulit & arietē scdm
in consecrationē sacerdotū: posuerunt
qꝫ super caput eius aaron et filij eius
manus suas. Quem cū immolasset
moyses: sumens de sanguine. tetigit
extremū auricule dextre aarō. et pollicē
manus eius dextre: similiter et pedis.
Obtulit et filios aarō. Cunq; de san-
guine arietis immolati tetigisset extre-
mum auricule singulorꝫ dextre. et pol-
lices manus ac dextri pedis: reliquū
fudit super altare per circuitum. Adi-
pem vero et caudam. omnemq; pingue-
dinem que operit intestina: reticulum
qꝫ iecoris et duos renes cū adipibus
suis & armo dextro separauit. Tollens
autem de canistro azimorum quod
erat coram dño panes absq; fermēto.
et collirida aspersam oleo laganum
qꝫ. posuit super adipes et armū dextrū:
tradens simul omnia aaron et filijs
eius. Qui postq̄ leuauerunt ea coram
dño. rursum suscepta de manibꝫ eorꝫ
adoleuit super altare holocausti: eo qꝺ
consecrationis esset oblatio in odorē
suauitatis sacrificij dñi. Tulitq; pectus-
culum eleuans illud corā domino de
ariete cōsecrationis in partem suam:
sicut p̄ceperat ei dominus. Assumens
qꝫ unguentum. & sanguinem qui erat
in altari aspersit super aaron et vesti-
menta eiꝰ: et super filios illius ac veste
eorꝫ. Cunq; sanctificasset eos in vestitu
suo: p̄cepit eis dicens. Coquite carnes
ante fores tabernaculi: & ibi comedite
eas. Panes quoq; cōsecrationis edi-
te q̄ positi sunt i canistro: sicut p̄cepit
michi deus dicens. Aaron et filij eius
comedēt eos. Quicqd aūt reliquū fue-
rit de carne et panibꝫ igni⁹ absumet.
De ostio quoq; tabernacli nō egredi⁹
septē diebus: usq; ad diem quo imple-
bitur tempꝰ cōsecrationis vestre. Septē
enim diebus finitur consecratio sicut
impresentiarꝫ factū ē: ut ritus sacrifi-
cij compleretur. Die ac nocte manebitis
i tabernaculo: obseruātes custodias dñi
ne moriamini. Sic enī michi p̄ceptū
ē. Fecerūtq; aarō & filij eiꝰ cuncta que
locutꝰ est dñs per manū moysi. C. ix.

Facto autem octauo die vocauit
moyses aaron et filios eius ac
maiores natu israhel: dixitq; ad aarō.
Tolle de armento vitulū pro peccato.
et arietē in holocaustū. utrunq; imma-
culatum: et offer illos corā domino:
et ad filios israhel loqueris. Tollite
hircum pro peccato et vitulum atq; a-
gnum anniculum et sine macula in
holocaustum: bouem et arietem p pacifi-
cis. & immolate eos coram domino:
in sacrificio singulorꝫ similam cōsper-
sam oleo offerentes. Hodie enim dñs
apparebit vobis. Tulerūt ergo cuncta
que iusserat moyses ad ostiū taberna-
culi: vbi cū omnis multitudo astaret
ait moyses. Iste est sermo quē precepit
dñs: facite et apparebit vobis gloria
eius. Et dixit ad aaron. Accede ad al-
tare: et immola pro peccato tuo. Offer
holocaustum: et deprecare pro te & pro
populo. Cunq; mactaueris hostiam
populi: ora pro eis: sicut p̄cepit dñs.
Statimq; aaron accedens ad altare
immolauit vitulum pro peccato suo:
cuius sanguinē obtulerunt ei filij sui.
In quo tingens digitū tetigit cornua
altaris: et fudit residuū ad basim eiꝰ.
Adipemq; et renunculos ac reticulū

iecoris que sunt pro peccato adoleuit
sup altare: sicut preceperat dominus
moysi. Carnes uero et pellē eius extra
castra combussit ignī. Immolauit ꝛ
holocausti uictimā. Obtulerūtq; ei filij
sui sanguinem eius: quē fudit p alta-
ris circuitū. Ipam etiā hostiā i frusta
concisam cū capite et membris sin gu-
lis obtulerunt: que omnia sup altare
cremauit ignī: lotis aqua prius inte-
stinis et pedibus. Et pro peccato ppli
offerens · mactauit hircum: expiatoq;
altari fecit holocaustū · addens in sacri-
ficio libamenta · que pariter offerūtur
et adolens ea super altare: absq; cere-
monijs holocausti matutini. Immo-
lauit et bouem atq; arietem hostias
pacificas populi. Obtulerunteq; ei filij
sui sanguinē quē fudit super altare in
circuitu: adipem aūt bouis · et caudā
arietis renunculosq; cū adipibz suis
et reticulū iecoris posuerūt sup pectora.
Cūq; cremati essent adipes sup altare:
pectora eoz ꝛ armos dextros separauit
aaron eleuans coram dño: sicut pre-
ceperat moyses. Et extendens manū
ad pplm benedixit ei: sicq; completis
hostijs pro peccato ꝛ holocaustis ꝛ pa-
cificis · descendit. Ingressi aūt moyses
et aaron in tabernaculū testimonij et
deinceps egressi: benedixerunt populo.
Apparuitq; gloria dñi omni multitu-
dini: et ecce egressus ignis a domino
deuorauit holocaustū et adipes: q̄ erāt
sup altare. Quod cū uidisset turba: lau-
dauerūt dñm ruētes i facies suas. C. x.

Arreptisq; nadab ꝛ abiu filij aarō
thuribulis suis imposuerunt i-
gnem et incensum desupr offerētes co-
ram domino ignē alienū: quod eis
preceptum non erat. Egressusq; ignis
a domino deuorauit eos: ꝛ mortui sūt
coram dño. Dixitq; moyses ad aaron.
Hoc est qđ locutus est dñs. Sanctifi-
cabor in his qui appropinquant mi-
chi: et in conspectu omnis pplī glorifi-
cabor. Quod audiens tacuit aaron.
Vocatis aut̄ moyses · mysahele et e-
lisaphan · filijs oziel patrui aarō: ait
ad eos. Ite et tollite fratres uestros de
cōspectu sanctuarij: et asportate extra
castra. Confestimq; p gentes sustulerunt
eos sicut iacebant uestitos lineis tuni-
cis: et eiecerunt foras ut sibi fuerat im-
peratum. Locutusq; ē moyses ad aarō
et ad eleazar ꝛ ythamar filios ei9. Ca-
pita uestra nolite nudare · et uestimēta
nolite scindere · ne forte moriamini: ꝛ
sup omnem cetum oriat̄ indignatio.
Fratres uestri et omnis domus israhel
plangāt incendiū qđ dñs suscitauit:
uos aūt non egredieminī fores taber-
naculi: alioquin pibitis. Oleū quippe
sancte unctionis est sup uos. Qui fece-
runt omnia iuxta preceptū moysi. Di-
xitq; dñs ad aaron. Vinū et omne
qđ inebriare potest nō bibetis · tu ꝛ filij
tui quādo intrabitis in tabernaculū
testimonij ne moriamini quia pece-
ptum sempiternum est i generationes
uestras: et ut habeatis scientiā discer-
nendi · inter sanctū et prophanū · inter
pollutū et mundum: docereq; filios
israhel omnia legitima mea q̄ locutus
est dñs ad eos p manū moysi. Locu-
tusq; est moyses ad aaron: et ad elea-
zar et ythamar filios eius · qui erant
reliqui. Tollite sacrificiū qđ remansit
de oblatione domini ꝛ comedite illud
absq; fermēto iuxta altare: q̄a sanctū
sanctoz est. Comedetis aūt i loco san-
cto qđ datū est tibi et filijs tuis · de ob-
lationibus domini: sicut preceptum
ē michi. Pectuscula quoq; qđ oblatū

est·et armū qui ſeparatus est edetis in
loco mundiſſimo tu et filij tui:et filie
tue tecū. Tibi enī ac liberis tuis repoſita
ſunt de hoſtijs ſalutaribus filiorꝫ iſra-
hel:eo qꝫ armū ꝫ pectus ꝫ adipes qui
cremātur in altari·eleuauerūt coram
dño:et ptīneāt ad te·ꝫ ad filios tuos·
lege ꝑpetua:ſicut ꝓcepit dominus. In-
ter hec hircum qui oblatꝰ fuerat pro
peccato cum quereret moyſes exuſtum
repetit:iratuſqꝫ contra eleazar·et ythā-
mar filios aaron qui remanſerāt ait.
Cur non comediſtis hoſtiā ꝑ peccato
in loco ſancto·que ſancta ſanctorum
est·et data vobis ut portetis iniquita-
tem multitudinis ꝫ rogetis pro ea in
conſpectu domini:ꝑſertim cum de ſan-
guine illius nō ſit illatū intra ſancta·
et comedere debueratis eam in ſancta-
rio ſicut ꝓceptum est michi? Reſpon-
dit aaron. Oblata est hodie victima
pro peco ꝫ holocaustū corā dño:michi
autē accidit qđ vides. Quomō potui
comedere eā:aut placere dño i cerimo-
nijs mēte lugubri? Quod cū audiſſet
moyſes: recepit ſatiſfactionem. C·xi·

Locutus est dñs ad moyſen·ꝫ aa-
ron dicens. Dicite filijs iſrahel.
Cuſtodite oīa que ſcripſi vobis:ut
ſim deus veſter. Hec ſunt animalia q̄
comedere debetis de cunctis animan-
tibus terre. Omne qđ habet diuiſam
vngulam et ruminat in pecoribꝫ co-
medetis. Quicquid aūt ruminat ꝫ ha-
bet vngulam ſed nō diuidit eā·ſicut
camelus ꝫ cetera·nō comedetis illud:
et inter immunda reputabitis. Cho-
grillus qui ruminat vngulamqꝫ nō
diuidit immundus est:lepus quoqꝫ
nam ꝫ ipe ruminat ſed vngulam nō
diuidit:et ſus que cū vngulam diui-
dat non ruminat:horꝫ carnibꝫ non
veſcemini. Nec cadauera contingetis
quia immunda ſunt vobis. Hec etiā
ſunt que gignūtur in aquis:et veſci
licitum est. Omne quod habet pinnu-
las ꝫ ſquamas tam in mari qꝫ in flu-
minibus et ſtagnis comedetis. Quic-
quid autē pinnulas et ſquamas nō
habet eorꝫ que in aquis mouentur et
vnūt abominabile vobis ēsecrandū
qꝫ erit. Carnes eorꝫ non comedetis:et
morticina vitabitis. Cuncta que non
habent pinnulas ꝫ ſquamas ī aquis
polluta erunt. Hec ſunt q̄ de auibus
comedere nō debetis:et vitanda ſunt
vobis. Aquilam·et gryphū·et alietū
et miluum·ac vulturem iuxta genus
ſuum:et omne corui generis·in ſimi-
litudinem ſuam:ſtrucionē·ꝫ noctua·
et larum ꝫ accipitrē iuxta genꝰ ſuum:
bubonē et mergulū·et ibin·et cygnū
et onocrotalū·et prophirionem·hero-
dionem.et caradrion iuxta genus ſu-
um: vpupam quoqꝫ et veſpertilionē.
Omne de volucribus quod graditur
ſup quatuor pedes abominabile erit
vobis. Quicquid autē ambulat qui-
dem ſup quatuor pedes ſed habet lon-
giora retro crura ꝑ que ſalit ſuper ter-
ram·comedere debetis:ut est brucus
in genere ſuo·ꝫ attacus atqꝫ ophio-
machus·atqꝫ locuſta:ſingula iuxta
genus ſuū. Quicquid aūt ex volucri-
bus·quatuor tantum habet pedes ex-
ecrabile erit vobis:et quicūqꝫ morti-
na eorum tetigerit polluetur·et erit
immūdus uſqꝫ ad veſperā:ꝫ ſi neceſſe
fuerit ut portet quippiā horū mortuū
lauabit veſtimenta ſua·et immūdus
erit uſqꝫ ad occaſum ſolis. Oīne ani-
mal quod habet quidem vngulam
ſed nō diuidit eam·nec ruminat·im-
mūdum erit:ꝫ quicquid tetigerit illud

contaminabit. Quod ambulat super manus ex cunctis animantibus que incedunt quadrupedia: immundum erit. Qui tetigerit morticina eorum polluetur usq; ad vesperū: et qui portauerit huiusmodi cadauera lauabit vestimenta sua: et immundus erit usq; ad vesperum: quia omnia hec immunda sunt vobis. Hec quoq; inter polluta reputabunt de hijs que mouentur in terra: mustela et mus et crocodillus: singula iuxta genus suum: migale chameleon: et stellio: et lacerta et talpa: omnia hec immunda sunt. Qui tetigerit morticina eorum immundus erit usq; ad vesperū: et sup quē ceciderit quicq; de morticinis eorū polluetur. Tam vas ligneū et vestimentū: quā pelles: et cilicia: et in quocunq; fit opus tingentur aqua: et polluta erūt usq; ad vesperū: et sic postea mundabunt. Vas aute fictile in qđ horū quicq; intro ceciderit polluetur: et ideo frangendū e. Omnis cibus quē comederis si fusa fuerit sup eum aqua immundus erit: et omne liquens qđ bibitur de vnoquoq; vase immundum erit. Et quicquid de morticinis huiusmodi ceciderit super illud immundū erit: sive clibani: sive ollarum pedes destruent: et immundi erūt. Fontes vero et cisterne: et omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit polluet. Si ceciderit sup sementem nō polluent eam: si autem quispiā aqua sementem perfuderit: et postea morticinis tacta fuerit: illico polluetur. Si mortuū fuerit animal qđ licet vobis comedere: q̄ cadauer eius tetigerit immundus erit usq; ad vesperū. Et qui comederit ex eo quippiam sive portauerit: lauabit vestimenta sua: et immundus erit usq; ad vesperū. Omne quod reptat super terrā abominabile erit: nec assumet in cibū. Quicquid super pedes quadrupes gradit: et multos habet pedes sive per humū trahit non comedetis: quia abominabile e. Nolite cōtaminare animas vestras: nec tangatis quicq; eorum ne immundi sitis. Ego su dns deus vester. Sancti estote: quia ego sanctus sum: ne polluatis animas vestras i omni reptili quod mouet sup terram. Ego enī sum dns qui eduxi vos de terra egipti: ut essem vobis in deū. Sancti eritis: quia ego sanctus sum. Ista est lex animantiū ac volucrum et omnis anime viuentis que mouetur in aqua: et reptat in terra: ut differentias noueritis mundi et immundi: et ut sciatis quid comedere et respuere debeatis. C. xii.

Locutusq; est dns ad moysen dicens. Loquere filijs israhel: et dices ad eos. Mulier si suscepto semine pepererit masculū immunda erit septē diebus iuxta dies separationis mēstrue: et die octauo circumcidet infantulus: ipa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis sue. Omne sanctum non tanget: nec ingredietur in sanctuariū donec impleantur dies purgationis sue. Si autem feminā pepererit immunda erit duabus ebdomadibus iuxta ritum fluxus menstruū: et sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis sue. Cūq; expleti fuerint dies purificationis sue pro filio sive pro filia deferet agnū anniculum i holocaustum et pullū columbe sive turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonij et tradet sacerdoti: q̄ offeret illa coram domino: et orabit pro ea: et sic mūdabit a profluuio sāguinis sui. Ista e lex parturientis

masculū et femināꝫ. Quod si nō inuenerit manus eius nec potuerit offerre agnū·sumet duos turtures uel duos pullos columbaꝝ:unū in holocaustū et alterū pro peccato. Orabitq; pro ea sacerdos et sic mundabitur. C· xm·

Locutusq; est dñs ad moysen et aaron dicens. Homo in cuius cute et carne ortus fuerit diuersus color siue pustula·aut lucens quippiā id ē plaga lepre: adducetur ad aarō sacerdotē·uel ad unūquemlibet filiorū eius. Qui cum uiderit lepram i cute·et pilos i album mutatos colorē·ipam q; speciē lepre humiliorem cute et carne reliqua:plaga lepre ē·ꝫ ad arbitrium eius separabit. Sin autem lucēs candor fuerit in cute·nec humilior carne reliqua: et pili coloris pristini: recludet eum sacerdos septem diebus·ꝫ considerabit die septimo. Et siquidem lepra ultra nō creuerit·nec transierit in cute ꝑores terminos:rursum recludet eum septem diebꝫ alijs:et die septimo contemplabitur. Si obscurior fuerit lepra et non creuerit in cute mundabit eā qā scabies ē:lauabitq; homo uestimenta sua·et mundus erit. Quod si postq; a sacerdote uisus ē et redditus est mūdicie iterꝫ lepra creuerit adducet ad eum:et immūdicie condemnabit. Plaga lepre si fuerit i homine adducetur ad sacerdotem: et uidebit eum. Cunq; color albus in cute fuerit·et capillorꝫ mutauerit aspectum·ipa quoq; caro uiua apparuerit: lepra uetustissima iudicabit·atq; inolita cuti. Contaminabit itaq; eum sacerdos·et nō recludet: quia ꝓspicue immūdicie est. Sin aūt efloruerit discurrens lepra i cute·et operuerit omnē carnē a capite usq; ad pedes·quicquid sub aspectu oculoꝝ cadit:cōsiderabit eū sacerdos·et ueneri lepra mundissima iudicabit·eo q; omnis in candorem uersa sit:ꝫ idcirco homo mundus erit. Quando uero caro uiues in eo apparuerit·tunc sacerdotis iudicio polluet:et inter immundos reputabit. Caro enim uiua si lepra aspergitur:immūda ē. Quod si rursum uersa fuerit in albōrem et totum hominē operuerit:considerabit eū sacerdos·et mundū esse decernet. Caro autem et cutis ī qua ulcus natum est et sanatū·et in loco ulceris cicatrix alba apparuerit siue subrufa:adducetur homo ad sacerdotem. Qui cū uiderit locū lepre humiliorem carne reliqua·et pilos uersos in candorem:cōtaminabit eum. Plaga enim lepre orta ē in ulcere. Quod si pilus coloris ē pristini et cicatrix subobscura·et uicina carne non est humilior: recludet eum septem diebus. Et siquidem creuerit·adiudicabit eum lepre:sin aūt steterit in loco suo·ulceris est cicatrix:ꝫ homo mūdus erit. Caro autem et cutis quā ignis exusserit·et sanata albam siue rufam habuerit cicatricem:cōsiderabit eam sacerdos. Et ecce uersa est in albōrem·et locus eius reliqua cute ē humilior: contaminabit eum:quia plage lepre in cicatrice orta ē. Quod si pilorū color nō fuerit immutatus·nec humilior plaga carne reliqua·et ipsa lepre species fuerit subobscura: recludet eū septem diebꝫ: et die septimo contemplabitur. Si creuerit in cute lepra contaminabit eum:sin aūt in loco suo candor steterit non satis clarus·plaga combustionis est et idcirco mūdabit·quia cicatrix est combusture. Uir siue mulier in cuius capite uel barba germinauerit lepra:uidebit eos sacerdos.

Et si quidē humilior fuerit locꝰ carne
reliqua·et capillus flauꝰ·solitoq; sub-
tilior:contaminabit eos:quia lepra
capitis ac barbe est. Sinautē viderit
locū macule equalē vicine carni·et ca-
pillū nigrū:recludet eos septē diebus:
et die septimo intuebitur. Si nō creue-
rit macula·⁊ capillus sui coloris ē·et
locus plage carni relique equalis:ra-
detur homo absq; loco macie:⁊ reclu-
dēt septem diebus aliis. Si die septīo
visa fuerit stetisse plaga i loco suo·nec
humilior carne reliqua·mūdabit eū:
lotisq; vestibꝫ suis mundus erit. Sin-
autē post emundationem·rursus cre-
uerit macula in cute·nō queret ampli-
us utrū capillꝰ in flauū colorē sit con-
mutatus:quia aperte immūdus est.
Porro si steterit macula·et capilli nī-
gri fuerint:nouerit hominē sanatum
esse:et cōfidenter eū pronuncīet mūdū.
Vir siue mulier in cuius cute candor
apparuerit:intuebit eos sacerdos. Si
deprehenderit subobscurū alborē lucere
in cute:sciat nō esse leprā·sed maculā
coloris candidi:et hoīem mundum.
Vir de cuiꝰ capite capilli fluūt·caluꝰ
et mūdus est. Et si a fronte ceciderint
pili:recalualter et mūdus ē. Sinautē
in caluicio siue i recaluatione albus
uel rufus color fuerit exortus·et hoc
sacerdos viderit:condemnabit eum·
haut dubie lepre:que orta est in cal-
uicio. Quicūq; ergo maculatus fuerit
lepra·⁊ separatus est ad arbitriū sacer-
dotis:habebit vestimenta dissuta ca-
put nudum·os veste cōtectum:conta-
minatum ac sordidum se clamabit.
Omni tempore quo leprosus est et im-
mūdus:solus habitabit extra castra.
Vestis lanea siue linea·que lepram
habuerit in stamine atq; subtemine
aut certe pellis uel quicquid ex pelle
confectum est:si alba uel rufa macula
fuerit infecta·lepra reputabit:ostendet
q; sacerdoti. Qui considerata recludet
septem diebus:et die septimo rursus
aspiciēs·si deprehenderit creuisse·lepra
perseuerans est:pollutum iudicabit
vestimentū·et omne in quo fuerit in-
uenta:⁊ idcirco comburetur flammis.
Quod si eā viderit nō creuisse·pcipiet
et lauabunt id in quo lepra est:recu-
detq; illud septem diebus aliis. Et cū
viderit faciem quidem pristinam nō
reuersam nec tamen creuisse lepram:
immūdum iudicabit⁊ igne cōburet:
eo q infusa sit in superficie vestimenti
uel per totū lepra. Sinaūt obscurior
fuerit locus lepre postq; vestis est lota:
abrūpet eū et a solido diuidet. Quod
si ultra apparuerit in his locis q prius
immaculata erant:lepra volatilis et
vaga debet igne comburi. Si cessaue-
rit·lauabit aqua ea q pura sūt secūdo:
et mūda erūt. Ista ē lex lepre vestimēti
lanei et linei·staminis atq; subtemi-
nis·oīūsq; suppellectilis pellicee:quō
mūderi debeat uel damnari. C·xiiii·

Locutusq; est dominus ad moy-
sen dicens. Hec est ritus leprosi
quando mundatus est. Adducetur
ad sacerdotem. Qui egressus de castris·
cum inuenerit lepram esse mundatā·
pcipiet ei qui purificat·ut offerat du-
os passeres viuos pro se quos uesci
licitū ē:et lignū cedrinū·vermiculum
q;·et ysopum. Et vnum ex passeribus
immolari iubebit in vase fictili super
aquas viuentes:alīū autem viuum·
cum ligno cedrino et cocco et ysopo·
tinget i sanguine passeris immolati·
quo asperget illum qui mundandus
ē septies·ut iure purgetur:et dimittet

passerē viuū ut in agrū auolet. Cunq; lauerit homo vestimenta sua · radet omnes pilos corporis · ⁊ lauabitur aqua · purificatusq; ingrediet castra: ita dumtaxat ut maneat extra tabernaculum suū septem diebus: et die septīma radet capillos capitis · barbam q; ⁊ supcilia · ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestibz et corpore · die octauo assumet duos agnos immaculatos · et ouē anniculam absq; macula: et tres decimas simile ī sacrificiū que conspersa sit oleo: et sextarium olei. Cunq; sacerdos purificans hominē statuerit eū et hec oīa corā dño in ostio tabernaculi testimonij: tollet agnū et offeret eum pro delicto oleiq; sextariū. Et oblatis ante dñm oīibz · immolabit agnum ubi solet immolari hostia p pcō et holocaustū: id est in loco sancto. Sicut enim pro peccato: ita ⁊ pro delicto · ad sacerdotē pīnet hostia. Sancta sanctorum est. Assumēsq; sacerdos de sanguine hostie que immolata ē pro delicto ponet sup extremum auricule dextre eius qui mūdatur · et sup pollices manus dextre et pedis: et de olei sextario mittet in manū suam sinistram tingetq; digitum dextrū in eo: et asperget corā dño septies. Quod aūt reliquū ē olei ī leua manu · fundet super extremū auricule dextre eius qui mūdatur · et super pollices manus ac pedis dextri: et super sanguinem qui effusus ē pro delicto: et sup caput eius. Rogabitq; pro eo coram dño: et faciet sacrificium pro peccato. Tunc immolabit holocaustū: et ponet illud in altarī cum libamētis suis: et homo rite mūdabit. Quod si pauper est · et nō potest manus eius inuenire que dicta sūt: p delicto sumet agnum ad oblationem · ut roget pro eo sacerdos · decimamq; partē simile cōspersē oleo in sacrificiū · et olei sextarium · duosq; turtures siue duos pullos columbe: quoz unus sit pro pcō · ⁊ alter in holocaustum: offeretq; ea die octauo purificatōnis sue sacerdoti ad ostium tabernaculi testimonij coram dño. Qui suscipiēs agnum p delicto · et sextariū olei · leuabit simul: immolatoq; agno · de sanguine eius ponet super extremū auricule dextre eius qui mūdatur: et sup pollices manus ei⁹ ac pedis dextri. Olei vero partē mittet in manū suam sinistram: in quo tingens digitum dextre manus aspiget septies coram dño tangetq; extremū dextre auricule illius qui mundatur · et pollices manus ac pedis dextri: in loco sanguinis qui effusus ē p delicto. Reliquā autē partem olei que est in sinistra manu · mittet sup caput purificati ut placet pro eo dñm: et turturem siue pullum columbe offeret: unum pro delicto · et alterū in holocaustū cū libamentis suis. Hoc est sacrificium leprosi · qui habere non potest oīa in emundatiōnē sui. Locutusq; ē dñs ad moysen et aaron dicens. Cunq; ingressi fueritis terram chanaan · quā ego dabo vobis in possessionē: si fuerit plaga lepre in edibus: ibit cuius ē domus nuncians sacerdoti · et dicet. Quasi plaga lepre videtur michi esse in domo mea. At ille precipiet ut efferantur uniuersa de domo priusq; ingrediatur eam · et videat utrū leprosa sit: ne immunda fiant omnia q; in domo sunt. Intrabitq; postea ut consideret lepram domus: et cum viderit in parietibz illius q;si vallículas pallore siue rubore deformes · et humiliores

et temptauerũt me iam p decem vices nec obedierunt voci mee· nõ videbũt terram pro qua iurauĩ patribus eorũ: nec quisq; ex illis qui detraxit michi intuebitur eam. Seruũ meũ chaleb q̃ plenus alio spiritu secut⁹ est me indu-cam in terram hanc quã circuiuit· et semen eius possidebit eam: quoniam amalechites ⁊ chananeus habitãt in vallibus. Cras mouete castra: ⁊ reuer-timini in solitudinẽ p viam maris ru-bri. Locutusq; ẽ dñs ad moysen ⁊ aa-ron dicens. Vsquequo multitudo hec pessima murmurat contra me? Que-relas filiorũ israhel audiui. Dic ergo eis. Viuo ego ait dominus: sicut lo-cuti estis audiente me· sic faciã vobis. In solitudine hac iacebunt cadaueta vestra. Omnes qui numerati estis a viginti ãnis ⁊ supra· ⁊ murmurastis contra me· non intrabitis terram sup quã leuauĩ manũ meam ut habitare vos facerem: preter chaleb filiũ iepho-ne· ⁊ iosue filiũ nun. Parvulos autẽ vestros de quibz dixistis quod prede hostibus forent introducam: ut vide-ant terram que vobis displicuit: vũa cadaueta iacebũt in solitudine. Filij vestri erunt vagi in deserto ãnis qua-draginta: ⁊ portabunt fornicationẽ vestram· donec consumentur cadaueta patrũ in deserto: iuxta numerũ q̃dra-ginta dierũ quibus considerastis terrã. Ann⁹ pro die imputabitur. Et qua-draginta ãnis recipietis iniquitates vestras: ⁊ scietis ultionem meã. Quo-niam sicut locut⁹ sum· ita faciã omĩ multitudini huic pessime· que consur-rexit aduersum me: in solitudine hac deficiet ⁊ morietur. Igitur omnes viri quos miserat moyses ad cõtemplan-dam terram· ⁊ qui reuersi murmurare fecerant contra eũ omnẽ multitudinẽ. Detrahentes terre qđ esset mala: mo-rui sunt atq; percussiq; in conspectu do-mini. Iosue aũt filius nun ⁊ chaleb filius iephone vixerunt ex omnibus qui profecerant ad considerandã terrã. Locutusq; est moyses vniuersa verba hec ad omnes filios israhel: et luxit popul⁹ nimis. Et ecce mane primo surgentes· ascenderũt verticem mõtis atq; dixerunt. Parati sum⁹ ascendere ad locum de quo dominus locutus est: quia peccauimus. Quibus moy-ses. Cur inquit transgredimini verbũ dñi· quod vobis non redet in prospe-rum? Nolite ascendere· non enim est dñs vobiscum: ne corruatis coram ini-micis vestris. Amalechites ⁊ chanane-us ante vos sunt quoz gladio corru-etis: eo q̃ noluistis acquiescere dño: nec erit dominus vobiscũ. At illi con-tenebrati· ascenderũt in verticem mon-tis. Archa autem testamenti domini et moyses non recesserũt de castris. De-scenditq; amalechites ⁊ chananeus q̃ habitabãt ĩ mõte: et prutiens eos atq; cõcidẽs· persequ⁹ ẽ eos usq; horma.

Cxv.

Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere ad filios isrl· ⁊ dices ad eos. Cum ingressi fueritis ter-ram habitationis vestre quã ego dabo vobis· ⁊ feceritis oblationẽ domino in holocaustum· aut victimam pacifi-cam vota soluẽtes· uel sponte offerẽtes munera· aut in solemnitatibz vris a-dolentes odorem suauitatis dño: de bubus siue de ouibz offeret quicunq; immolauerit victimam: sacrificiũ sit decimam partem ephi cõspersam oleo· quod mensurã habebit quartã partẽ hin: et vinum ad libamenta fundenda eiusdem mensure dabit in holocaustũ siue

in victimam. Per agnos singulos ⁊ arietes erit sacrificiū simile duarū decimarū·que aspersa sit oleo tercie partis hin:⁊ vinū ad libamentū tercie partis eiusdem mensure offeret in odorē suauitatis dño. Quādo vero de bubꝫ feceris holocaustum aut hostiam ut impleas votū uel pacificas victimas:dabis per singulos boues simile tres decimas consperse oleo· quod habeat medium mensure hin:⁊ vinū ad liba fundenda eiusdem mensure ī oblationem suauissimi odoris dño. Sic facietis per singulos boues et arietes et agnos·⁊ eo os:tam indigene q̄ peregrini eodem ritu offerent sacrificia. Vnū preceptum erit atq; iudiciū tā vobis q̄ aduenis terre. Locutus est dominꝰ ad moysen dicens. Loquere filijs isrl· et dices ad eos. Cum veneritis ī terrā quā dabo vobis·⁊ comederitis de panibus regionis illius: separabitis primitias dño de cibis vestris. Sicut de areis primitias separabitis:ita et de pulmentis dabitis primitiua domino. Quod si p ignorantiam preterieritis quicq; horꝫ que locutus est dominus ad moysen·⁊ mandauit p eū ad vos· a die qua cepit iubere ⁊ ultra·oblitaq; fuerit facere multitudo: offeret vitulū de armento holocaustum in odorē suauissimū dño·et sacrificiū eius ac liba ut cerimonie postulāt· hircumq; pro peccato:⁊ rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorꝫ isrl ⁊ dimittetur eis· quoniā non sponte peccauerunt nichilominus offerēs incensū dño pro se et pro peccato atq; errore suo·⁊ dimittetur vniuerse plebi filiorꝫ isrl·et aduenis qui peregrinant̄ inter vos: quoniā culpa ē omnis ppl̄ p ignorantiam. Quod si anima una nesciens peccauerit· offeret capram āniculam pro peccato suo:et deprecabit̄ pro ea· sacerdos qđ insciа peccauerit corā domino:impetrabitq; ei veniā·⁊ dimittet̄ illi. Tam indigenis q̄ aduenis una lex erit omniū q̄ peccauerit ignorātes. Anima vero que p superbiā aliquid commiserit· siue ciuis sit ille siue peregrinus:quoniā aduersus dñm rebellis fuit·pibit de populo suo. Verbū enim dñi contempsit·et p̄ceptū illius fecit irritum: idcirco delebitur ⁊ portabit iniquitatem suā. Factum est autē cum essent filij israhel ī solitudine· et inuenissent hominē colligentē ligna ī die sabbati:obtulerunt eum moysi et aaron et vniuerse multitudini. Qui reclusserunt eum in carcerem·nescientes q̄d sup eo facere deberēt. Dixitq; dñs ad moysen. Morte moriatur homo iste:obruat eum lapidibꝫ omis turba extra castra. Cūq; eduxissent eū foras obruerunt eū lapidibꝫ:⁊ mortuus est sicut preceperat dñs. Dixit quoq; dominus ad moysen. Loquere filijs israhel et dices ad eos. Vt faciāt sibi fimbrias per angulos palliorū·ponētes in eis vittas iacinctinas. Quas cum viderint recordent̄ omniū mādatorꝫ dñi·nec sequantur cogitationes suas et oculos p res varias fornicātes:sed magis memores p̄ceptorꝫ dñi:faciāt ea:sintq; sancti deo suo. Ego dominus deus vester· qui eduxi vos de terra egipti:ut essem deus vester. C. xvi.

Hec autem chore filiꝰ ysaar filij chaath·filij leui·et dathan·atq; abiran filij eliab. Hon quoq; filius pheleth de filijs ruben surrexerunt contra moysen:alijq; filiorꝫ israhel ducēti quinquaginta viri proceres synagoge·et qui tempore concilij p nomina

vocabantur. Cunq; steriſſent aduersū moysen et aaron dixerunt. Sufficiat vobis quia oīīs multitudo sanctoꝝ est·et in ipīis est dñs. Cur eleuamini super pplm dñi? Quod cum audisset moyses recidit pronus i faciē: locutꝰ q; ad chore et ad omnē multitudinē. ſſMane inquit notum faciet dñs qui ad se pertineant·t sanctos applicabit sibi: t quos elegerit appropinquabūt ei. Hoc igit̄ facite. Tollat unusquisq; thuribula sua tu chore et oīīe conciliū tuū·t hausto cras igne ponite desuper thimiama corā dño: t quemcunq; elegerit·ipe erit sanctus. ſſultū erigimini filij leui. Dixitq; rursum ad chore. Audite filij leui. ſſum parū vobis est q; separauit vos deus israhel ab omni ppło: et iunxit sibi ut seruiretis ei in cultu tabernaculi: t staretis corā frequentia populi et ministraretis ei? Idcirco ad se fecit accedere te et oīīes fratres tuos filios leui·ut vobis etiā sacerdotiū vendicetis·t omnis globꝰ tuus stet contra dñm? Quid est enim aaron ut murmuretis contra eū? ſſisit ergo moyses ut vocaret dathan et abiran filios eliab. Qui responderūt. ſſon venimus. ſſunquid parum est tibi quod eduxisti nos de terra egipti que lacte et melle manabat ut occideres in deserto: nisi et dominatus fueris nostri? Reuera induxisti nos i terram que fluit riuis lactis et mellis: et dedisti nobis possessiones agroꝝ t vineaꝝ. An et oculos nostros vis eruere? ſſon venimus. Iratusq; moyses valde. Ait ad dñm. ſſe respicias sacrificia eoꝝ. Tu scis quod nec asellū quidem unquā acceperim ab eis·nec afflixerim quempiam eoꝝ. Dixitq; ad chore. Tu t omnis congregatio tua state seorsum coram dño·et aaron die crastino separatim. Tollite singuli thuribula vestra·t ponite super ea incensū offerentes dño ducenta quinquaginta thuribula: aaron quoq; teneat thuribulum suū. Quod cū fecissent stantibus moyse t aaron·t congregassent aduersum eos omnē multitudinē ad ostium tabernaculi: apparuit cunctis gloria dñi. Locutusq; dominus ad moysen t aaron ait. Separamini de medio congregatiōis huius: ut eos repente disperdam. Qui ceciderūt proni in faciem·atq; dixerunt. ſſortissime deus spirituum uniuersę carnis·num uno peccante contra omnes tua ira deseuiet? Et ait dominus ad moysen. Precipe uniuerso populo ut separaī a tabernaculis chore t dathan et abiran. Surrexitq; moyses t abiit ad dathan et abiran: et sequentibꝰ eū senioribus israhel dixit ad turbam. Recedite a tabernaculis impioꝝ: t nolite tangere q̄ ad eos pīnent·ne involuamini in peccatis eorum. Cūq; recessissent a tentoriis eorum p circuitum·dathan et abiran egressi stabant in introitu papilionū suarum·cū uxoribus t liberis·omniq; frequentia. Et ait moyses. In hoc scietis quod dominus miserit me: ut facerem uniuersa que cernitis·t non ex ꝓprio ea corde protulerim. Si consueta hominū morte interierint·et visitauerit eos plaga qua et ceteri visitari solent: nō misit me dñs. Sin aūt nouam rem fecerit dominus·ut aperiens terra os suum deglutiat eos et omnia que ad illos pertinent·descenderintq; viuentes in infernū: scietis q blasphemauerint dominū. Confestim igitur ut cessauit loqui dirupta est terra sub pedibꝰ eorū: t aperiens os suū

deuorauit illos cū tabernaculis suis. et vniuersa substātia eoꝝ. Descenderūt qꝫ viui in infernū operti humo: ⁊ perierunt de medio multitudinis. At vero omnis israhel qui stabat p girū fugit a clamore pereuntiū dicens. Ne forte ⁊ nos ira deglutiat. Sed ⁊ ignis egressus a dño interfecit ducentos quinquaginta viros q̄ offerebāt incensū.

Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Precipe eleazaro filio aaron sacerdoti ut tollat thuribula que iacent in incendio. et ignem huc illuc qꝫ dispergat: quoniā sanctificata sunt in mortibꝫ peccatoꝝ: producatq; ea in laminas. ⁊ affigat altari. eo q̄ oblatum sit in eis incensum dño ⁊ sanctificata sint: ut cernāt ea pro signo et monimēto filii israhel. Tulit ergo eleazar sacerdos thuribula enea. in quibꝫ obtulerant hii quos incendium deuorauit. et produxit ea ī laminas affigēs altari. ut haberent postea filii israhel quibꝫ commonerent̄: ne quis accedat alienigena et qui nō est de semine aaron. ad offerendū incensum dño: ne patiatur sicut passus est chore. ⁊ oīs congregatio eiꝰ loquēte dño ad moysen. Murmurauit autē oīs multitudo filiorū israhel sequenti die cōtra moysen ⁊ aaron dicens. Vos interfecistis pplm dñi. Cūq; oriretur seditio et tumultus incresceret. moyses et aaron fugerunt ad tabernaculū federis. Quod postq̄ ingressi sunt operuit nubes: ⁊ apparuit gloria dñi. Dixitq; dominus ad moysen. Recedite de medio huius multitudinis: ⁊ iam nunc delebo eos. Cumq; iacerent in terra dixit moyses ad aarō. Tolle thuribulum. et hausto igne de altari mitte incensū desuper. pergens cito ad populū: ut roges pro eis. Iam enim egressa ē ira a domino. ⁊ plaga desecuit. Quod cū fecisset aaron. ⁊ cucurrisset ad mediā multitudinē quā iam vastabat incendium obtulit thimiama: et stans inter mortuos ac viuētes pro pplo deprecatus est: et plaga cessauit. Fuerūt autē qui percussi sunt quatuordecim milia hominū ⁊ septingenti: absq; hijs qui perierant in seditione chore. Reuersus qꝫ ē aaron ad moysen ad ostiū tabernaculi federis. postq̄ quieuit interitus.

Cxvi Et locutus ē dñs ad moysen dicens. Loquere ad filios israhel. ⁊ accipe ab eis virgas singulas p cognationes suas a cunctis principibꝫ tribuū virgas duodecim: et vnius quisq; nomē super scribes virge sue. Nomen autē aaron erit in tribu leui: et vna virga cunctas eorū familias continebit: ponesq; eas in tabernaculo federis coram testimonio vbi loquar ad te. Quē ex hijs elegero germinabit virga eius: ⁊ cohibebo a me querimonias filiorū israhel. quibus contra vos murmurant. Locutusq; est moyses ad filios israhel: et dederunt ei oēs principes virgas per singulas tribus. Fuerunt qꝫ virge duodecim absq; virga aarō. Quas cum posuisset moyses coram domino in tabernaculo testimonij: sequenti die regressꝰ inuenit germinasse virgā aaron in domo leui. ⁊ turgentibus gemmis eruperant flores: qui foliis dilatatis in amigdalas deformati sunt. Protulit ergo moyses oēs virgas de conspectu dñi ad cunctos filios israhel: viderūtq; receperunt singuli virgas suas. Dixitq; dominus ad moysen. Refer virgam aaron ī tabernaculū testimonij. ut seruetur ibi ī signū rebellium filiorū isrl: ⁊ quiescāt

querele eoꝝ a me ne moriant. Fecitq; moyses sicut ꝓceperat dñs. Dixerunt aũt filij isrl ad moysen. Ecce consumpti sumꝰ: oñes ꝑibimꝰ. Quicũq; accedit ad tabernaclm dñi · moritr. Sflum usq; ad internecionẽ cũcti delẽdi sumꝰ.

Dixitq; dñs ad aarõ. C. xvm.

Tu z filij tui z domꝰ ꝑris tui tecũ portabitis iniquitatem sanctuarij: et tu z filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij uri. Sed et fratres tuos de tribu leui et sceptro patris tui sume tecum: prestoq; sint et ministrẽt tibi. Tu aũt z filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. Excubabuntq; leuite ad precepta tua · et ad cuncta opera tabernaculi: ita dũtaxat ut ad vasa sanctuarij z altare non accedant ne et illi moriãtur · et vos peccatis simul. Sint autem tecum et excubent in custodijs tabernaculi · z in omnibz cerimonijs eius: alienigena nõ miscebitur vobis. Excubate in custodia sanctuarij · et in ministerio altaris: ne oriat indignatio sup filios isrl. Ego dedi vobis fratres vestros leuitas de medio filiorum isrl: z tradidi donum dño · ut seruiant in ministerijs tabernaculi eiꝰ. Tu aũt et filij tui custodite sacerdotiũ vestrum: z oñia que ad cultũ altaris pertinent · z intra velum sunt · ꝑ sacerdotes amministrabuntur. Si quis extraneus accesserit occidetur. Locutus est dñs ad aaron. Ecce dedi tibi custodiam ꝓmiciaꝝ meaꝝ. Oñia que sanctificantur a filijs isrl tibi tradidi z filijs tuis · pro officio sacerdotali legitima sempiterna. Hec ergo accipies de hijs que sanctificantur z oblata sunt domino. Omnis oblatio z sacrificiũ · et quicquid ꝓ peccato atq; delicto redditur michi · z erit in sancta sanctoꝝ: tuũ erit et filiorũ tuoꝝ. In sanctuario comedes illud. Sflares tantũ edent ex eo: quia consecratũ est tibi. Primicias autẽ quas voverint z obtulerint filij isrl: tibi dedi z filijs tuis ac filiabz tuis iure ꝑpetuo. Qui mundus est in domo tua · vescetur eis. Omnẽ medullam olei et vini ac frumẽti · quicquid offerunt ꝓmiciarũ domino · tibi dedi. Vniuersa frugũ initia que gignit humus z domino deportantur: erunt in vsus tuos. Qui mundus est in domo tua · vescetur eis. Omne quod ex voto reddiderint filij isrl · tuũ erit. Quicquid ꝓmum erumpit e vulua cuncte carnis quã offerũt domino · sive ex hominibz sive de pecoribz fuerit · tui iuris erit: ita dumtaxat ut pro hominis primogenito ꝓcium accipies: z omne animal qđ immundũ est redimi facias: cuius redemptio erit post unũ mensem: siclis argenti quinq; pondere sanctuarij. Siclus viginti obolos habet. Primogenitũ autem bouis z ouis et capre non facies redimi: quia sanctificate sunt domino. Sanguinẽ tantũ eorũ fundes super altare: z adipes adolebis in suauissimũ odorem domino. Carnes vero in vsum tuũ erunt: sicut ꝓcussulum consecratũ z armus dexter tua erũt. Omnes ꝓmicias sanctuarij quas offerũt filij isrl domino: tibi dedi et filijs ac filiabus tuis iure ꝑpetuo. Pactum salis ẽ sempiternũ coram domino tibi ac filijs tuis. Dixitq; dominus ad aaron. In terra eoꝝ nichil possidebitis: nec habebitis partem inter eos. Ego pars z hereditas tua in medio filioꝝ isrl. Sfilijs aũt leui dedi oñes decimas isrlis in possessionẽ · pro ministerio quo seruiunt michi in tabernaculo federis: ut non accedant ultra

filij ysrahel ad tabernaculum·nec commit-
tant peccatū mortiferū:solis filijs
leui michi in tabernaculo seruientibus
et portantibz peccata populi: legitimū
sempiternū erit in generationibus ve-
stris. Michil aliud possidebunt decima-
rum oblatione contenti:quas i usus
eoz et necessaria separaui. Locutusq;
est dominus ad moysen dicens. Precipe
leuitis atq; denuncia. Cū acceperitis
a filijs isrl decimas quas dedi vobis:
primitias earum offerte dño·id est de-
cimam partē decime: ut reputetur vo-
bis in oblationē primitiuoz:tam de
areis q̄z de torcularibus et uniuersis
quoz accipitis primitias offerte dño·
et date ea aaron sacerdoti. Omnia que
offertis ex decimis · et in donaria do-
mini separabitis:optima z electa erūt.
Dicesq; ad eos. Si p̄clara et meliora
queq; obtuleritis ex decimis·reputabi-
tur vobis q̄si de area et torcular dede-
ritis p̄mitias:z comedetis eas i omni-
bz locis vr̄is·tam vos q̄z familie vr̄e:
q̄a preciū ē p ministerio quo seruitis i
tabernaculo testimonij:et nō peccabitis
super hoc·egregia vobis z pinguia re-
seruātes:ne polluatis oblationes filio-
rum isrl·et moriamini. C·xix·

Locutusq; est dominꝰ ad moysen
et aaron dicens. Ista ē religio
uidine quā constituit dñs . Precipe
filijs isrl·ut adducant ad te vaccā
rufam etatis integre in qua nulla sit
macula·nec portauerit iugū:traderisq;
eam eleazaro sacerdoti. Qui eductam
extra castra immolabit in conspectu
omniū:z tinguēs digitum in sangui-
ne ei9·aspergет contra fores taberna-
culi septem vicibz:comburetq; eā cun-
ctis videntibz:tam pelle z carnibus eiꝰ
q̄z sanguine et fimo flamme traditis.
Lignum quoq; cedrinum et ysopum
coccumq; bis tinctū sacerdos mittet i
flammam·que vaccam uorat. Et tūc
demū lotis uestibz z corpore suo · egre-
dietur in castra:commaculatusq; erit
usq; ad vesperam. Sed z ille qui com-
busserit eam lauabit uestimenta sua
et corpus · et immundus erit usq; ad
vesperam. Colliget aūt vir mundus
cineres vacce·z effundet eos extra castra
in loco purissimo:ut sint multitudini
filioz ysrahel in custodiam et in aquā
asperſionis: quia pro peccato vacca
combusta est . Cumq; lauerit q̄ vacce
portauerat cineres uestimenta sua:im-
mundus erit usq; ad uesperum. Habe-
bunt hec filij ysrahel et aduene q̄ habi-
tant inter eos sanctū iure perpetuo. Qui
tetigerit cadauer hominis z per hec se-
ptem diebz fuerit immūdus·asperget
ex hac aqua die tercio z septimo:z sic
mundabitur . Si die tercio asperſus
non fuerit: septimo nō poterit emun-
dari. Omnis qui tetigerit humane ani-
me monticinum·z asperſus hac com-
mixtione nō fuerit·polluet tabernacu-
lum domini:z peribit ex ysrahel. Quia
aqua expiationis nō est asperſus im-
mundus erit:z manebit spurcicia eiꝰ
super eum. Ista est lex hominis q̄ mori-
tur in tabernaculo. Omnes q̄ ingredi-
untur tentoriū illius·z uniuersa vasa
que ibi sunt polluta erunt septem die-
bus. Vas quod nō habuerit operculū
nec ligaturam desuper·immundū erit.
Si quis in agro tetigerit cadauer occi-
si hominis·aut p se mortui·siue os illi-
us uel sepulcrū:immundꝰ erit septem
diebus. Tollent de cineribz combustio-
nis atq; peccati·z mittēt aquas uiuas
super eos in vas:in quibus cū homo
mundus tinxerit ysopū · asperget eo

omne tentoriū ⁊ cunctam suppellectilē· et hoīnes huiuscemodī contagione pollutos: atq; hoc modo mundus lustrabit immūdū tercio ⁊ septimo die· ⁊ expiatusq; die septimo lauabit et se et uestimēta sua: ⁊ immundus erit usq; ad uesperam. Si quis hoc ritu nō fuerit expiat⁹· peribit anima illius de medio ecclesie: quia sanctuariū dñi polluit: ⁊ nō est aqua lustrationis aspersus. Erit hoc preceptū legitimū sempiternū. Ille quoq; qui aspergit aquas· lauabit uestimenta sua. Omnis qui tetigerit aquas expiationis: immūdus erit usq; ad uesperam. Quicquid tetigerit immundus· immūdum faciet: ⁊ anima que horum quippiam tetigerit· immunda erit usq; ad uesperum. C· xx

Uenerunt; filij israhel et omnis multitudo in desertum sui mensis primo· ⁊ mansit pplus in cades. Mortuaq; ē ibi maria: ⁊ sepulta in eodem loco. Cumq; indigeret aqua popul⁹ conuenerunt aduersum moysen et aarō: et uersi in seditionē dixerūt. Vtinam periissemus inter fratres nostros coram domino. Cur eduxistis ecclesiā dñi in solitudinem: ut ⁊ nos ⁊ nīa iumenta moriamur? Quare nos fecistis ascendere de egipto· ⁊ adduxistis ad locum istū pessimum qui seri nō potest: q̄ nec ficū gignit· nec uineas nec mala granata: insup ⁊ aquam nō habet ad bibendū? Ingressusq; moyses ⁊ aaron dimissa multitudine in tabernaculū federis· corruerunt proni in terram: clamauerunq; ad dominū atq; dixerunt. Domine deus audi clamorē populi huius· ⁊ aperi eis thesaurū tuū fontē aque uiue: ut satiati cesset murmuratio eorū. Et apparuit gloria dñi super eos. Locutusq; ē dominus ad moysen dicens. Tolle uirgam et congrega populum tu ⁊ aarō frater tuus· ⁊ loquimini ad petrā coram eis: ⁊ illa dabit aquas. Cumq; eduxeris aquā de petra· biber omnis multitudo ⁊ iumenta eius. Tulit igit moyses uirgam qui erat in conspectu dñi sicut preceperat ei· cōgregata multitudine āte petram: dixitq; eis. Audite rebelles ⁊ increduli. Num de petra hac uobis aquā poterimus ercere? Cumq; eleuasset moyses manū percutiens uirga bis silicem· egresse sūt aque largissime: ita ut popul⁹ biberet et iumēta. Dixitq; dominus ad moysen et aaron. Quia nō credidistis michi ut sanctificaretis me coram filijs isrl: non introducetis hos populos in terram quā dabo eis. Hec ē aqua contradictionis· ubi iurgati sunt filij israhel contra dñm: ⁊ sanctificat⁹ est i eis. Misit interea nūcios moyses de cades ad regem edom· qui dicerent. Hec mādat frater tuus israhel. Nosti omnē laborem qui apprehendit nos· quomodo descenderit patres nri in egiptū· ⁊ habitauerim⁹ ibi multo tempore: afflixerit q; nos egiptij ⁊ patres nostros: ⁊ quomodo clamauerim⁹ ad dñm et exaudierit nos· miseritq; angelū qui eduxerit nos de egipto. Ecce in urbe cades que ē in extremis finibs tuis posita: obsecramus ut nobis transire liceat per terram tuā. Non ibimus p agros nec per uineas: nō bibemus aquas de puteis tuis: sed gradiemur uia publica· nec ad dexteram nec ad sinistram declinantes: donec transeamus terminos tuos. Cui respōdit edom. Non transibis per me. Alioquin armat⁹ occurrā tibi. Dixeruntq; filij israhel. Per tritā gradiemur uiā: ⁊ si biberim⁹ aquas tuas nos et pecora nostra· dabimus

quod iustum est. ſNulla erit in precio difficultas: tantū velocīter transeam⁹. At ille respōdit. ſNō transibis. Statimq; egressus est obuius cū infinita multitudine ⁊ manu forti: nec voluit acquiescere deprecanti· ut concederet transitū p fines suos. Quāobrem diuertit ab eo israhel. Cunq; castra mouissent de cades· uenerūt in montē or· qui est in finibꝫ terre edom: ubi locut⁹ est domin⁹ ad moysen dicēs. Pergat inquit aaron ad pplos suos. ſNō enī intrabit terram quā dedi filijs israhel: eo quod incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Tolle aaron et filium ei⁹ cū eo: ⁊ duces eos in montem or. Cunq; nudaueris patremueste sua· induces ea eleazarum filiū eius: ⁊ aarō colligetur· et morietur ibi. ſFecit moyses ut p̄ceperat dñs: ⁊ ascenderūt in montem or corā oīi multitudine. Cunq; aaron spoliasset uestibꝫ suis: induit eis eleazarū filium eius. Illo mortuo in montis supcilio: descendit cū eleazaro. Oīis aūt mltitudo uidēs occubuisse aarō: fleuit sup eo triginta diebꝫ p cūctas familias suas. C·xxi·

Quod cum audisset chananeus rex arad· qui habitabat ad meridiē· uenisse scilicet israēl p exploratorū uiā· pugnauit contra illū: et uictor existēs· duxit ex eo predā. At israhel uoto se domino obligans ait. Si tradideris populū istum in manu mea: delebo urbes eius. Exaudiuitq; dñs preces israhel· et tradidit chananeū: quē ille interfecit subuersis urbibꝫ eius: et uocauit nomen loci illius oꝛma· id est anathema. Profecti sunt aūt et de monte or· p uiam q̄ ducit ad mare rubrū: ut circuirent terrā edom. Et tedere cepit populum itineris ac laboris: locutusq; dei

dominum ⁊ moysen ait. Cur eduxisti nos de egipto: ut moriremur i solitudine? Deest panis: nō sunt aque: anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Quāobrem misit dñs in pplm ignitos serpentes: ad quoꝝ plagas ⁊ mortes plurimorū uenerūt ad moysen atq; dixerunt. Peccauimus: quia locuti sumus contra dominū et te. Ora ut tollat a nobis serpentes. Orauit moyses pro populo. Et locutus est domin⁹ ad eū. ſFac serpentem eneum: ⁊ pone eum pro signo. Qui percussus aspexerit eum uiuet. ſFecit ergo moyses serpentem eneū: et posuit eum pro signo. Quē cū percussi aspicerent: sanabātur. Profectiq; filij israhel: castrametati sunt in oboth. Vnde egressi fixere tentoria i ieabarim i solitudine que respicit moab· cōtra orientalem plagam: ⁊ inde mouentes uenerūt ad torrentem zared. Quē relinquentes castrametati sunt contra arnon· que est in deserto· et prominet in finibus amorrei. Siquidem arnon terminus est moab: diuidēs moabitas et amorreos. Vnde dicitur in libro bellorum dñi. Sicut fecit in mari rubro: sic faciet in torrentibus arnon. Sclopuli torrentium inclinati sunt ut requiescerēt in aaron: et recumberent in finibꝫ moabitarū. Ex eo loco apparuit puteus: super quo locutus ē dñs ad moysen. Congrega populū: et dabo ei aquam. Tūc cecinit israhel carmē istud. Ascendat puteus concinebāt: puteus quē foderunt principes: et parauerunt duces multitudinis· in datore legis ⁊ in baculis suis. De solitudine: mathana. De mathana: nahaliel. De nahaliel: in bamoth. Bamoth uallis est i regione moab· i uertice faſge: et qđ respicit

contra desertū. Misit autē isrl nūcios ad seon regem amorreoꝝ dicēs. Obsecro ut transire michi liceat per terram tuam. Non declinabimus in agros et vineas: non bibemus aquas ex puteis. Via regia egradiemur: donec transeamus terminos tuos. Qui contradere noluit ut transiret israhel per fines suos: quin potius exercitu congregato egressus est obuiā in desertum ⁊ venit in iasa: pugnauitq; contra eum. A quo cesus est in ore gladij: ⁊ possessa ē terra eius ab arnon usq; ieboc. et filios ammon: quia forti presidio tenebantur terminj āmonitarū. Tulit ergo israhel omnes ciuitates eius: et habitauit in urbibz amorrei: i esebon scilicet ⁊ viculis eius. Urbs esebon fuit regis seon amorrei · qui pugnauit contra regem moab: et tulit omnem terram que ditionis illius fuerat usq; arnon. Idcirco dicitur in prouerbio. Venite in esebon: edificetur ⁊ construatur ciuitas seon. Ignis egressus ē de esebon · flamma de opido seon: ⁊ deuorauit ar moabitaꝝ · ⁊ habitatores excelsorū arnon. Ve tibi moab: periisti populе chamos. Dedit filios eius in fugā: ⁊ filias in captiuitatē regi amorreorum seon. Iugum iporū disperijt ab esebon usq; dibon: lassi quenerūt in iophe usq; medaba. Habitauit itaq; israhel i terra amorrei. Misitq; moyses qui exploraret iazer: cuius ceperūt viculos · ⁊ possederūt habitatores. Verteruntq; se ⁊ ascenderunt per viam basan: ⁊ occurrit eis og rex basan cum omni pplo suo pugnaturꝰ in edrai. Dixitq; dns ad moysen. Ne timeas eū: quia in manu tua tradidi illum et omnem pplm ac terram eius: faciesq; illi sicut fecisti seon regi amorreorum habitatori esebon. Percusserūt igitur et hunc cum filijs suis · uniuersumq; pplm eius usq; ad internicionē: et possederūt terrā illiꝰ. Profectiq; castrametati sūt i campestribz moab: ubi trans iordanen ihericho sita est. C · xxn ·

Videns aūt balac filius sephor omnia q̄ fecerat israhel amorreo: et q̄ timuissent eum moabite · et impetum eius ferre nō possent: dixit ad maiores natu madian. Ita delebit hic populos oēs qui in nris finibz commorantur: quomodo solet bos herbas usq; ad radices carpere. Ipe erat eo tempore rex in moab. Misit ergo nuncios ad balaam filium beor ariolum · qui habitabat super flumen terre filioꝝ ammon: ut vocarent eū et dicerent. Ecce egressus est populus ex egipto qui operuit superficiem terre sedens contra me. Veni igitur ⁊ maledic populo huic quia fortior me est: si quo modo possim preualere et eicere eū de terra mea. Noui enī q̄ benedictus sit cui benedixeris: ⁊ maledictus in quē maledicta congesseris. Perrexeruntq; seniores moab et maiores natu madian: habentes diuinationis preciū in manibz. Cunq; venissent ad balaam · et narrassent ei omnia verba balac: ille respōdit. Manete hic nocte: ⁊ respondebo quicquid michi dixerit dominus. Manentibz illis apud balaam: venit deus et ait ad eum. Quid sibi volunt hmines isti apud te? Respondit. Balac filius sephor rex moabitarū misit ad me dicens. Ecce populꝰ qui egressus est de egipto operuit superficiem terre: veni ⁊ maledic ei: si quo modo possim pugnans abigere eum. Dixitq; deus ad balaam. Noli ire cū eis neq; maledicas populo · quia benedictus ē.

Qui mane consurgens dixit ad prin-
cipes. Ite in terrā vrām: quia prohibu-
it me deus venire vobiscū. Reuersi prin-
cipes dixerūt ad balac. Noluit balaam
venire nobiscum. Rursum ille multo
plures & nobiliores ꝯ ātе misерat mi-
sit. Qui cum venissent ad balaam dī-
xerunt. Hec dicit balac filiꝰ sephor. Ne
cunctеris venire ad me. Paratus sum
honorare te: & quicquid voluеris dare.
Veni et maledic populo isti. Respondit
balaam. Si dederit michi balac plenā
domum suā argenti & auri: nō potero
immutare verbum dñi dei mei: ut vel
plus uel minus loquar. Obsecro ut
hic maneatis etiam hac nocte: et scire
queam quid michi rursum respōdeat
dominus. Venit ergo deus ad balaam
nocte: et ait ei. Si vocare te venerint
homines isti: surge & vade cum eis: ita
dumtaxat quod precepero tibi facias.
Surrexit balaam mane: et strata asi-
na profectus est cum eis: et iratus est
deus. Stetitq; angelus domini in via
contra balaam qui sedebat asine: & duos
pueros habebat secum. Cernens a-
sina angelū stantē in via euaginato
gladio: auertit se de itinere: & ibat per
agrum. Quā cum verberaret balaam
et vellet ad semitam reducere: stetit an-
gelus in angustijs duarū macerіarū
quibus vinee cingebātur. Quē videns
asina iunxit se pariеti: & attriuit sеden-
tis pedem. At ille iterum verberabat:
et nichilominus angelus ad locum
angustum transiens: ubi nec ad dexte-
ram nec ad sinistram poterat deuiari:
obuius stetit. Cūq; vidisset asina stan-
tem angelum: concidit sub pedibus se-
dentis. Qui iratus vehementius cede-
bat fuste latera eius. Aperuitq; dñs
os asine: et locuta est. Quid feci tibi?
Cur percutis me ecce iam tercio? Respon-
dit balaam. Quia commeruisti: & illu-
sisti michi. Vtinā haberem gladiū ut
te percuterem. Dixit asina. Nonne ani-
mal tuū sum: cui semp sedere cōsuesti:
usq; in presentem diē? Dic quid simile
unquā fecerim tibi. At ille ait. Nunq;.
Protinus aperuit dominus oculos
balaam: et vidit angelum stantem in
via euaginato gladio: adorauitq; cū
pronus in terram. Cui angelus. Cur
inquit tercio verberas asinā tuā? Ego
veni ut aduersarer tibi: quia peruersa
est via tua: michiq; contraria. Et nisi
asina declinasset de via dans locum re-
sistenti: te occidissem: & illa viueret. Di-
xit balaam. Peccaui: nescies ꝙ tu sta-
res contra me. Et nūc si displicet tibi
ut vadam: reuertar. Ait angelꝰ. Vade
cum istis: & caue ne aliud quā precepero
tibi loquaris. Iuit igitur cū principi-
bus. Quod cum audisset balac: egres-
sus est in occursum eiꝰ in opido mo-
abitarum quod situm est in extremis
finibꝫ arnon. Dixitq; ad balaam. Mi-
si nuncios ut vocarent te. Cur nō ta-
tim venisti ad me? An quia mercedē
aduentui tuo reddere nequeo? Cui ille
respondit. Ecce adsum. Numquit loqui
potero aliud nisi quod deus posuerit
in ore meo? Perrexerunt ergo simul: &
venerunt in urbem que in extremis re-
gni eius finibus erat. Cunq; occidis-
set balac boues et oues: misit ad ba-
laam et principes qui cum eo erant
munera. Mane autem facto: duxit
eum ad excelsa baal: et intuitus est ex-
tremam partem populi. G xxm.

Dixitq; balaā ad balac. Edifica
michi hic septem aras: et para
totidem vitulos: eiusdemq; numeri a-
rietes. Cunq; fecisset iuxta sermonem

balaam: imposuerunt simul vitulum et arietem super arā. Dixitq; balaā ad balac. Sta paulisper iuxta holocaustū tuū donec vadam: si forte occurrat mihi dominus: et quodcunq; imperauerit loquar tibi. Cūq; abisset velociter occurrit illi deus. Locutusq; ad eum balaam: septem inquit aras erexi: et imposui vitulum et arietē desuper. Dñs autem posuit verbū in ore eius: et ait. Reuertere ad balac: et hec loqueris. Reuersus inuenit stantem balac iuxta holocaustum suum et omnes principes moabitaq;: assumptaq; parabola sua dixit. De aran adduxit me balac rex moabitarū: de montibz orientis. Veni inquit et maledic iacob: uenta et detestare israhel. Quomō maledicam: cui non maledixit deus? Qua ratione detester: quē dominus nō detestatur? De summis silicibz videbo eum: et de collibus considerabo illum. Populus solus habitabit: et inter gētes nō reputabitur. Quis dinumerare possit puluerē iacob: et nosse numerū stirpis israhel? Moriatur anima mea morte iustorum: et fiant nouissima mea horū similia. Dixitq; balac ad balaā. Quid est hoc quod agis? Vt malediceres inimicis meis vocaui te: et tu econtrario benedicis eis? Cui ille respondit. Num aliud possum loqui: nisi quod iusserit dñs? Dixit ergo balac. Veni mecum in alterum locū: unde partem israhel videas: et totum videre nō possis: inde maledicito ei. Cumq; duxisset eum in locum sublimem sup verticem montis phasga: edificauit balaam septem aras: et impositis supra: vitulo atq; ariete: dixit ad balac. Sta hic iuxta holocaustum tuū: donec ego obuius pergam. Cui cū dñs occurrisset: posuissetq; verbū in ore eius ait. Reuertere ad balac: et hec loqueris ei. Reuersus inuenit eū stantem iuxta holocaustum suū: et principes moabitaq; cum eo. Ad quē balac. Quid inquit locut? est dominus? At ille assumpta parabola sua ait. Sta balac et ausculta: audi fili sephor. Non est deus quasi homo ut mentiatur: nec ut filius hominis ut mutet. Dixit ergo et nō faciet: locutus est et non implebit? Ad benedicendum adductus sum: benedictionem prohibere non valeo. Non est vanitas in iacob: nec videtur simulacrū in israhel. Dominus deus eius cū eo est: et clangor victorie regis in illo. Deus eduxit illum de egipto: cuius fortitudo similis est rinocerotis. Non est augurium in iacob: nec diuinatio in israhel. Temporibz suis dicetur iacob et israhel: quid operat? sit deus. Ecce populus ut leena consurget: et quasi leo erigetur. Non accubabit donec deuoret predam: et occisoz; sanguinem bibat. Dixitq; balac ad balaam. Nec maledicas ei nec benedicas. Et ille. Nonne aui dixi tibi: q; quicquid michi deus imperaret hoc facerem? Et ait balac ad eum. Veni et ducam te ad alium locum: si forte placeat deo ut inde maledicas eis. Cūq; duxisset eū super verticem montis phogor qui respicit solitudinē: dixit ei balaā. Edifica michi hic septē aras: et para totidē vitulos: eiusdemq; numeri arietes. Fecit balac ut balaā dixerat: imposuitq; vitulos et arietes p singlas aras. Cxm.

Cumq; vidisset balaā quod placeret domino ut benediceret israheli: nequaq; abiit ut ante perrexerat ut augurium quereret: sed dirigens contra desertū vultum suū: et eleuans

oculos vidit israhel in tentoriis commorantem per tribus suas: et irruente in se spiritu dei. assumpta parabola ait. Dixit balaam filius beor: dixit homo cui obturatus est oculus: dixit auditor sermonū dei qui visionē omnipotentis intuitus est: qui cadit. et sic aperiuntur oculi eius. Quam pulcra tabernacula tua iacob. et tentoria tua israhel: ut valles nemorose. ut horti iuxta fluuios irrigui: ut tabernacula que fixit dñs: quasi cedri prope aquas. Fluet aqua de situla eius: et semen illius erit in aquas multas. Tolletur propter agag rex eius: et auferetur regnū illius. Deus eduxit illum de egipto: cuius fortitudo similis est rinocerotis. Deuorabūt gentes hostes illius: ossaq; eorū confringent: et perforabunt sagittis. Accubans dormiuit ut leo: et quasi leena quā suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi erit ipse benedictus: qui maledixerit in maledictione reputabit. Iratusq; balac contra balaam: complosis manibs ait. Ad maledicendum inimicis meis vocaui te. quibs contrario tercio benedixisti. Reuertere ad locū tuum. Decreueram quidē magnifice honorare te: sed dominus priuauit te honore disposito. Respōdit balaam ad balac. Nonne nuncios tuos quos misisti ad me dixi. si dederit michi balac plenam domum suam argenti et auri. nō potero preterire sermonem dñi dei mei. ut uel boni quid uel mali proferam ex corde meo: sed quicquid dñs dixerit. hoc loquar? Ueruntamen pgens ad plm meum. dabo consiliū: quid pls tuus huic plo faciet extremo tempore. Sumpta igit parabola. rursum ait. Dixit balaam filius beor: dixit homo cuius obturatus est oculus: dixit auditor sermonū dei. qui nouit doctrinā altissimi. et visiones omnipotentis videt: qui cadens aptos habet oculos. Videbo eum sed nō modo: intuebor illum: sed non prope. Orietur stella ex iacob. et cōsurget virga de israhel: et percutiet duces moab. vastabitq; omnes filios seth: et erit ydumea possessio eius. Hereditas seir cedet inimicis suis: israhel vero fortiter aget. De iacob erit q̄ dominetur: et perdat reliquias ciuitatis. Cūq; vidisset amalech: assumens parabolam ait. Principiū gentiū amalech: cuius extrema pdentur. Vidit q̄z cineum: et assumpta parabola ait. Robustum quidem ē habitaculū tuū: sed si in petra posueris nidum tuū. et fueris electus de stirpe cin quā diu poteris permanere? Assur enim capiet te. Assumptaq; parabola. iterum locut⁹ ē. Heu quis vicitur⁹ ē. quādo ista faciet deus? Venient ī trieribs de ytalia. superabūt assirios. vastabuntq; hebreos: et ad extremū etiā ipi pibunt. Surrexitq; balaam et reuersus ē in locū suū: balac q̄z via qua venerat rediit.

sermonū dei. qui nouit doctrinā altissimi. et visiones omnipotentis videt: qui cadens aptos habet oculos. Videbo eum sed nō modo: intuebor illum: sed non prope. Orietur stella ex iacob. et cōsurget virga de israhel: et percutiet duces moab. vastabitq; omnes filios seth: et erit ydumea possessio eius. Hereditas seir cedet inimicis suis: israhel vero fortiter aget. De iacob erit q̄ dominetur: et perdat reliquias ciuitatis. Cūq; vidisset amalech: assumens parabolam ait. Principiū gentiū amalech: cuius extrema pdentur. Vidit q̄z cineum: et assumpta parabola ait. Robustum quidem ē habitaculū tuū: sed si in petra posueris nidum tuū. et fueris electus de stirpe cin quā diu poteris permanere? Assur enim capiet te. Assumptaq; parabola. iterum locut⁹ ē. Heu quis vicitur⁹ ē. quādo ista faciet deus? Venient ī trieribs de ytalia. superabūt assirios. vastabuntq; hebreos: et ad extremū etiā ipi pibunt. Surrexitq; balaam et reuersus ē in locū suū: balac q̄z via qua venerat rediit. C. xxv.

Morabatur aūt eo tempore israhel in sethim: et fornicatus est pls cū filiabs moab. que vocauerūt eos ad sacrificia sua. At illi comederūt: et adorauerunt deos earum. Iniciatusq; est israhel beelfegor. Et iratus dominus ait ad moysen. Tolle cūctos principes populi. et suspende eos contra solem in patibulis: ut auertatur furor me⁹ ab israhel. Dixitq; moyses ad iudices israhel. Occidat unusquisq; proximos suos qui iniciati sunt beelfegor. Et ecce unus de filijs israhel intrauit coram fratribus suis ad scortum madianiten. uidente moyse et omni turba filiorum israhel: qui flebāt ante fores tabernacli.

Quod cũ vidisset finees filiꝰ eleazari filij aaron sacerdotis · surrexit de medio multitudinis: ⁊ arrepto pugione ingressus est post virum israheliten in lupanar: et pfodit ambos simul virũ scilicet et mulierem ī locis genitalibꝫ. Cessauitq; plaga a filijs isrł: et occisi sunt vigintiq; milia hominũ. Dixitq; dñs ad moysen. finees filiꝰ eleazari filij aaron sacerdotis auertit irã meam a filijs israhel: quia zelo mei commotus est contra eos: ut non ipe delerẽ filios israhel ī zelo meo. Quocirco loquere ad eos. Ecce do ei pacem federis mei: ⁊ erit tam ipi qꝫ seminis eius pactum sacerdotij sempiternũ: quia zelatus est pro deo suo · ⁊ expiauit scelus filiorum israhel. Erat aũt nomen virî israhelite q occisus ẽ cũ madianitide zambri filiꝰ salu: dux de cognatione et tribu symeonis. Porro mulier madianitis que pariter interfecta ẽ vocabatur cozbi: filia sur principis nobilissimi madianitarum. Locutusq; est dominꝰ ad moysen dicens. Hostes vos sentiant madianite ⁊ pcutite eos: qꝫ et ipsi hostiliter egerunt contra vos. et decepere insidijs per ydolum phogor. et cozbi filiam ducis madian sororem suam: que percussa est in die plage pro sacrilegio phogor. C· xxvi·

Postq; noxioꝝ sanguis effusus ẽ: dixit dñs ad moysen ⁊ eleazar filiũ aaron sacerdotem. Numerate omnẽ summam filioꝝ israhel a vigintí annis et supra p domos et cognationes suas: cunctos qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt itaq; moyses et eleazar sacerdos in campestribꝫ moab supr iordanen contra iericho ad eos qui erant a vigintí annis et supra sicut dñs imperarat: quoꝝ ẽ iste numerus. Ruben: primogenitꝰ israhel. Huius filius enoch · a quo familia enochitaꝝ: ⁊ phallu · a quo familia phallutarum: et esrom · a quo familia esromitaꝝ: ⁊ charmi · a quo familia charmitarum. Hee sunt familie de stirpe ruben: quarũ numerus inuentus est quadraginta tria milia ⁊ septingenti triginta. Filius phallu eliab: huiꝰ filij namuhel ⁊ dathan et abiron. Isti sũt dathan et abiron · principes ppli q surrexerunt contra moysen ⁊ aaron in seditione chore · quãdo aduersus dñm rebellauerũt: et aperiens ira os suũ deuorauit chore morientibꝫ plurimis: quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factũ ẽ grande miraculum: ut chore pereunte filij illiꝰ nõ perirent. Filij symeon p cognationes suas · namuhel ab hoc familia namuhelitarũ: iamin ab hoc familia iaminitarum: iachin · ab hoc familia iachinitarum: zare · ab hoc familia zareitarum: saul · ab hoc familia saulitarum. Hee sunt familie de stirpe symeon: quarũ omnis numerus fuit viginti duũ miliũ ducentoꝝ. Filij gad per cognationes suas: sephon · ab hoc familia sephonitarũ: aggi · ab hoc familia aggitaꝝ: suni · ab hoc familia sunitarum: ozni · ab hoc familia oznitarum: her · ab hoc familia heritarum: arod · a quo familia aroditarum: ariheli · ab hoc familia ariheliterum. Iste sunt familie gad: quarum omnis numerus fuit ꝝdraginta milia quingentorum. Filij iuda · her ⁊ onan: qui ambo mortui sunt in terra chanaan. Fuerunt q filij iuda p cognationes suas: sela a quo familia selaitarũ: phares · a quo familia pharelitarum: zare · a quo familia zareitarũ. Porro filijs

phares : elrom·a quo familia elromitarum:⁊ amul·a quo familia amulitarum. Iste sunt familie iuda : quarū omnis numerus fuit septuaginta sex milia quingentorum . Filij ysachar p cognationes suas:thola·a quo familia tholaitarū : phua·a quo familia phuaitarum:iasub·a quo familia iasubitarū : semran·a quo familia semranitarū . Hee sunt cognationes ysachar : quarum numer⁹ fuit sexaginta quatuor milia trecentor⁊. Filij zabulō p cognationes suas:sared·a quo familia sareditarum:helon·a quo familia helonitarū:ialel·a quo familia ialelitarum. Hee sūt cognationes zabulon:quarum numerus fuit sexaginta milia quingentorum. Filij ioseph p cognationes suas manasse et ephraim. De manasse ort⁹ ē machir:a quo familia machiritarū. Machir genuit galaad:a quo familia galaaditarū. Galaad habuit filios iezer : a quo familia iezeritar⁊:⁊ elech· a quo familia elechitarum : ⁊ asrihel·a quo familia asrihelitarū:et sechem·a quo familia sechemitarū : et semida·a quo familia semidaitarum:⁊ epher·a quo familia ephe[r]itarum. Fuit autem epher pater salphaad:q̄ filios nō habebat sed tantum filias quarū ista sunt nomina: maala·⁊ noa·⁊ egla·et melcha·et thersa. Hee sūt familie manasse : ⁊ numerus ear⁊ quinquaginta duo milia septingentorū. Filij aūt ephraim p cognationes suas fuerūt hij. Suthala· a quo familia suthalaitarū:becher·a quo familia becheritarū:tehen·a quo familia tehenitarum. Porro filius suthala fuit heran:a quo familia heranitarum. Hee sunt cognationes filiorū ephraim:quarū numer⁹ fuit triginta duo milia quingentor⁊. Isti sunt filij ioseph per familias suas. Filij beniamin in cognationibz suis:bale·a quo familia baleitarum:azbel·a quo familia azbelitar⁊:achiram·a quo familia achiramitarum:suphan·a quo familia suphamitarū:upham·a quo familia uphamitar⁊. Filij bale:hered et noeman. De hered familia hereditarū:de noeman familia noemanitarū . Hij sunt filij beniamin p cognationes suas:quorum numerus quadraginta quinq; milia sexcentorum . Filij dan p cognationes suas: suhan·a quo familia suhanitarū. Hee cognationes dan per familias suas. Omnes fuere suhanite:quorū numer⁹ erat sexaginta quatuor milia cccc quingentorū. Filij aser per cognationes suas : iemna·a quo familia iemnaitar⁊:iessui·a quo familia iessuitarum:brie a quo familia brieitarū . Filij brie haber·a quo familia haberitarum:et melchihel·a quo familia melchihelitarū. Nomen autem filie aser fuit sara . Hec cognationes filiorum aser:et numerus eor⁊ quinquaginta tria milia · quadringentorū. Filij neptalim per cognationes suas:iessihel·a quo familia iessihelitarum:guni · a quo familia gunitarū: iaser·a quo familia iaseritarum : sellem·a quo familia sellemitarum. Hee sunt cognationes filiorum neptalim per familias suas·quorum numerus quadraginta quinq; milia·quadringentorum. Ista est summa filior⁊ israhel qui recensiti sunt·sexcenta milia·⁊ mille·septingenti triginta. Locutusq; est dominus ad moysen dicens. Istis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas. Pluribz maiorem partem dabis · et pauciorib3

minorē: singulis sicut nunc recensiti sunt tradetur possessio: ita dumtaxat ut sors terram tribubꝫ diuidat ⁊ familijs. Quicquid sorte contigerit: hoc uel plures accipiāt uel pauciores. Hic quoqꝫ est numerus filiorꝫ leui p familias suas. Gerson. a quo familia gersonitarū: caath. a quo familia caathitarum: merari. a quo familia merauitarū. Hec sunt familie leui. Familia lobni. familia hebroni. familia mooli. familia musi. familia chori. At uero caath. genuit amram: qui habuit uxorem iochabeth filiam leui. que nata ē ei in egipto. Hec genuit uiro suo amram filios aarō et moysen: ⁊ mariam sororem eorꝫ. De aaron orti sūt nadab et abiu et eleazar et ithamar: quorꝫ nadab et abiu mortui sunt. cum obtulissent ignem alienū coram dño. Fueruntqꝫ omnes qui numerati sunt uiginti tria milia generis masculini ab uno mense et supra: qui non sunt recensiti inter filios israhel: nec eis cū ceteris data possessio ē. Hic ē numerus filiorꝫ israhel. qui descripti sunt a moyse et eleazaro sacerdote i campestribꝫ moab supra iordanen cōtra iericho: inter quos nullus fuit eorū qui ante numerati sunt a moyse ⁊ aaron in deserto synai. Predixerat enī dominus q omnes morerētur i solitudine. Nullusqꝫ remānsit ex eis: nisi chaleb filius iephone. et iosue filiꝰ nun. C. xxvii.

Accesserūt autē filie salphaad. filij epher. filij galaad. filij machir. filij manasse. q fuit filiꝰ ioseph. quarꝫ sunt nomina. malaa. ⁊ noa. et egla. et melcha. ⁊ thersa: stetерūtqꝫ corā moyse et eleazaro sacerdote ⁊ cunctis principibꝫ populi ad ostium tabernaculi federis. atqꝫ dixerunt. Pater noster mortuus est in deserto: nec fuit in seditione q̄ concitata est contra dōm sub chore: sed in peccato suo mortuus est. Hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia sua: qa non habet filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nri. Retulitqꝫ moyses causam earū ad iudicium dñi. Qui dixit ad eum. Iustam rem postulant filie salphaad. Da eis possessionē inter cognatos patris sui: et ei in hereditatē succedant. Ad filios autem israhel loqueris hec. Homo cū mortuus fuerit absqꝫ filio. ad filiam eius translibit hereditas: si filiam non habuerit: habebit successores fratres suos. Quod si et fratres non fuerint: dabitis hereditatem fratribꝫ patris eius. Si nec patruos habuerit: dabitur hereditas his qui ei proximi sūt. Erit qꝫ hoc filijs israhel sanctū lege perpetua: sicut precepit dominus moysi. Dixit quoqꝫ dominus ad moysen. Ascende in montem istū abarim: ⁊ contemplare inde terram quā daturus sum filijs israhel. Cumqꝫ videris eam. ibis et tu ad populum tuū sicut iuit frater tuus aaron: quia offendistis me in deserto sin i cōtradictione multitudinis: nec sanctificare me uoluistis coram ea super aquas. Hec sunt aque contradictionis in cades deserti sin. Cui respondit moyses. Prouideat dominus deus spirituum omnis carnis hominem qui sit super multitudinē hanc: et possit exire ⁊ intrare ante eos. ⁊ educere eos uel introducere: ne sit populus dñi sicut oues absqꝫ pastore. Dixitqꝫ dñs ad eum. Tolle iosue filium nun uirum i quo est spiritus dei: ⁊ pone manū tuā sup eum. Qui stabit coram eleazaro sacerdote et oī multitudine: et dabis

ei precepta cunctis videntibz·z partem glorie tue: ut audiat eū omnis synagoga filiorū israhel. Pro hoc si quid agendū erit·eleazar sacerdos cōsulet dñm. Ad verbū eius egredietur et ingredietur·ipe et oñes filij isrl cum eo: et cetera multitudo. Fecit moyses ut preceperat dñs. Cunqz tulisset iosue statuit eum coram eleazaro sacerdote et omni frequentia pphi: et inpositis capiti eius manibz·cuncta replicauit que mandauerat dñs.

Dixit quoqz dñs ad moysen. Precipe filijs israhel: et dices ad eos. Oblationē meā z panes·z incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua. Hec sunt sacrificia que offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos quotidie i holocaustū sempiternum: unū offeretis mane·z alterū ad vesperum: decimā partē ephi similequ consperla sit oleo purissimo·z habeat quartā partem hin. Holocaustū iuge est quod obtulistis in monte synai in odorem suauissimū incensi dñi. Et libabitis vini quartā partem hin per agnos singulos in sanctuario domini: alterumqz agnū similiter offeretis ad vesperam iuxta omnē ritū sacrificij matutini z libamentoz eius oblationem suauissimi odoris dño. Die autem sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos·z duas decimas simile oleo cōsperle i sacrificio: et liba que rite funduntur p singula sabbata in holocausto sempiterno. In kalendis aūt id est in mensium exordijs offeretis holocaustum dño·vitulos de armento duos·arietē unum·agnos anniculos septē immaculatos: z tres decimas simile oleo consperle in sacrificio per singulos vitulos: et duas decimas simile oleo cōsperle p singulos arietes: z decimam decime simile ex oleo i sacrificio p agnos singulos. Holocaustum suauissimi odoris atqz incensi est dño. Libamenta autē vini q̄ per singulas fundenda sunt victimas· ista erunt. Media pars hin p singlos viculos: tercia pr arietem: quarta pr agnū. Hoc erit holocaustum p omnes menses: qui sibi anno vertente succedunt. Hirc⁹ quoqz offeretur domino pro peccatis in holocaustū sempiternū cū libamentis suis. Mense aūt primo quartadecima die mensis phase dñi erit: et quintadecima die solennitas. Septem diebz vescent azimis: quarū dies prima venerabilis et sancta erit. Omne opus seruile nō facietis in ea. Offeretisqz in incensum holocaustum dño vitulos de armento duos·arietē unum agnos anniculos immaculatos septem: z sacrificia singulorum ex simila que consperla sit oleo: tres decimas p singulos viculos·z duas decimas p arietem·et decimā decime per agnos singulos·id ē p septē agnos: et hircum p peccato unū ut expietur pro vobis: preter holocaustum matutinum qd semp offeretis: ita facietis per singulos dies septem dierū·in fomitē ignis et in odorem suauissimū dño: q̄ surget de holocausto z de libationibus singulorū. Dies quoqz septimus celeberrimus z sanctus erit vobis. Omne opus seruile non facietis in eo. Dies etiam primitiuorum quādo offeretis nouas fruges domino expletis ebdomadibus: venerabilis et sancta erit. Omne opus seruile non facietis in ea. Offeretisqz holocaustum in odorē suauissimum dño·vitulos de armēto duos·arietem unum agnos anniculos

C. xxvm.

Xũ.

immaculatos septē: atq; in sacrificijs eoꝝ simile oleo conspersę tres decimas per singulos uitulos· p arietes duas· per agnos decimā decime q̄ simul sunt agni septem: hircū quoq; qui mactatur p ꝛepiatione· pter holocaustū sempiternū ꝛ libamina eiꝰ. Immaculata offeretis omnia cū libationibꝫ suis. ℭ· xxix·

Octis etiam septimi prima dies uenerabilis et sancta erit uobis. Omne opus seruile nō facietis in ea· quia dies clangoris ē et tubarū. Offeretisq; holocaustū i odorē suauissimū dño· uitulum de armēto unū ꝛ arietē unum· ꝛ agnos āniculos immaculatos septem: et in sacrificijs eorū simile oleo cōsperse tres decimas p singulos uitulos· duas decimas p arietē unam decimā per agnū qui simul sunt agni septem: ꝛ hircum p peccato q̄ offertur in ꝛepiationē ppli preter holocaustum kalendarū cū sacrificijs suis· ꝛ holocaustum sempiternū cū libationibꝫ solitis. Hijsdem cerimonijs offeretis i odorē suauissimum incensum dño. Decima quoq; dies mensis huius septimi erit uobis sancta atq; uenerabilis: ꝛ affligetis animas uras. Omne opus seruile non facietis in ea. Offeretisq; holocaustum dño in odorem suauissimū· uitulū de armēto unū· arietē unum· agnos āniculos immaculatos septē: et in sacrificijs eorum simile oleo consperse tres decimas p singlos uitulos· duas decimas p arietem· decimā decime per agnos singulos q̄ sunt simul septem agni· et hircum pro peccato: absq; hijs que offerī p delicto solent in ꝛepiationē ꝛ in holocaustum sempiternum in sacrificio ꝛ libaminibꝫ eorū. Quintadecima uero die mensis septimi que uobis sācta erit atq; uenerabilis: omne opus seruile nō facietis in ea: sed celebrabitis solemnitatē domino septem diebꝫ. Offeretisq; holocaustū in odorem suauissimū dño uitulos de armēto tredecim arietes duos· agnos anniculos immaculatos quatuordecim: et in libamentis eorū· simile oleo cōsperse· tres decimas p uitulos singulos qui sunt simul uituli tredecim· et duas decimas arieti uno· id ē simul arietibꝫ duobus ꝛ decimam decime agnis singulis q̄ sunt simul agni quatuordecim: ꝛ hircum p peccato absq; holocausto sempiterno· ꝛ sacrificio ꝛ libamine eius. In die altero offeres uitulos de armento duodecim· arietes duos· agnos āniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; ꝛ libamina singulos p uitulos ꝛ arietes ꝛ agnos rite celebrabis: ꝛ hircum pro peccato absq; holocausto sempiterno sacrificia q; eius ꝛ libamine. Die tercio offeres uitulos undecim· arietes duos· agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; ꝛ libamina singulos p uitulos et arietes ꝛ agnos rite celebrabis: ꝛ hircum pro peccato absq; holocausto sempiterno· sacrificioq; et libamine eius. Die quarto offeres uitulos decem· arietes duos agnos anniculos immaculatos q̄tuordecim: sacrificiaq; et libamina singulorum per uitulos ꝛ arietes ꝛ agnos rite celebrabis: et hircū p peccato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius et libamine. Die quinto offeres uitulos nouem· arietes duos· agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; et libamina singulos per uitulos et arietes et agnos rite celebrabis: et hircum pro peccato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius et

libamine. Die septo offeres vitulos duo· arietes duos · agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificia q; & libamina singlor; p vitulos & arietes et agnos rite celebrabis: et hircū pro peccato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius & libamine. Die septimo offeres vitulos septem & arietes duos agnos āniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; et libamina singulor; p vitulos & arietes et agnos rite celebrabis: & hircum pro peccato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius & libamine. Die octauo qui est celeberrimus· omne opus seruile non facietis offerentes holocaustum in odorem suauissimū dño viculū unū arietem unum· agnos anniculos immaculatos septē: sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabis · & hircum pro peccato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius & libamine. C. xxx. Hec offerētis domino in solemnitatibz vestris: preter vota et oblationes spontaneas in holocausto · in sacrificio in libamine et in hostijs pacificis.

Narrauitq; moyses filijs israhel omnia que ei dominus imperarat: & locutus est ad principes tribuū filiorū israhel. Iste est sermo quē precepit dominus. Si quis viroz votū domino vouerit · aut se constrinxerit iuramento: nō faciet irritum uerbū suū: sed oīne qd promisit implebit. Mulier si quippiā vouerit et se constrinxerit iuramento que ē in domo patris sui· & in etate adhuc puellari: si cognouerit pater votū qd pollicita ē· & iuramentū quo obligauit animā suā & tacuerit: vota rea erit. Quicquid pollicita est et iurauit· opere oplebit. Si autē statim ut audierit cōtradixerit pater: & vota et iuramēta eius irrita erūt: nec obnoxia tenebit spōsioni eo q cōtradixerit pater. Si maritū habuerit et vouerit aliquid & semel de ore eius verbū egrediens · animam ei9 obligauerit iuramento: quo die audierit vir & nō contradixerit· voti rea erit: reddetq; qcunq; promiserat. Si naūt audiēs statim contradixerit & irritas fecerit pollicitationes ei9· verbaq; quibz obstrinxerat animam suā: ppicius erit ei dns. Vidua et repudiata quicquid vouerint reddent. Vxor in domo viri cum se voto constrinxerit & iuramento: si audierit vir & tacuerit nec cōtradixerit spōsioni: reddet qcunq; promiserat. Si naūtem extimplo cōtradixerit: nō tenebitur ꝓmissionis rea quia maritus contradixit: & dns ei propicius erit. Si vouerit et iuramento se ꝺstrinxerit ut per ieiunium uel ceterarū rerum abstinentiam affligat animā suam: in arbitrio viri erit si faciat siue nō faciat. Quod si audiens vir tacuerit et in alterā diē distulerit sententiā: quicquid vouerat atq; promiserat reddet: quia statim ut audiuit tacuit. Si naūtem contradixerit postq; rescīuit: portabit ipe iniquitatem eius. Iste sunt leges quas cōstituit dominus moysi inter virum et uxorē: inter prem & filiā q in puellari adhuc etate est: uel que manet in parentis domo. C. xxxi.

Locutusq; est dominꝰ ad moysen dicēs. Vlciscere prius filios israhel de madianitis: & sic colligeris ad populum tuum. Statimq; moyses armate inquit ex vobis viros ad pugnam: qui possint ultionē domini expetere de madianitis. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex israhel:

qui mittant ad bellū. Dederūtq; mille-
nos de singulis tribubz id est duode-
cim milia expeditoz ad pugnā:quos
misit moyses cū phinees filio eleaza-
ri sacerdotis:vasaq; sancta ⁊ tubas ad
clangendū tradidit ei. Cūq; pugnas-
sent cōtra madianitas atq; vicissent
omnes mares occiderūt ⁊ reges eorū
sicut et recem ⁊ sur et ur et rebe quinq;
principes gentis: balaam quoq; filiū
beor interfecerūt gladio: reperūtq; mu-
lieres eorū et paruulos omniaq; peco-
ra ⁊ rūctam supellectilem. Quicquid
habere potuerant depopulati sunt:tā
urbes q̄z viculos et castella flamma
consumpsit. Et tulerunt predā et uni-
uersa que reperāt tam ex hominibz q̄z
ex iumentis:⁊ conduxerūt ad moysen
eleazarū sacerdotem ⁊ ad omnē mul-
titudinem filiorū israhel. Reliqua aūt
utensilia portauerūt ad castra in cam-
pestribz moab:iuxta iordanen contra
iherycho. Egressi sunt aūt moyses et
eleazar sacerdos ⁊ omnes principes
synagoge ī occursum eorum extra ca-
stra. Iratusq; moyses principibz exer-
citus tribunis ⁊ centurionibus q̄ uene-
rant de bello ait. Cur feminas reser-
uastis? Nonne iste sunt qui deceperūt
filios israhel ad suggestionē balaam
et preuaricari fecerūt vos in dño super
peccato phogor unde et plagus est po-
pulus? Ergo cūctas interfīte. Quic-
quid est generis masculini etiā in par-
uulis ⁊ mulieres que nouerūt viros ī
coitu iugulate:puellas aūt et omnes
feminas virgines reseruate vobis: et
manete extra castra septē diebus. Qui
occiderit hominē uel occisum tetigerit:
lustrabit die tercio ⁊ septimo. Et de o-
mni preda siue vestimentū fuerit siue
vas et aliquid in utensilia ꝑparatū de
caprarū pellibus ⁊ pilis ⁊ ligno expia-
bitur. Eleazar quoq; sacerdos ad vi-
ros exercitus qui pugnauerāt sic locu-
tus est. Hoc ē preceptū legis: qđ man-
dauit deus moysi. Aurū ⁊ argentum ⁊
es et ferrum ⁊ plumbū et stannū et o-
mne quod potest transire p flammas
igne purgabitur: quicquid aūt ignē
nō potest sustinere aqua expiationis
sanctificabitur: ⁊ lauabitis vestimēta
vestra die septimo ⁊ purificati postea
castra intrabitis. Dixit quoq; domi-
nus ad moysen. Tollite summam eo-
rum que capta sunt ab homine usq;
ad pecus tu ⁊ eleazar sacerdos ⁊ prin-
cipes vulgi: diuidesq; ex equo predā
inter eos qui pugnauerunt et egressi
sunt ad bellū et inter omnē reliquam
multitudinē:et separabis partē domi-
no ab his qui pugnauerūt ⁊ fuerunt
in bello unam animā de quingentis
tam ex hominibz q̄z ex bobus ⁊ asinis
et ouibz:⁊ dabis eam eleazaro sacerdo-
ti:quia primitie domini sunt. Ex me-
dia quoq; parte filioz israhel accipies
quinquagesimū caput hominū ⁊ boū
et asinoz ⁊ ouiū cunctorūq; anima-
lium:⁊ dabis ea leuitis qui excubant
in custodijs tabernaculi dñi. Fecerunt
q; moyses et eleazar sicut preceperat
dominus. Fuit autem preda quā exer-
citus reperat ouiū sexcēta septuagīta
quinq; milia: boū septuaginta duo
milia asinorū sexaginta milia ⁊ mil-
le: animе hominū sexus femineī q̄ nō
cognouerāt viros triginta duo milia.
Dataq; ē media pars his qui in pre-
lio fuerāt ouiū trecenta triginta septē
milia quingente e quibus in partem
domini suppurate sunt oues sexcente
septuagintaquinq;: ⁊ de bobus trigin-
ta sex milibz boues septuagīta ⁊ duo:

de asinis triginta milibz quingentis. alimi sexagintaunus. De animabus hominū sedecim milibz. cesserūt in parteu dñi triginta due anime. Tradidit qz moyses numerū primitiarū dñi eleazaro sacerdoti sicuti fuerat ei imperatū ex media parte filioz israhel: quā separauerat his qui in prelio fuerāt. De media vero parte que contigerat relique multitudini id est de ouibz trecentis triginta septem milibz quingentis. et de bobus triginta sex milibz. et de asinis triginta milibus quīgentis. et de hominibz sedecim milibz. tulit moyses quinquagesimū caput: et dedit leuitis qui excubabant in tabernaculo dñi: sicut preceperat dñs. Cunqz accessissent principes exercitus ad moysen et tribuni centurionesqz dixerūt. Nos tui tui recensuimus numerū pugnatoz quos habuim⁹ sub manu nra: et ne un⁹ quidem defuit. Obhanc causā offerim⁹ in donariis dñi singuli qd in preda auri potuim⁹ inuenire periscelides et armillas anulos et dextralia ac murenulas: ut deprecetis pro nobis dñm. Susceperuntqz moyses et eleazar sacerdos omne aurū in diuersis speciebz pondo sedecim milia septingentos quinquaginta siclos: a tribunis et centurionibz. Unusquisqz enim qd in preda rapuerat suū erat. Et susceptū intulerunt in tabernaculū testimonij: in monimentū filioz israhel coram dño. C. xxxn.

Filij aūt ruben et gad habebant pecora multa: et erat illis i iumentis infinita substantia. Cunqz vidissent iazer et galaad aptas animalibus alendis terras: venerunt ad moysen et ad eleazarum sacerdotē. et principes multitudinis: atqz dixerūt. Astharoth et dibon et iazer et nemra esebon et eleale et saban et nebo et beon terra quā prostrauit dñs in conspectu filiorū israhel. regionis uberime est ad pastū animaliū: et nos serui tui habemus iumenta plurima: precamurqz si inuenimus gratiā coram te. ut des nobis famulis tuis eam in possessionē nec facias nos transire iordanen quibus respondit moyses. Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnā: et vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorū israhel. ne transire audeant in locum quē eis daturus est dñs? Nonne ita egerunt pres vestri. quādo missi de cadesbarne ad explorandā terrā? Cunqz venissent usqz ad vallem botri lustrata omni regione subuerterūt cor filiorum israhel ut nō intrarēt fines quos eis dñs dedit: qui irat⁹ iurauit dicēs. Si videbunt homines q̄ ascenderūt ex egipto a viginti annis et supra terram quā sub iuramento pollicitus sum abraham ysaac et iacob: et noluerūt sequi me pter caleph filiū iephone cenezeum et iosue filiū nun. Isti impleuerunt voluntatem meā. Iratusqz dñs aduersum isrl circunduxit eum per desertum quadraginta annis: donec consumeretur vniuersa generatio que fecerat malū in cōspectu ei⁹. Et ecce inquit vos surrexistis p patribus vris incrementa et alumni hominū peccatorū: ut augeretis furorē dñi contra israhel. Quod si noluerit is sequi eum i solitudine ppm derelinquet: et vos causa eritis necis omniū. At illi ppe accedentes dixerunt. Caulas ouium fabricabimus et stabula iumentorū. parunlisqz quoqz nris urbes munitas: nos autem ipi armati et accincti pgemus ad prelium ante filios israhel: donec introducam⁹ eos ad loca sua. Parunli

nostrī et quicquid habere possumus e-
runt in urbibz muratis ꝓpter habita-
torum insidias. Non reuertemur ī do-
mos nr̄as usqz dum possideant filij
israhel hereditatē suam:nec quicqz que-
rimus trans iordanen·quia iam habe-
mus possessionem nr̄am in orientali
eius plaga. Quibz moyses ait. Si fa-
citis quod promittitis expediti pergi-
te cor̄ dño ad pugnā·et omnis vir bel-
lator armatꝰ iordanen transeat·donec
subuertat dominus inimicos suos·
et subiciatur ei omnis terra:tunc eritis
inculpabiles apud deum et apud isra-
hel:et obtinebitis regiones quas mul-
tis cor̄ dño. Si naūt qđ dicitis nō fe-
ceritis:nulli dubium ē quin peccetis in
deū:et scitote quoniā peccatū vr̄m appre-
hendet vos. Edificate ergo urbes par-
vulis vestris et caulas et stabula ouī-
bus ac iumentis: et qđ pollicīi estis
implete. Dixeruntqz filij gad et ruben
ad moysen. Serui tui sumꝰ. Faciemꝰ
qđ iubet dns noster. Parvulos nr̄os
et mulieres et pecora ac iumenta relin-
quemus in urbibz galaad:nos aut̄
famuli tui omnes expediti ꝓgemur ad
bellum sicut tu dñe loqueris. Precepit
ergo moyses eleazaro sacerdoti et io-
sue filio nun et principibus familiaꝝ
tribus israhel:et dixit ad eos. Si trans-
ierint filij gad et filij ruben vobiscum
iordanen omnes armati ad bellū cor̄
domino·et vobis fuerit terra subiecta:
date eis galaad in possessionē. Si nau-
tem noluerint transire vobiscum ī ter-
ram chanaan:inter vos habitandi ac-
cipiant loca. Respōderuntqz filij gad·
et filij ruben. Sicut locutus est dns ser-
uis suis ita faciemus. Ipi armati per-
gemus cor̄ dño ī terram chanaan:et
possessionē iā suscepisse nos cōfitemur
trans iordanen. Dedit itaqz moyses
filijs gad et ruben et dimidie tribui
manasse filij ioseph regnū seon regis
amorrei et regnū og regis basan:et ter-
ram eorū cum urbibus suis per circu-
itum. Igit̄ extruxerunt filij gad dibon
et ataroth et aroer et roth et sophan
et iazer iectaa et bethnemra et bethara
urbes munitas:et caulas pecoribus
suis. Filij vero ruben edificauerūt ese-
bon et eleale et cariathaim et nabo et ba-
lmeon uersis nominibz:sabama qz:
imponentes uocabula urbibz quas
extruxerāt. Porro filij machir filij ma-
nasse prexerunt in galaad:et uastaue-
runt eam interfecto amorreo habitato-
re eius. Dedit ergo moyses terrā ga-
laad machir filio manasse:qui habi-
tauit in ea. Iair autem filiꝰ manasse
abiit et occupauit uicos eius: quos
appellauit auothiair id ē villas iair.
Nobe quoqz perexit et apprehendit
canath cum uiculis suis: uocauitqz
eam ex nomine suo nobe. C. xxxm.

Hec sunt mansiones filiorū isra-
hel qui egressi sunt de egipto per
turmas suas ī manu moysi et aarō:
quas descripsit moyses iuxta castroꝝ
loca que dñi iussione mutabant. Pro-
fecti igitur de ramesse mense primo
quintadecima die mensis primi:fece-
runt altera die phase filij israhel ī ma-
nu excelsa uidentibz cunctis egiptijs:et
sepelientibz primogenitos quos per-
cusserat dominus. Nam et in dijs eo-
rum exercuerat ultionem. Castrameta-
ti sunt in soccoth:de soccoth uenerunt
in ethan que est in extremis finibus
solitudinis. Inde egressi uenerunt con-
tra phiairoth que respicit beelsephon:
et castrametati sunt ante magdalum.
Profectiq; de phiairoth transierūt per

mediū mare ī solitudinē:et ambulantes tribus diebꝫ p desertū etiam castrametati sunt ī mara. Profectiqꝫ de mara venerunt in helim ubi erant duodecim fontes aquarꝫ ⁊ palme septuaginta:ibiqꝫ castrametati sunt. Sed ⁊ inde egressi:fixerūt tētoria sup mare rubrū. Profectiqꝫ de mari rubro castrametati sunt in deserto synai:unde egressi venerunt in deptha. Profectiqꝫ de deptha castrametati sunt in halus egressiqꝫ de halus · raphidim fixere tentoria·ubi populo defuit aqua ad bibendū. Profectiqꝫ de raphidim:castrametati sunt in deserto synai. Sed et de solitudine synai egressi·uenerūt ad sepulcra cōcupiscentie:profectiqꝫ de sepulcris concupiscentie castrametati sunt ī asseroth: et de asseroth venerūt in rethma. Profectiqꝫ de rethma castrametati sunt in remonphares:unde egressi venerūt ī lebna. De lebna castrametati sunt ī ressa:egressiqꝫ de ressa venerunt ī ceelatha. Unde profecti castrametati sunt in monte sepher: egressi de monte sepher venerunt in arada. Inde proficiscētes castrametati sunt ī maceloth:profectiqꝫ de maceloth:venerunt in taath. De taath castrametati sūt in thare: unde egressi fixere tentoria ī mettha ⁊ de mettha castrametati sunt in elmona:profectiqꝫ de elmona venerūt ī moseroth. Et de moseroth castrametati sunt in baneiachan:profectiqꝫ de baneiachan venerunt in montem gadgad. Unde profecti castrametati sūt ī iethebatha: et de iethebatha venerūt in ebrona. Egressiqꝫ de ebrona castrametati sunt in asiongaber:inde profecti venerunt in desertum syn. Hec est cades. Egressiqꝫ de cades castrametati sūt ī mōte or: in extremis finibꝫ ire edom. Ascenditqꝫ aaron sacerdos in mōtem or iubente domino:⁊ ibi moritur anno quadragesimo egressionis filiorū israhel ex egipto mense quinto p̄mo die mensis cū esset annorū centumuiginttriū. Audiuitqꝫ chananeus rex arad·q̄ habitabat ad meridiem:ī terrā chanaan uenisse filios isrl'. Et profecti de monte or castrametati sūt in salmona:unde egressi uenerunt in phinon. Profectiqꝫ de phinon castrametati sunt in oboth:⁊ de oboth uenerūt ī ieabarim q̄ ē ī finibꝫ moabitarꝫ. Profectiqꝫ de ieabarim fixere tentoria in dibongad:unde egressi castrametati sunt in elmon deblathaim. Egressiqꝫ de elmon deblathaim uenerunt ad montes abarim contra nabo:profectiqꝫ de montibus abarim transierūt ad campestria moab sup iordanen contra iherich. Ibiqꝫ castrametati sūt de bethsimon usqꝫ ad belsathim in planoribꝫ locis moabitarum:ubi locutus ē dominꝰ ad moysen. Precipe filijs israhel:⁊ dic ad eos. Quando transieritis iordanen intrantes terram chanaan·dispердite cūctos habitatores terre illius:cōfringite uitulos ⁊ statuas comminuite atqꝫ oīa excelsa uastate:mundantes terram et habitantes in ea. Ego enim dedi uobis illam in possessionem:quā diuidetis uobis sorte. Pluribus dabitis latiorem: ⁊ paucioribus angustiorem. Singulis ut sors ceciderit: ita tribuetur hereditas. Per tribus ⁊ familias possessio diuidetur. Si autem noluerītis interficere habitatores terre:qui remanserint·erunt uobis quasi clauꝰ in oculis et lancee in lateribꝫ et aduersabuntur uobis in terram habitationis uestre: et quicquid illis cogitaueram facere uobis faciā. C· xxxm·

Locutusq; ē dñs ad moysen dicens. Precipe filijs israhel: et dices ad eos. Cum ingressi fuerit̄s terram chanaan· z in possessionē vobis sorte receder̄it: hijs finibus terminabit̄. Pars meridiana incipiet a solitudine syn que est iuxta edom: et habebit terminos contra orientē mare salsissimum: qui circuibunt australē plagā per ascensum scorpionis· ita ut transeant in senna z puenīant ad meridiē usq; ad cadesbarne: unde egredient̄ confinia ad villam nomine adar et tendent usq; asemona. Ibiq; p gyrum termin⁹ ab asemona usq; ad torrentē egipti: z magn̄ maris litore finietur. Plaga aut̄ occidentalis a mari magno incipiet: z ipso fine claudet̄. Porro ad septentrionalē plagam a mari magno terminī incipient puementes usq; ad montem altissimū: a quo venient in emath usq; ad terminos sedada: ibuntq; confinia usq; ad ebrona et villam henan. Hij erunt terminī in parte aquilonis. Inde metabuntur fines contra orientalem plagā de villa henan usq; sephama: z de sephama descendent terminī i reblatha cōtra fontē daphnim. Inde puenient contra orientem ad mare cenereth z tendēt usq; iordanem: z ad ultimū salsissimo claudentur mari. Hanc habebitis terram per fines suos in circuitu. Precepitq; moyses filijs israhel dicens. Hec erit terra quā possidebitis sorte: z quā iussit dominus dari nouem tribubz z dimidie tribui. Tribus enī filiorz ruben p familias suas et tribus filiorū gad iuxta cognationū numerum· media quoq; tribus manasse id est due semis tribz acceperunt partem suam trans iordanem cōtra iherycho ad orientalē plagā.

Et ait dñs ad moysen. Hec sūt nomina virorū qui terram diuident vobis. Eleazar sacerdos z iosue filius nun: et singuli principes de tribubz singlis quorū ista sunt vocabula. De tribu iuda: caleph filius iephone. De tribu symeon: samuhel filius amiud. De tribu beniamin: helidad· filius chaselon. De tribu filiorū dan: bocci filius iogli. Filiorū ioseph de tribu manasse: hannihel filius ephot. De tribu ephraim: camuhel filius septhan. De tribu zabulon: helisaphan filiⁱ pharnath. De tribu ysachar: dux phaltihel filius ozan. De tribu aser: abiud filiⁱ salomi. De tribu neptalim: phedahel· filius amiud. Hijs sūt quibus preceperat dñs ut diuider̄t filijs israhel terrā chanaan.

Hec quoq; locutⁱ ē dñs ad moysen ī campestribz moab supra iordanen contra iherycho. Precipe filijs israhel ut dent leuitis de possessionibus suis urbes ad habitandū et suburbana earū p circuitū: ut ipsi in oppidis maneant· z suburbana sint pecoribz ac iumentis: que a muris ciuitatum foris secus p circuitum mille passuum spacio tendentur. Contra orientem· duo milia erunt cubitī: z contra meridiem similiter erūt duo milia. Ad mare quoq; qđ respicit occidentē· eadem mensura erit: z septentrionalis plaga equali termino finietur. Erunt q; urbes in medio: z foris suburbana. De ipis aut̄ oppidis q̄ leuitis dabitis· sex erunt in fugitiuorū auxilia separata· ut fugiat ad ea qui fuderit sanguinem: et exceptis hijs alia quadraginta duo oppida: id ē simul quadraginta octo cum suburbanis suis. Ipseq; urbes que dabuntur de possessionibz filiorū israhel· ab hijs q̄ plus habent

plures auferent: ⁊ q̄ minus pauciores. Singli iuxta mensurā hereditatis sue dabunt oppida leuitis. Ait dñs ad moysen. Loquere filijs israhel: ⁊ dices ad eos. Quando transgressi fueritis iordanen in terrā chanaan· decernite q̄ urbes esse debeāt i presidia fugitiuoꝝ· qui nolentes sanguinem fuderint: in quibus cū fuerit profugus· cognatus occisi eum occidere nō poterit: donec stet in conspectu multitudinis· ⁊ causa illi⁹ iudicetur. De ipsis autē urbibus que ad fugitiuorū subsidia separant tres erunt trans iordanen ⁊ tres in terra chanaan· tā filijs israhel q̄ aduenis atq; peregrinis: ut confugiat ad eas· qui nolens sāguinē fuderit. Si quis ferro percusserit ⁊ mortuus fuerit q̄ percussus est· reus erit homicidij: ⁊ ipe morietur. Si lapidem iecerit ⁊ ictus occubuerit: similiter puniet. Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi homicidam interficiet: statim ut apprehenderit eum percutiet. Si per odium quis hominē impulerit uel iecerit quippiā in eum per insidias: aut cū esset inimicus manu percusserit ⁊ ille mortuus fuerit: percussor homicidij reus erit. Cognatus occisi statī ut inuenerit eū iugulabit. Quod si fortuito et absq; odio et inimicicijs quicq; horū fecerit· ⁊ hoc audiente populo fuerit comprobatū· atq; inter percussorem et propinquū sāguinis questio ventilata: liberabit innocens de ultoris manu· ⁊ reducetur p sententiā in urbem ad quā cōfugerat: manebit q; ibi donec sacerdos magnus q̄ oleo sancto unct⁹ est moriat. Si interfector extra fines urbiū que exulibus deputate sunt fuerit inuentus et percussus ab eo qui ultor est sanguinis: absq; noxa erit qui eum occiderit. Debuerat enim profugus usq; ad mortem pontificis in urbe residere. Postq; aūt ille obierit: homicida reuertetur in terrā suā. Hec sempiterna erunt ⁊ legitima· i cunctis habitationibz vris. Homicida sub testibus punietur. Ad uni⁹ testimoniū nullus cōdemnabitur. Nō accipietis pretiū ab eo qui reus ē sanguinis: statim ⁊ ipe morietur. Exules ⁊ profugi ante mortem pōtificis nullomodo in urbes suas reuerti poterunt ne polluatis terram habitationis vre q̄ insontium cruore maculat: nec aliter expiari potest nisi per eius sanguinem· qui alterius sanguinē fuderit: ita emundabitur vra possessio me inhabitāte vobiscum. Ego enim sum dominꝰ: qui habito inter filios israhel. C· xxxvi·

Accesserunt aūt ⁊ principes familiarū galaad filij machir filij manasse de stirpe filioꝝ ioseph: locuti sunt moysi corā principibus israhel atq; dixerunt. Tibi dño nostro pcepit dominus ut terrā sorte diuideres filijs israhel: et ut filiabz salphaad fratris nostri dares possessionē debitā patri: quas si alterius tribus homines uxores acceperint sequetur possessio sua et trāslata ad aliū tribū de ptra hereditate minuetur: atq; ita fiet ut cū iubile⁹ id est quinquagesimus ānus remissionis aduenerit confundatur sortium distributio ⁊ alioꝝ possessio ad alios transeat. Respōdit moyses filijs isrl: et domino precipiente ait. Recte tribz filiorū ioseph locuta est: ⁊ hec lex super filiabz salphaad a dño promulgata est. Nubant quibus volunt tantū ut sue tribus hominibz: ne cōmisceatur possessio filiorum isrl de tribu in tribū. Omnes enī viri ducent uxores de tribu

et cognatione sua·et cuncte femine de eadem tribu maritos accipient:ut hereditas permaneat in familijs nec sibi misceantur tribus:sed ita maneāt ut a domino separate sunt. ℣Fecerūtq; filie salphaad ut sibi fuerat imperatū·⁊ nupserūt malaa ⁊ thersa et egla ⁊ melcha et noa filijs patrui sui de familia manasse q̄ fuit filius ioseph:et possessio q̄ illis fuerat attributa māsit in tribu et familia p̄ris earū. Hec sunt mādata atq; iudicia q̄ māduit dñs p manū moysi ad filios ysrl in campestribus moab supra iordanen ꝟa ihericho.

Explicit lib'nū·Incipit liber deuteronomij Caplm̄ p̄mū

Hec sūt verba q̄ locutus ē moyses ad omnem ysrahel trans iordanen in solitudine campestri· cōtra mare rubrum:inter pharan et thophel et laban et aseroth. Vbi auri est plurimū·undecim diebs de oreb:p viā montis seir usq; cadesbarne. Quadragesimo anno undecimo mense prima die mensis locutus est moyses ad filios ysrahel oīa que preceperat illi dñs·ut diceret eis:postq̄ percussit seon regem amorreorū· qui habitauit ī esebon:et og regem basan qui mansit in aseroth et in edrai trās iordanen in terra moab. Cepitq; moyses explanare legē ⁊ dicere. Dominus deus noster locutus est ad nos ī oreb dicens. Sufficit vobis q̄ in hoc monte mansistis. Reuertimini et venite ad montem amorreoꝝ ⁊ ad cetera que ei proxima sunt campestria atq; mōtana et humiliora loca contra meridiē et iuxta litus maris:terram chananeorū et libani usq; ad flumen magnū eufraten. Ecce inquit tradidi vobis. Ingredimini et possidete eā:sup qua iurauit dñs patribs vr̄is abraham ysaac ⁊ iacob:ut daret illam eis ⁊ semini eorum post eos. Dixiq; vobis illo in tempore. ℣Non possum solus sustinere vos quia dñs de⁹ noster multiplicauit vos:et estis hodie sicut stelle celi plurimi. Dominus deus patrū vr̄oꝝ addat ad hunc numerꝫ multa milia: et benedicat vobis sicut locutus ē. ℣Nō valeo solus negocia vestra sustinere ⁊ pondus et iurgia. Date eꝫ vobis viros sapientes et guaros quoꝝ cōuersatio sit probata in tribubs vr̄is:ut ponam eos vobis p̄cipes. Tunc respondistis michi. Bona res est quā vis facere. Tuliq; de tribubus vr̄is viros sapientes et nobiles et cōstitui eos principes tribunos et centuriones ⁊ quinquagenarios ac decanos qui docerēt vos singula:precepiq; eis dicens. Audite illos:⁊ quod iustū ē iudicate. Siue ciuis sit ille siue peregrinus:nulla erit distantia psonarū. Ita paruū audietis ut magnū:nec accipietis cuiusq̄ psonam:quia dei iudiciū ē. Quod si difficile vobis visum aliquid fuerit referte ad me:et ego audiā. Precepiq; omnia que facere deberetis. Profectiq; de oreb transiuimus p heremū terribilem ⁊ maximam solitudinē quā vidistis per viam montis amorrei: sicut p̄ceperat dñs de⁹ noster nobis. Cūq; venissemus in cadesbarne dixi vobis. Venistis ad montē amorrei:quē dñs deus noster daturus ē vobis. Vide terram quā dominus deus tuus dabit tibi. Ascende et posside eā:sicut locut⁹ ē dñs deus noster p̄ribus tuis. ℣Noli timere:nec quicq̄ paueas. Et accessistis ad me oēs atq; dixistis· ℣Mittamus

uiros q̄ cōsiderent terrā: et renuncient per quod iter debeamus ascendere: et ad quas pgere ciuitates. Cūq; michi sermo placuisset: misi ex uobis duodecim uiros singulos de tribubus suis. Qui cum preyissent et ascendissent in montana · uenerūt usq; ad uallem botri: et considerata terra · sumentes de fructibus eius ut ostenderēt ubertatem attulerūt ad nos: atq; dixerūt. Bona est terra quā dñs deus noster daturus est nobis. Et noluistis ascendere: sed increduli ad sermonem dei nostri murmuraſtis in tabernaculis uestris: atq; dixistis. Odit nos dñs: et idcirco eduxit nos de terra egipti ut traderet nos in manu amorrei atq; deleret. Quo ascendemus? Hunc̄ terruerunt fres nostrum dicentes. Maxima multitudo est: et nobis statura procerior. Urbes magne et ad celū usq; munite. Filios enach ibi uidimus ibi. Et dixi uobis nolite metuere: nec timeatis eos. Dominus deus qui ductor ē noster · pro uobis ipe pugnabit: sicut fecit in egipto cunctis uidentibus: et i solitudine ipi uidistis. Portauit te dñs deꝰ tuus ut solet homo gestare parulū filium suū in omni uia p quā ambulasti: donec uenirētis ad locū istum. Et nec sic quidem credidistis domino deo uestro qui precessit uos in uia et metatus est locum in quo tentoria figere deberetis: nocte ostendens uobis iter p ignem: et die per columnā nubis. Cūq; audisset dñs uocem sermonū uoꝝ: iratus iurauit et ait. Non uidebit quispiā de hominibz generationis huiꝰ pessime terram bonā quā sub iuramento pollicitus sū pribus uestris: preter caleph filiū iephone. Ipe enim uidebit eam: et ipi dabo terrā quā calcauit et filijs eius: quia secutꝰ est dñm. Nec mirāda indignatio i pl'm: cum michi quoq; iratus deus ppter uos dixerit. Nec tu ingredieris illuc: sed iosue filius nun minister tuꝰ ipe intrabit p te. Hunc exhortare et robora: et ipe sorte terrā diuidet isrl. Paruuli uestri de quibz dixistis q̄ captiui ducerentur et filij qui hodie boni ac mali ignorant distantiā ipsi ingredientur: et ipis dabo terram et possidebūt eam: uos aūt reuertimini et abite i solitudinē p uiam maris rubri. Et respondistis michi. Peccauimus dño. Ascendemus et pugnabimus: sicut precepit dñs deus noster. Cūq; instructi armis pgeretis i montem: ait michi dñs. Dic ad eos. Nolite ascendere neq; pugnetis. Non enī sū uobiscum: ne cadatis coram inimicis uestris. Locutꝰ sum et nō audistis: sed aduersantes imperio dñi et tumentes superbia ascendistis in montē. Itaq; egressus amorreus q̄ habitabat i montibus et obuiam ueniens p̄secutus est uos sicut solent apes persequi: et recidit de seir usq; horma. Cumq; reuersi ploraretis coram dño nō audiuit uos: nec uoci ure uoluit acquiescere. Sedistis ergo i cadelbarne multo tempore.

Cap. h.

Profectiq; inde uenimus in solitudinem q̄ ducit ad mare rubrū sicut michi dixerat dominus: et circuiuimus montem seir longo tempore. Dixitq; dñs ad me. Sufficit uobis circuire montem istū: ite contra aquilonem: et populo precipe dicens. Transibitis per terminos fratrum uestrorū filioꝝ esau qui habitant in seir: et timebunt uos. Uidete ergo diligenter ne moueamini contra eos. Neq; enim dabo uobis de terra eorū quantum potest uniꝰ pedis calcare uestigium:

quia in possessionē esau dedi monte seir. Cibos emetis ab eis pecunia·et comedetis: aquā emptam hauietis et bibetis. Dñs deus tuꝰ benedixit tibi in omni opre manuum tuaꝝ. Nouit iter tuum:quomodo transieris solitudinem hanc magnā p quadraginta annos·habitans tecū dñs deus tuus: et nichil tibi defuit. Cūq; transissemus fratres nros filios esau qui habitabāt in seir per uiam campestrem de helath et de asiongaber:uenimus ad iter qđ ducit in desertū moab. Dixitq; dominus ad me. Non pugnes cōtra moabitas: nec ineas aduersus eos prelīū. Non enī dabo tibi quicq; de terra eorū: quia filijs loth tradidi ar in possessionem. Emim primi fuerūt habitatores eius:pls magnus ⁊ ualidus et tam excelsus ut de enachim stirpe quasi gigantes crederent: et essent similes filiorū enachim. Deniq; moabite appellant eos emim. In seir aūt prius habitauerunt horim:quibꝫ expulsis atq; deletis habitauerunt filij esau sicut fecit israhel in terra possessionis sue quā dedit illi dominꝰ. Surgentes ergo ut transiremus torrentē zareth:uenimus ad eum. Tempus aūt quo ambulauimus de cadesbarne usq; ad transitum zareth triginta et octo ānorū fuit:donec consumeretur oīis congregatio hominū bellatorū de castris sicut iurauerat dominus:cuius manus fuit aduersus eos ut interirent de castrorū medio. Postq; aūt uniuersi cecidерūt pugnatores:locutus ē dñs ad me dicēs. Tu transibis hodie terminos moab urbem nomine ar:⁊ accedes i uicinia filiorū āmon. Caue ne pugnes otra eos:nec mouearis ad prelīū. Nō emī dabo tibi de terra filiorū āmon:quia filijs loth dedi eā in possessionē. Terra gigantum reputata est:⁊ in ipa olim habitauerūt gigantes·quos ammonite uocant zomzommim populus magnus et multus et procere longitudinis sicut enachim quos deleuit dñs a facie eorum·et fecit illos habitare pro eis:sicut fecerat filijs esau q̄ habitant in seir delens horreos·et terram eorū illis tradens: quā possident usq; in presens. Eueos quoq; q̄ habitabant i aserim usq; gazam capadoces expulerunt eos:qui egressi de capadocia deleuerunt eos:⁊ habitauerunt pro illis. Surgite et transite torrentem arnon. Ecce tradidi i manu tua seon regem esebon amorreū et terram eius:incipe possidere:et committe aduersus eum prelium. Hodie incipiā mittere terrorem atq; formidinē tuā in pl̄os q̄ habitant sub oīi celo:ut audito nomine tuo pauent·⁊ in morem parturientium contremiscant:⁊ dolore teneant. Misi ergo nuncios de solitudine cademoth ad seon regem esebon uerbis pacificis dicens. Transibimus p terram tuam:publica gradiemur uia. Non declinabimus neq; ad dextram neq; ad sinistram: alimenta precio uende nobis ut uescamur:aquā pecunia tribue et sic bibemus. Tantū ē ut nobis concedas transitum: sicut fecerūt filij esau qui habitant in seir·et moabite qui habitant in ar·donec ueniamus ad iordanen:et transeamꝰ ad terram quā dominus deus noster daturus est nobis. Noluitq; seon rex esebon dare nobis transitum quia induraverat dominus deus tuus spiritū eius: et obfirmauerat cor illius ut ita traderetur in manus tuas:sicut nūc vides. Dixitq; dominꝰ ad me. Ecce cepi tibi

tradere seon·et terrā ei⁹: incipe possidere eam. Egressusq; est seon obuiā nobis cū omni pplo suo ad prelīū in iassa: ⁊ tradidit eum dñs deus noster nobis: percussimusq; eum cū filijs suis et oīi populo suo: cūctasq; urbes in tempore illo cepimus interfectis habitatoribz earū uiris ac mulieribus et paruulis. ſſon reliquimus in eis quicq; absq; iumentis que ī partem uenere pdantiū: et spolijs urbium quas cepimus ab aroer q̄ est sup ripam torrētis arnon oppido·quod in valle situm est usq; galaad. ſſō fuit uicus et ciuitas que nostras effugeret manꝰ. Oīes tradidit dñs deꝰ noster nobis: absq; terra filioꝝ āmon ad quā nō accessimus ⁊ cūctis q̄ adiacent torrenti ieboc: ⁊ urbibus mōtanis uniuersisq; locis a q̄bus nos prohibuit dñs deꝰ noster.

Taq; conuersi ascendimꝰ per iter basan. Egressusq; est og rex basan in occursum nobis in populo suo ad bellandum in edrai: dixitq; dñs ad me. ſſe timeas eum: quia in manu tua traditus est cū oīi pplo ac terra sua·facies q; ei sicut fecisti seon regi amorreoꝝ·q̄ habitauit in esebon. Tradidit ergo dominus deꝰ noster ī manibus nostris etiam og regem basan et uniuersum pplm eius: percussimusq; eos usq; ad internitionem: uastantes cunctas ciuitates illius uno tempore. ſſon fuit oppidum qđ nos effugeret. Sexaginta urbes: omnē regionē argob regni og in basan. Cuncte urbes erant munite muris altissimis portisq; et uectibus: absq; oppidis innumeris q̄ non habebant muros. Et deleuimus eos sicut feceramꝰ seon regi esebon disperdentes omnē ciuitatem uirosq; ac mulieres et paruulos: iumenta autem et spolia urbium diripuimus. Tulimꝰ q; illo in tempore terrā de manu duoꝝ regum amorreoꝝ qui erant trans iordanen a torrente arnon usq; ad montem hermon quē sydonij sarion uocāt et amorrei sanir: oīes ciuitates que site sunt in planicie·et uniuersam terram galaad ⁊ basan usq; ad selcha·⁊ edrai ciuitates regni og ī basan. Solus quippe og rex basan restiterat de stirpe gigantum. ſſonstratur lectus eius ferreus qui est ī rabath filiorum ammon: nouē cubitos habens longitudinis: ⁊ q̄tuor latitudinis ad mensuram cubiti uirilis manus. Terrāq; possedimus tempore illo ab aroer q̄ est sup ripā torrentis arnon: usq; ad mediam partem montis galaad. Et ciuitates illiꝰ dedi ruben et gad: reliq; autem partem galaad et omnē basan regni og tradidi medie tribui manasse omnē regionem argob. Cuncta basan uocatur terra gigantū. Jair filiꝰ manasse possedit omnē regionem argob usq; ad fininos gessuri ⁊ machati. Uocauitq; ex nomine suo basan auothiair id est villas iair: usq; ī presentem diem. ſſlachir quoq; dedi galaad: et tribubus ruben et gad dedi de terra galaad usq; ad torrētem arnon medium torrentis et finium usq; ad torrentem ieboc qui est terminus filiorum āmon: et planiciem solitudinis atq; iordanen ⁊ fininos teneretq; usq; ad mare deserti qđ est salsissimū ad radices montis phasga cōtra orientē. Precepiq; uobis ī tempore illo dicēs. Dominus deꝰ uester dat uobis terrā hanc in hereditatem: expediti p̄dite fratres uestros filios israhel omnes uiri robusti absq; uxoribus ⁊ paruulis atq; iumentis. ſſō enim q plura

habeatis pecora et ī urbibꝫ remanere debebunt quas tradidi vobis: donec requiem tribuat dominus fratribꝫ vestris sicut vobis tribuit· ⁊ possideant etiam ipi terram· quā daturus est eis trans iordanen: tunc revertetur unusquisq; in possessionē suā quā dedi vobis. Iosue quoq; ī tempore illo ꝓcepi dicens. Oculi tui viderūt que fecit dñs deus noster duobꝫ hijs regibus: sic faciet oīibus regnis ad q̄ transiturus es. Ne timeas eos. Dominꝰ enī deus vester pugnabit ꝓ vobis. Precatus q; sum dñm ī tempore illo dicēs. Domine deꝰ tu cepisti ostendere servo tuo magnitudinē tuā manūq; fortissimā. Neq; enim ē alius deus vel in celo vel in terra qui possit facere opera tua: et comparari fortitudini tue. Transibo igitur ⁊ videbo terram hanc optimā trans iordanen: et mōtem istū egregiū et libanū. Iratusq; est dñs mihi propter vos nec exaudivit me. Sed dixit mihi. Sufficit tibi: nequaq; ultra loquaris de hac re ad me. Ascende cacumen phasge: et oculos tuos circūfer ad occidentem ⁊ ad aquilonē austrū q; et orientem et aspice. Nec enī transibis iordanen istum. Precipe iosue et corrobora eum atq; cōforta: quia ipe precedet populū istū: ⁊ dividet eis terram quā visurus es. Mānimusq; in valle contra phanum phgor. C Im·

Et nunc israhel audi precepta et iudicia q̄ ego doceo te ut facēs ea vivas: ⁊ ingrediens possideas terrā quā dominus deus patrū vestrorū daturus est vobis. Non addetis ad verbum quod vobis loquor: nec auferetis ex eo. Custodite mandata domini dei vestri que ego ꝓcipio vobis. Oculi vestri viderunt oīa que fecit dominꝰ contra beelphegor: quomodo cōtriverit omnes cultores tuos de medio vestri. Vos aūt qui adhesistis dño deo vō vivitis universi: usq; in presentem diē. Scitis q; docuerim vos precepta atq; iusticias sicut mandavit mihi dominus deus meus: sic facietis ea in terra quā possessuri estis: ⁊ observabitis et implebitis opere. Hec est enim vestra sapientia ⁊ intellectus coram ꝑplis: ut audientes universi precepta hec dicāt. Ecce ꝑplis sapiens et intelligens gens magna. Nec est alia natio tā grādis que habeat deos appropinquantes sibi: sicut deus noster adest cūctis obsecrationibꝫ nr̄is. Que est enim alia gens sic inclita ut habeat cerimonias iustaq; iudicia: et universam legē quā ego ꝓponam hodie āte oculos vōs? Custodi igitur semetipm et animam tuam sollicite. Ne obliviscaris verborum que viderūt oculi tui: ⁊ ne excidāt de corde tuo cūctis diebꝫ vite tue. Docebis ea filios ac nepotes tuos: diem in quo stetisti coram dño deo tuo in oreb: quando dñs locutus est mihi dicens. Congrega ad me ꝑplm ut audiāt sermones meos: ⁊ discāt timere me omni tempore quo vivūt in terra: doceantq; filios suos. Et accessistis ad radices montis qui ardebat usq; ad celum: erātq; in eo tenebre ⁊ nubes et caligo. Locutusq; ē dominꝰ ad vos de medio ignis. Vocem verborꝫ eius audistis: et formam penitus non vidistis. Et ostendit nobis pactum suum quod precepit ut faceremus: ⁊ decem verba que scripsit in duabꝫ tabulis lapideis. Mihiq; mādavit in illo tēpore ut docerem vos cerimonias ⁊ iudicia: que facere deberetis ī tra quā possessuri estis. Custodite igit̄ sollicite animas

uras. ſſō uidiſtis aliq̄ ſimilitudinē
in die qua locutus eſt uobis dom̄ⁱ⁹
in oreb de medio ignis: ne forte decep-
ti faciatis uobis ſculptam ſimilitu-
dinem aut ymaginē maſculi uel femi-
ne: ſimilitudinē omniū iumentorum
que ſunt ſup terrā uel auium ſub celo
uolantiū. atq; reptiliū que mouentur
in terra: siue piſciū qui ſub terra mo-
rantur in aquis: ne forte oculis eleua-
tis ad celum uideas ſolem ⁊ lunam ⁊
omnia aſtra celi: ⁊ errore deceptus ado-
res ea et colas: que creauit dñs deus
tuus in miniſteriū cūctis gentibz que
ſub celo ſunt. Vos aūt tulit dñs et e-
duxit de fornace ferrea egipti: ut habe-
ret populum hereditariū ſicut ē in pre-
ſentī die. ſſratuſq; eſt dñs contra me
propter ſermones ueſtros et iurauit.
ut non tranſirem iordanen: nec ingre-
derer terram optimā quā daturus eſt
uobis. Ecce morior in hac humo: nō
tranſibo iordanen uos tranſibitis et
poſſidebitis terram egregiā. Caue ne-
quando obliuiſcaris pacti dñi dei tui.
quod pepigit tecum: et facias tibi ſcul-
ptam ſimilitudinē eorū que fieri dñs
prohibuit. Quia dñs deꝰ tuus ignis
conſumens eſt: deus emulator. Si ge-
neueritis filios ac nepotes. et morati
fueritis i terra. deceptiq; feceritis uobis
aliquā ſimilitudinē patrantes malū
coram dño deo ueſtro. ut eum ad ira-
cundiā prouoceris: teſtes inuoco ho-
die celum et terram. cito perituros uos
eſſe de terra: quā tranſito iordane poſ-
ſeſſuri eſtis. ſſon habitabitis i ea lon-
go tempore: ſed delebit uos dominus
atq; diſperget in omnes gentes: ⁊ rema-
nebitis pauci i nationibus ad quas
uos ducturus eſt dñs. ſſibiq; ſeruietis
diis q̄ hominū manu fabricati ſunt.
ligno et lapidi qui nō uident. nec au-
diunt non comedūt nō odorant. Cū-
q; quesieris ibi dñm deū tuū inuenies
eum: ſi tamen toto corde quesieris. et
tota tribulatione anime tue poſtq̄ te
inuenerint omnia que p̄dicta ſunt. ſſo-
uiſſimo aūt tempore reuerteris ad do-
minum deū tuū et audies uocem ei⁹:
quia deus miſericors dñs deus tuus
eſt. ſſon dimittet te nec omnino dele-
bit: neq; obliuiſcetur pacti i quo iura-
uit patribz tuis. ſſnterroga de diebus
antiquis q̄ fuerunt ante te. ex die quo
creauit deus hominem ſuper terram a
ſummo celi uſq; ad ſummum eius: ſi
facta eſt aliquando huiuſcemodi res.
aut unquā cognitū ē ut audiret pp̄s
uocem dñi loquētis de medio ignis.
ſicut tu audiſti ⁊ uixiſti: ſi fecit deus ut
ingrederet ⁊ tolleret ſibi gentē de medio
nationū p temptationes ſigna atq;
portenta p pugnā ⁊ robuſtam manū
extentūq; brachium ⁊ horribiles uiſio-
nes: iuxta omnia que fecit pro nobis
dñs deus noſter in egipto uidentibus
oculis tuis: ut ſcires quoniā dñs ipſe
eſt deus: ⁊ non ē alius preter unū. De
celo te fecit audire uocem ſuam ut do-
ceret te: ⁊ in terra oſtendit tibi ignē ſuū
maximum: et audiſti uerba illius de
medio ignis quia dilexit patres tuos
et elegit ſemen eoꝝ poſt eos. Eduxitq;
te p̄cedens in uirtute ſua magna ex e-
gipto ut deleret nationes maximas ⁊
fortiores te in introitu tuo: ⁊ introdu-
ceret te daretq; tibi terrā eaꝝ in poſſeſſi-
onem: ſicut cernis in preſenti die. Scī-
to ergo hodie ⁊ cogitato in corde tuo
quod dñs ipe eſt deus in celo ſurſum.
et in terra deorſum: ⁊ nō ſit alius. Cu-
ſtodi precepta eius atq; mādata que
ego p̄cipio tibi ut bene ſit tibi. ⁊ filijs

tuis post te:et permaneas multo tem-
pore sup̄ terram quā dñs deus tuus
daturus est tibi. Tunc separauit moy-
ses tres ciuitates trans iordanen ad o-
rientalem plagam ut confugiat ad
eas qui occiderit nolens proximū suū
nec fuerit sibi inimicus ante unū et al-
terum diē ⁊ ad harum aliquā urbium
possit euadere:videl. in solitudine que
sita est in terra campestri de tribu ruben:
et ramoth in galaad que est in tribu
gad:⁊ golam in basan que est ī tribu
manasse. Hec est lex quā proposuit
moyses coram filijs israhel:⁊ hec testi-
monia et cerimonie atq; iudicia que
locutus est ad filios israhel. quando
egressi sunt de egipto trans iordanen
in valle circa phanum phogor ī terra
seon regis amorrei qui habitauit ī es-
bon quē percussit moyses. Filij quoq;
israhel egressi ex egipto possederunt ter-
ram eius et terrā og regis basan duo-
rum regū amorreoꝝ qui erant trans
iordanen ad solis ortū ab aroer que
sita ē sup̄ ripam torrentis arnon usq;
ad montē sanir q̄ est ⁊ hermon omnē
planiciem trans iordanen ad orienta-
lem plagā usq; ad mare solitudinis
⁊ usq; ad radices mōtis phasga. C V.

Vocauitq; moyses omnē israhelē:
et dixit ad eum. Audi israhel ce-
rimonias atq; iudicia:q̄ ego loquor
in auribs vestris hodie. Discite ea:et
opre complete. Domin⁹ deus noster
pp̄igit nobiscum fedus in oreb. Non
cum patribs nostris iniit pactū sed no-
biscum:qui in presenti aī sumus et vi-
uimus. Facie ad faciem locutus ē no-
bis in monte de medio ignis. Ego se-
quester ⁊ medius fui inter dñm et vos
in tempore illo:ut annunciarē vobis
verba eius. Timuistis enim ignem: et
nō ascendistis ī montem. Et ait. Ego
dominus deus tuus: qui eduxi te de
terra egipti de domo seruitutis. Non
habebis deos alienos in cōspectu meo.
Non facies tibi sculptile nec similitu-
dinem omniū que in celo sunt desup
et que in terra deorsum:⁊ que versant̄
in aquis sub terra. Nō adorabis ea:
et non coles. Ego enī sum dñs deus
tuus. de⁹ emulator reddens iniquitatē
patrū sup̄ filios in tertiā et quartam
generationem his qui oderunt me:⁊
faciens misericordiā in multa milia
diligentibs me ⁊ custodientibus prece-
pta mea. Non usurpabis nomen do-
mini dei tui frustra:quia nō erit impu-
nitus qui sup̄re ua̅na nomen eius
assumpserit. Obserua diem sabbati ut
sanctifices eum:sicut precepit tibi dñs
deus tuus. Sex diebs operaberis:et fa-
cies oīa opera tua. Septimus dies
sabbati est: id est requies dñi dei tui.
Non facies in eo quicq; operis tu ⁊ fi-
lius tuus ⁊ filia seruus ⁊ ancilla:bos
et asinus et omne iumentū tuū et pe-
regrinus qui est intra portas tuas:ut
requiescat seruus et ancilla tua sicut
⁊ tu. Memento q̄ ⁊ ip̄e seruieris in egi-
pto:et eduxerit te inde dominus deus
tuus in manu forti ⁊ brachio extento.
Idcirco precepit tibi ut obseruares die
sabbati. Honora patrem tuū et matrē
sicut precepit tibi dñs deus tuus: ut
longo viuas tempore:et bene sit tibi
in terra quā dñs deus tuus daturus ē
tibi. Non occides. neq; mechaberis:fur-
tumq; non facies:nec loqueris cōtra
proximū tuū falsum testimoniū. Nō
concupisces uxorem proximi tui:non
domū non agrum. non seruum. non
ancillam. nō bouem nō asinū:et uni-
uersa q̄ illius sunt. Hec verba locut⁹

est dominus·ad omnē multitudinem
vestrā in monte de medio ignis·⁊ nu-
bis · et caliginis voce magna nichil
addens amplius:⁊ scripsit ea ī duabꝫ
tabulis lapideis quas tradidit michi.
Vos aūt postꝙ audistis vocē de me-
dio tenebrarū et montem ardere vidi-
stis accessistis ad me oēs principes
tribuū et maiores natu:atq; dixistis.
Ecce ostendit nobis dñs deus noster
maiestatē ⁊ magnitudinē suā. Vocē
enim eius audiuim⁹ de medio ignis:
et probauimus hodie qꝫ loquente deo
cum homine viuere homo. Cur ergo
moriemur: et deuorabit nos ignis
hic maximus? Si enim audiremus
vltra vocem dñi dei nostri morie mur.
Quid est omnis caro ut audiat vocē
dei viuentis qui de medio ignis loqui-
tur sicut nos audiuimus: ⁊ possit vi-
ſiam dñi uſq; ad decimā generationē.
Ammonites ⁊ moabites etiā poſt de-
cimam generationē nō intrabunt ec-
cleſiam dñi in eternū: quia noluerūt
vobis occurrere cū pane ⁊ aqua ī uia
quando egreſſi eſtis de egipto:et quia
conduxerūt otra te balaam filiū beor
de meſopotamia ſirie ut maledīceret
tibī: ⁊ noluit dñs deus tuus audire
balaam:uertitq; maledictionē eius in
benedictionē tuā eo q̄ diligeret te. ſſō
facies cū eis pacē:nec queras eis bona
cunctis diebꝫ vite tue in ſempiternum.
ſſō abominaberis ydumeū q̄a frater
tuus eſt:nec egiptiū q̄a aduena fuiſti
in terra ei⁹. Qui nati fuerint ex eis tcia
generatione intrabunt in eccleſiā dñi.
Quādo egreſſus fueris aduſus hoſtes
tuos in pugnā:cuſtodies te ab omni
re mala. Si fuerit inter vos homo q̄
in nocturno ſit pollut⁹ ſomnio egre-
diet extra caſtra: ⁊ nō reuertet priuſq;
ad veſperā lauetur aqua:⁊ poſt ſolis
occaſum regredietur ī caſtra. Habebiſ
locum extra caſtra ad quē egrediaris
ad requiſita nature:gerens pxillū in
baltheo.Cunq; ſederis fodies per circu-
itum ⁊ egeſta humo operies quo rele-
uatus es. Dñs em̄ deus tuus ambu-
lat in medio caſtrorū ut eruat te ⁊ tra-
dat tibī inimicos tuos:ut ſint caſtra
tua ſancta et nichil ī eis appareat fedi-
tatis:ne dereliquat te. ſſō trades ſuū
dño ſuo q̄ ad te confugerit. Habitabit
tecum in loco qui ei placuerit:⁊ ī una
urbiū tuarū requieſcet:ne cōtriſtes eū.
ſſō erit meretrix de filiabꝫ iſrl:nec ſcor-
cator de filijs iſrl. ſſō offeres mercedē
proſtibuli:nec preciū canis in domo
dñi dei tui quicquid illud ē qđ vouerit
q̄a abominatio ē utrūq; apud dñm
deū tuū. ſſon fenerabis fratri tuo ad
uſurā pecuniā nec fruges nec quālibet
aliā rem:ſed alieno. Fratri autem tuo
abſq; uſura·id quo indiget cōmoda-
bis:ut benedicat tibi dñs de⁹ tuus in
oīi opre tuo in terra ad quā ingredī-
eris poſſidendā. Cū votū vouēris dño
deo tuo nō tardabis reddere q̄a requi-
ret illud dñs de⁹ tuus: ⁊ ſi moratus
fueris reputabit tibi ī peccatū. Si no-
lueris polliceri:abſq; peccato eris. Qđ
aūt ſemel egreſſum ē de labijs tuis ob-
ſeruabis ⁊ facies ſicut promiſiſti dño
deo tuo:⁊ ꝓpria voluntate et ore tuo
locutus es. Ingreſſus vineā proximi
tui comede uuas quātū tibi placuerit:
fores aūt ne efferas tecū. Si intraueris
ſegetē amici tui frāges ſpicas ⁊ manu
teres:falce aūt nō metes. C. xxm.
Si acceperit homo uxorē ⁊ habu-
erit eam ⁊ non inuenerit gratiā
ante oculos eius ꝓter aliquā foditā-
tem: ſcribet libellum repudij et dabit
in manu illius:⁊ dimittet eā de domo
ſua. Cunq; egreſſa alteri maritū duxe-
rit et ille quoq; oderit eam dederitq; ei
libellum repudij ⁊ dimiſerit de domo
ſua uel certe mortuus fuerit:non pote-
rit prior marit⁹ recipere eam ī uxorē
quia polluta ē ⁊ abominabilis facta
eſt coram domino:ne peccare facias
terrā tuam quā dñs deus tuus tradi-
derit tibī poſſidendā. Cum acceperit
hō nup uxorē nō procedet ad bellū
nec ei quippiā neceſſitatis iniungetur

publice: sed vacabit absq; culpa domui suc: ut uno anno leretur cū uxore sua. ſñō accipies loco pignoris inferiorem et superiorē molam: qā animā suam apposuit tibi. Si deprehensus fuerit ꝑmo sollicitans fratrem suū de filijs isrl̄ & vendito eo acceperit preciū interficiet̄: et auferes malū de medio tui. Observa diligenter ne incurras plagam lepre: sed facies quecūq; docuerit te sacerdotes leuitici generis iuxta id qđ precepi eis: & imple sollicite. ſMementote que fecerit dñs deꝰ vester marie in via cum egrederemini de egipto. Cum repetes a proximo tuo rem aliq̄ quā debet tibi· non ingredieris domū eius ut pignus auferas: sed stabis foris et ille tibi proferet qđ habuerit. Si aūt pauper ē· non pnoctabit apud te pignus sed statim reddes ei āte solis occasum: ut dormiens i vestimēto suo benedicat tibi: & habeas iusticiā corā dño deo tuo. ſñō negabis mercedem indigentis et pauperis fratris tui· siue aduene q̄ tecū morat̄ in terra et intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei preciū laboris sui ante solis occasū· quia pauper ē & ex eo sustentat animā suā: ne clamet ctra te ad dñm & reputetur tibi i peccatū. ſñō occident̄ patres pro filijs nec filij ꝓ pribus: sed unusquisq; pro peccato suo morietur. ſñō puertes iudiciū aduene & pupilli: nec auferes pignoris loco vidue vestimētum. ſMemento q̄ seruieris in egipto: et eruerit te dñs deꝰ tuus inde. ſIdcirco precipio tibi ut facias hāc rē. Quādo messueris segetem i agro tuo· et oblitꝰ manipulū reliqueris: nō reuerteris ut tollas illū· sed aduenā & pupillum et viduam auferre patieris: ut benedicat tibi dñs deus tuꝰ in oī opre manuū tuarū. Si fruges collegeris olīuarū: quicquid remanserit in arboribꝰ nō reuerteris ut colligas: sed relinques aduene pupillo ac vidue. Si vindemiaueris vineam tuam· non colliges remanētes racemos: sed cedent i usus aduene pupilli ac vidue. ſMemento q̄ et tu seruieris i egipto: & idcirco precipio tibi ut facias hāc rem. C. xxv.

Si fuerit causa inter aliquos & interpellauerit iudices: quē iustū esse ꝓspexerint illi iusticie palmam dabunt: quē impiū condemnabūt impietatis. Si aūt eum q̄ peccauit dignū viderint plagis: prosternet̄ et coram se faciant verberari. Pro mensura peccati erunt et plagaꝝ modus: ita dumtaxat ut quadragenariū numerū nō excedant: ne fede lacerat̄ ante oculos tuos abeat frater tuus. ſNon ligabis os bouis terentis in area fruges tuas. Quādo habitauerint fratres simul et unus ex eis absq; liberis mortuus fuerit: uxor defuncti non nubet alteri sed accipiet eam frater eius et suscitabit semen fratris sui: et primogenitū ex ea filium nomine illius appellabit ut nō deleatur nomen ex isrl̄. Si aūt noluerit accipere uxorē fratris sui q̄ ex lege debet̄: pergat mulier ad portā ciuitatis ut interpellabit maiores natu: dicet q; ſNon vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in israhel: nec me in coniugiū sumere. Statimq; accersiri eum facient̄: & interrogabūt. Si responderit nolo eam uxorem accipere: accedet mulier ad eū coram senioribus· & tollet calciamentū de pede eiꝰ spuetq; in faciē eius et dicet. Sic fiet homini qui non edificat domū fratris sui. Et vocabit̄ nomen illius i israhel domus discalciati. Si habuerit inter se iurgiū

viri duo et unus contra alterū rixari ceperit: volensq; uxor alterius eruere uirū suū de manu fortioris: miseriq; manum et apprehenderit verenda eius: abscides manū illius: ne flecteris super eam ulla misericordia. Non habebis in sacculo diuersa pondera maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum et uerū: & modius equalis & verus erit tibi: ut multo uiuas tempore super terrā quā dns deus tuus dederit tibi. Abominat enim dns eum qui facit hec: & aduersat omnē iniusticiā. Memento que fecerit tibi amalech in uia quādo egrediebaris ex egipto: quoniā occurrerit tibi & extremos agminis tui qui lassi residebant ceciderit: quādo tu eras fame et labore confectus: & non timuerit deū. Cum ergo dominus deus tuus dederit tibi requiē: et subiecerit cūctas p circuitū nationes in tra quā tibi pollicit ē: delebis nomē eius sub celo. Caue ne obliuiscaris. C. xxvi.

Cunq; intraueris terrā quā dominus deus tuus tibi daturus est possidendā et obtinueris eam: atq; habitaueris i illa: tolles de cūctis frugibz tuis primitias et pones in cartallo pergesq; ad locum quē dns deus tuus elegerit ut ibi inuocetur nomen eius: accedesq; ad sacerdotē qui fuerit i diebus illis et dices ad ū. Profiteor hodie coram domino deo tuo: q ingressus sum i terrā pro qua iurauit patribus nostris ut daret eam nobis. Suscipiensq; sacerdos cartallū de manu tua ponet ante altare dominī dei tui: & loqueris in conspectu dnī dei tui. Syrus persequebat patrem meū: q descendebat in egiptum et ibi peregrinatus est in pauissimo numero: creuitq; i gentem magnā ac robustam & infinite multitudinis. Afflixerunt nos egipti et persecuti sunt imponentes onera grauissima: & clamauimus ad dnm deū patrū nostrorū qui exaudiuit nos et respexit humilitatē nostrā & laborem atq; angustiā: et eduxit nos de egipto in manu forti et brachio extento: in ingenti pauore: in signis atq; portentis: et introduxit ad locū istū: et tradidit nobis terrā lacte et melle manantem. Et idcirco nūc offero primitias frugū terre: quā dominus dedit michi. Et dimittes eas i conspectu dnī dei tui: et adorato dño deo tuo epulaberis i oīb bonis que dominus deus tuus dederit tibi et domui tue: tu et leuites et aduena qui tecū est. Quādo compleueris decimā cūctaq; frugū tuaq; anno decimarū tercio: dabis leuite & aduene & pupillo & vidue ut comedant intra portas tuas & saturent: loqueriscq; in conspectu dnī dei tui. Abstuli quod sanctificatū est de domo mea et dedi illud leuite et aduene & pupillo ac vidue sicut iussisti michi. Non preterii mādata tua: nec sum oblitus imperij. Non comedi ex eis in luctu meo: nec separaui ea in qualibet immūdicia: nec expendi ex his quicq; in re funebri. Obediui voci domini dei mei: & feci oīa sicut precepisti michi. Respice de sanctuario tuo et de excelso celorū habitaculo: & benedic populo tuo isrl: & tre quā dedisti nobis sicut iurasti patribz nostris: terre lacte et melle mananti. Hodie dominus deus tuus precepit tibi ut facias mādata hec atq; iudicia: ut custodias & impleas ex toto corde tuo & ex tota aīa tua. Dominū elegisti hodie ut sit tibi deus & ambules in uiis eius: ut custodias cerimonias illius et mādata atq;

iudicia:et obedias eius imperio. Et dñs elegit te hodie ut sis ei populus peculiaris sicut locutus est tibi ⁊ custodias omnia precepta illius:⁊ faciet te excelsiorē cūctis gentibz quas creauit in laudem et nomen et gloriam suā: ut sis populus sanctus domini dei tui sicut locutus est. C.xxvn.

Precepit autē moyses et seniores populo israhel dicentes. Custodite omne mandatum quod precipio vobis hodie. Cūq; transieritis iordanen in terrā quā dñs deus tuus dabit tibi · eriges ingentes lapides et calce leuigabis eos ut possis in eis scribere oīa verba legis huiꝰ iordane transmisso:ut introeas terrā quā dñs deus tuus dabit tibi : terram lacte et melle manantem sicut iurauit patribz tuis. Quādo ergo transieritis iordanen erigite lapides quos ego hodie p̄cipio vobis in monte hebal : et leuigabis eos calce·⁊ edificabis ibi altare domino deo tuo de lapidibz quos ferrum non tetigit·et de saxis informibus et impolitis:et offeres sup eo holocausta domino deo tuo ⁊ immolabis hostias pacificas : comedesq; ibi ⁊ epulaberis coram domino deo tuo. Et scribes super lapides oīa verba legis huius plane et lucide . Dixeruntq; moyses et sacerdotes leuitici generis ad omnē israhelem. Attende et audi israhel. Hodie factus es populus domini dei tui. Audies vocem eius : et facies mandata atq; iusticias quas ego precipio tibi. Precepitq; moyses populo in die illo dicens. Hi stabunt ad benedicendum dño super montem garrizim iordane trāsmisso: symeon leui iudas ysachar ioseph et beniamin . Et eregione isti stabunt ad maledicendum in monte hebal: ruben gad et aser zabulon dan et neptalim. Et pronūciabunt leuite: dicentq; ad omnes viros israhel excelsa voce . Maledictꝰ homo q̄ facit sculptile ⁊ conflatile abominationē dñi· opus manuū artificū: ponetq; illud in abscondito. Et respondebit omnis populus:⁊ dicet amen . Maledictus qui non honorat patrē suum et matrē. Et dicet oīs populus amen. Maledictus qui trāsferet terminos proximi sui. Et dicet oīs populꝰ amen. Maledictus qui errare facit cecum i itinere. Et dicit omnis pplus amen. Maledictus qui pervertit iudicium aduene pupilli et vidue. Et dicet omnis populus amen. Maledictus qui dormit cū vxore patris sui:et revelat operimentū lecti ei. Et dicet oīs pplus amen. Maledictus qui dormit cū oī iumento. Et dicet oīs populus amen . Maledictus qui dormit cū sorore sua filia patris sui uel mris sue. Et dicet oīs pplus amen. Maledictus q̄ dormit cū socru sua. Et dicet oīs ppls amē. Maledictus qui clam percusserit proximū suum. Et dicet omnis populus amē. Maledictus q̄ accipit munera·ut perimat animā sanguinis innocentis. Et dicet omnis populus amen. Maledictus qui non permanet in sermonibz legis huius:nec eos opere perficit. Et dicet oīs ppls amen. C·xxvm·

Si autem audieris vocem domini dei tui ut facias atq; custodias oīa mādata eius que ego precipio tibi hodie:faciet te dominus deus tuus excelsiorem cūctis gentibus que habitant in terra. Venientq; sup te vniuerse benedictiones iste et apprehendent te:si tamen p̄cepta eius audieris . Benedictus tu in ciuitate:⁊ benedictus in

agro. Benedictus fructus ventris tui ⁊ fruct⁹ terre tue: fructusq; numētoꝝ tuoꝝ greges armentorū tuoꝝ et caule ouiū tuaꝝ. Benedicta horrea tua: ⁊ benedicte reliquie tue. Benedict⁹ eris ingrediēs et egrediens. Dabit dominꝰ inimicos tuos q̄ cōsurgent aduersum te corruētes in cōspectu tuo. Per viam unā venient contra te: ⁊ p septem fugiēt a facie tua. Emittet dñs benedictionē sup cellaria tua et super oīa opera manuū tuaꝝ: benedicetq; tibi in terra quā acceperis. Suscitabit te dñs sibi in pplm sanctū sicut iurauit tibi: si custodieris māda ta domini dei tui ⁊ ambulaueris i viis eius. Videbuntq; oēs terraꝝ populi q̄ nomen dñi inuocatum sit super te: et timebunt te. Abundare te faciet dominus oīb⁹ bonis: fructu uteri tui et fructu iumētorū tuoꝝ fructu terre tue quā iurauit dominus patrib⁹ tuis ut daret tibi. Aperiet dñs thesaurū suum optimū celum: ut tribuat pluuiā terre tue in tempore suo. Benedicetq; cūctis operib⁹ manuū tuaꝝ: ⁊ fenerabis gentibus multis: ⁊ ipe a nullo fenus accipies. Constituet te dñs deus tuus in caput ⁊ non in caudam: ⁊ eris semper supra et nō subter: si tamen audieris mandata domini dei tui que ego precipio tibi hodie ⁊ custodieris ⁊ feceris: ac nō declinaueris ab eis nec ad dextrā nec ad sinistram: nec secutus fueris deos alienos neq; coluer is eos. Quod si audire nolueris vocem dñi dei tui ut custodias ⁊ facias oīa mādata eius ⁊ cerimonias quas ego precipio tibi hodie: venient sup te omnes maledictiones iste ⁊ apphendent te. Maledictus eris in ciuitate: maledictus in agro. Maledictū horreū tuum: et maledicte reliquie tue. Maledict⁹ fructus ventris tui et fructus terre tue: armēta boum tuoꝝ ⁊ greges ouiū tuaꝝ. Maledictus eris ingrediēs: ⁊ maledictus egrediens. Mittet dñs super te famem et esurie et increpationē in oīa opera tua que tu facies: donec conterat te et perdat velociter propter adinuentiones tuas pessimas in quib⁹ reliquisti me. Adiūgat tibi dñs pestilentiā: donec consumat te de terra ad quā ingrediens possidendā. Percutiat te dñs egestate ⁊ febri et frigore ardore et estu ⁊ aere corrupto ac rubigine: ⁊ psequatur donec pereas. Sit celum qđ supra te est eneum: ⁊ terra quā calcas ferrea. Det dñs ymbrem terre tue pulueren: et de celo descendat super te cinis donec conteraris. Tradat te dñs corruentem ante hostes tuos: ⁊ per unam viam egrediaris contra eos: ⁊ p septē fugias: et dispergaris p omnia regna terre. Sit q; cadauer tuum i escam cūctis volatilib⁹ celi ⁊ bestijs terre: ⁊ nō sit q̄ abigat. Percutiat te dominus vlcere egipti: et partem corporis p quā stercora digeruntr: scabie quoq; ⁊ prurigine: ita ut curari nequeas. Percutiat te domin⁹ amentia et cecitate ac furore mentis: et palpes in meridie sicut palpare solet cecus in tenebris: ⁊ nō dirigas vias tuas. Omniq; tempore calumniā sustineas: ⁊ opprimaris violēta nec habeas qui liberet te. Uxorem accipias et alius dormiat cū ea. Domū edifices: ⁊ nō habites in ea. Plātes vineam: ⁊ non vindemies eam. Bos tuus immoletur coram te: ⁊ nō comedas ex eo. Asinus tuus rapiatur in cōspectu tuo: ⁊ nō reddatur tibi. Oues tue dentur inimicis tuis: ⁊ non sit qui te adiuuet. Filij tui ⁊ filie tue tradantur alteri populo videntibus oculis tuis

et deficientibꝫ ad conſpectū eorū tota die: ⁊ nō ſit fœnatudo ī manu tua. Fructus ūtre tue et oīnes labores tuos comedat ꝓpl⁹ quē ignoras: ⁊ ſis ſemper calumniā ſuſtinēs. et oppreſſus cūctis diebus: ⁊ ſtupens ad terrorē eorū que vidēbunt oculi tui. Percutiat te dñs vlcere peſſimo in genibꝫ et in ſuris: ſanariq; nō poſſis a planta pdis uſq; ad verticē tuū. Ducetq; te dominus et regem tuū quē cōſtituēs ſup te ī gentē quā ignoras tu ⁊ patres tui: ⁊ ſeruies ibi dijs alienis ligno et lapidi: et eris perditus in prouerbiū ac fabulā oīnibus populis ad quos te introduxerit dominus. Sementem multam iacies in terrā et modicū cōgregabis: quia locuſte deuorabūt oīnia. Vineā plantabis et fodies ⁊ vinū non bibes nec colliges ex ea quippiam: quū vaſtabit̄ vermibꝫ. Oliuas habebis in oīnibus terminis tuis ⁊ nō ungeris oleo: quia defluent ⁊ deperibunt. Filios generabis et filias ⁊ non frueris eis: quoniā ducent̄ in captiuitatē. Oīnes arbores tuas ⁊ fruges terre tue rubigo cōſumet. Aduena q̄ tecū verſat̄ ī terra aſcendet ſup te eritq; ſublimior: tu aūt deſcendes et eris inferior. Ipe fenerabit tibi: et tu non fenerabis ei. Ipe erit in caput: et tu eris in caudam. Et venient ſup te oīnnes maledictiones iſte. et ꝓſequētes apphendent te donec intereas: quia nō audiſti vocē dominī dei tui: nec cuſtōdiſti mādata eius ⁊ cerimonias quas preceperit tibi. Et erūt in te ſigna atq; prodigia ⁊ in ſemine tuo uſq; in ſempiternum: eo q̄ ſeruieris domino deo tuo in gaudio cordiſq; letitia ꝓpter rerum omniū abundātiā. Seruies inimico tuo quē immittet tibi dñs in fame et ſitī et nuditate ⁊ oīnī penuria: ⁊ ponet iugū ferreū ſuper ceruicem tuā donec te conterat. Adducet dñs ſup te gentem de longinquo ⁊ de extremis terre finibus in ſimilitudinē aquile volantis cum impetu cuius linguā intelligere non poſſis: gentem procaciſſimā que non deferat ſeni nec miſereat̄ paruuli: et deuoret fructum iumentoꝝ tuoꝝ ac fruges terre tue. donec intereas: ⁊ non relinquat tibi triticum vinū et oleum armenta boum et greges ouiū donec te diſperdat ⁊ conterat in cūctis vrbibꝫ tuis: ⁊ deſtruantur muri tui fortes atq; ſublimes. ī quibꝫ habebas fiduciam in omni terra tua. Obſideberis intra portas tuas in oīnī terra tua quā dabit tibi dñs deus tuus: ⁊ comedes fructum vteri tui et carnes filiorꝝ tuorū ⁊ filiarū tuarū quas dederit tibi dominꝰ deus tuus. ī angustia et vaſtitate qua opprimet te hoſtis tuus. Homo delicatꝰ in te ⁊ luxurioſus valde inuidebit fratri ſuo et vxori q̄ cubat in ſinu ſuo ne det eis de carnibus filiorū ſuorū quas comedet: eo q̄ nichil aliud habeat in obſidione ⁊ penuria qua vaſtauerint te inimici tui intra oīnes portas tuas. Tenera mlier et delicata q̄ ſupra terram ingredi non valebat nec pdis veſtigiū figere ꝓpter molliciem et teneritudinem nimiā: inuidebit viro ſuo qui cubat in ſinu eius ſupe filij ⁊ filie carnibꝫ ⁊ illuuie ſecundinaꝝ q̄ egrediuntur de medio feminū eius: et ſuper liberis qui eadem hora nati ſūt. Comedent enī eos clam propter rerū oīnīum penuriam: in obſidione et vaſtitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Siſi cuſtodieris ⁊ feceris omnia verba legis huius que ſcripta ſunt in hoc voluminē. ⁊ timueris nomen eius gloriōſū et terribile

hoc est dominū deum tuū: augebit dominus plagas tuas · ⁊ plagas seminis tui plagas magnas ⁊ pseuerātes infirmitates pessimas ⁊ perpetuas: ⁊ conuertet in te omnes afflictiones egipti quas timuisti ⁊ adherebūt tibi. Insuper et uniuersos languores et plagas que nō sunt scripte i uolumine legis huius induret dominus sup te: donec te conterat. Et remanebitis pauci numero q̄ prius eratis sicut astra celi pre multitudine: quoniā non audisti uocem domini dei tui. Et sicut āte letatus est dominus sup uos · bene uobis faciens uosq; mltiplicans: sic letabit̄ disperdens uos atq; subuertens: ut auferamini de terra ad quam ingredieris possidendā. Dispergет te dominus in omnes pp̄os a summitate terre usq; ad terminos eius: ⁊ seruies ibi diis alienis quos et tu ignoras ⁊ patres tui lignis et lapidibz. In gentibz quoq; illis nō quiesces: neq; erit requies uestigio pedis tui. Dabit enī tibi dñs ibi cor pauidum et deficientes oculos · et animā consumptā merore: ⁊ erit uita tua quasi pendens āte te. Timebis nocte et die: et non credes uite tue. Mane dices quis michi det uesperū: ⁊ uespere quis michi det mane · p̄pter cordis tui formidinē qua terreberis et p̄pter ea q̄ tuis uidebis oculis. Reducet te dñs classibz in egiptū per uiā de qua dixit tibi ut eam āplius nō uideres. Ibi venderis inimicis tuis in seruos et ancillas: et non erit qui emat. C·xxix·

Hec sunt uerba federis qđ precepit dominus moysi ut feriret cum filijs israhel in terra moab: p̄ter illud fedus quod cū eis pepigit in oreb. Uocauitq; moyses omnē israhel: ⁊ dixit ad eos. Uos uidistis uniuersa q̄ fecit dominus coram uobis in terra egipti pharaoni et oīibz seruis ei⁹ uniuerse q; terre illi⁹: temptationes magnas quas uiderunt oculi tui: signa illa portentaq; ingentia: ⁊ nō dedit uobis dominus cor intelligens et oculos uidentes: et aures que possint audire usq; in presentē diem. Adduxit uos quadraginta ānis p desertum: non sunt attrita uestimenta uīa: nec calciamēta pedum uestrorū uetustate consumpta sunt. Panē non comedistis uinum ⁊ siceră nō bibistis: ut scīretis quia ipse est dominus deus uester. Et uenistis ad hunc locum: egressusq; est seon rex esebon et og rex basan occurrentes nobis ad pugnā · ⁊ percussimus eos et tulimus terrā eor̄: ac tradidimus possidendam ruben et gad ⁊ dimidie tribui manasse. Custodite ergo uerba pacti huius et implete ea: ut intelligatis uniuersa que facitis. Uos statis hodie cuncti coram domino deo uīo · principes uestri ⁊ tribus ac maiores natu atq; doctores oīis populus israhel liberi et uxores uestre et aduene q̄ tecū morantur in castris exceptis lignorū cesoribz · ⁊ hijs q̄ comportant aquas: ut transeas in federe dñi dei tui · et in iureiurando quod hodie dominus deus tuus percutit tecum: ut suscitet te sibi in pp̄ulū et ipse sit dominus deus tuus sicut locutus est tibi · ⁊ sicut iurauit patribz tuis abrahā ysaac ⁊ iacob. Nec uobis solus ego hoc fedus ferio et hec iuramenta confirmo: sed cūctis presentibz et absentibus. Uos enim nostis quomodo habitauerimus in terra egipti · ⁊ quomodo trāsierimus per mediū nationū: quas trāseuntes uidistis abominationes et sordes id est ydola eor̄ lignū et lapidē argentū

et aurū que colebāt. ſſle forte ſit inter vos vir aut mulier familia aut tribꝰ cuius cor auerſum ē hodie a domino deo uro ut vadat et ſeruiat diis illarū gentiū: et ſit inter vos radix germinās fel et amaritudinem. Cunq; audierit verba iuramenti huius benedicat ſibi in corde ſuo dicens pax erit michi · et ambulabo ī prauitate cordis mei: et aſſumat ebria ſitientē et dominus nō ignoſcat ei: ſed tunc ꝙꝫ maxime furor eius fumet et zelus contra hominem illum · et ſedeant ſup eum oīa maledicta q̄ ſcripta ſunt ī hoc volumine: et deleat dominus nomen eiꝰ ſub celo et conſumat eū in p̄dition̄e ex oībus tribubꝰ iſrahel: iuxta maledictiones q̄ in libro legis huius ac federis cōtinentur. Dicetq; ſequens generatio et filij qui naſcentur deinceps · et peregrini qui de longe venerūt videtes plagas terre illiꝰ et infirmitates quibꝰ eā afflixerit dominꝰ ſulphure et ſalis ardore comburens ita ut ultra non ſeratur nec virens quippiā germinet ī exemplū ſubuerſionis zodome et gomorre adame et ſeboim quas ſubuertit dñs in ira et in furore ſuo: et dicent oēs gentes. Quare ſic fecit dñs terre huic? Que ē hec ira furoris eius immenſa? Et reſpondebūt. Quia dereliquerunt pactum dñi qđ pepigit cū patribꝰ eorū quādo eduxit eos de terra egipti et ſeruierunt diis alienis · et adorauerūt eos quos neſciebant et quibus nō fuerunt attributi: idcirco iratus eſt furor dñi cōtra terram iſtā ut induceret ſup eā oīa maledicta que ī hoc volumine ſcripta ſunt: et eiecit eos de terra ſua in ira et in furore et in indignatiōne maxima · proiecitq; in terrā alienam ſicut hodie comprobat. Abſcondita a dño deo nostro que manifeſta ſunt nobis et filijs noſtris uſq; ī ſempiternum: ut faciamus uniuſa legis huiꝰ. Cxxx

Cum ergo venerint ſup te omnes ſermones iſti benedictio siue maledictio quā ꝓpoſui ī conſpectu tuo · et ductus penitudine cordis tui ī uniuerſis gentibꝰ in quas diſperſerit te dñs deus tuus et reuerſus fueris ad eum · et obedieris eius imperijs ſicut ego hodie p̄cipio tibi cum filijs tuis ī toto corde tuo et in tota anima tua: reducet te dominus deus tuus de captiuitate tua ac miſerebit tui: et rurſum cōgregabit te de cunctis ꝑplis in quos te ante diſperſit. Si ad cardines celi fueris diſſipatus inde te retrahet dominus deus tuus: et aſſumet atq; introducet in terram quā poſſiderunt patres tui et obtinebis eam: et benedicens tibi · maioris numeri te eſſe faciet ſicut fuerunt patres tui. Circuncidet dominus deus tuꝰ cor tuū et cor ſeminis tui: ut diligas dominū deum tuū ex toto corde tuo et in tota aīa tua: ut poſſis viuere. Omnes autē maledictiones has cōuertet ſup inimicos tuos: et eos qui oderunt te et pſequūtur. Tu aūt reuerteris et audies vocē domini dei tui faciesq; uniuſa mandata que ego p̄cipio tibi hodie: et abundare te faciet dñs deus tuus in cunctis operibꝰ manuū tuarꝫ in ſobole uteri tui et in fructu iumentoꝝ tuoꝝ: in ubertate terre tue et in rerū omniū largitate. Reuertetur enī dñs ut gaudeat ſup te in omnibꝰ bonis ſicut gauiſus ē in patribus tuis: ſi tamen audieris vocem dñi dei tui et cuſtodieris precepta eius et cerimonias que ī hac lege conſcripta ſunt: et reuertaris ad dñm deum tuū in toto corde tuo et in tota anima tua. Mandatū hoc quod

ego precipio tibi hodie nō supra te est neq; procul positum nec in celo situm ut possis dicere quis nostrū valet ad celum ascendere ut deferat illud ad nos ut audiam⁹ atq; opere compleamus: neq; trās mare positū ut causeris et dicas quis e nobis poterit mare trāsfretare & illud ad nos usq; deferre ut possimus audire et facere qđ preceptum est: sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & ī corde tuo ut facias illū. Considera q̄ hodie ꝓposuerī in cōspectu tuo vitam et bonū et econtrario mortem et malū: ut diligas dn̄m deum tuum et ambules in vijs eius et custodias mandata illius & cerimonias atq; iudicia & vnas: atq; multiplicet te benedicatq; tibi in terra ad quā ingredieris possidendā. Si aūt auersum fuerit cor tuū et audire noluerīs atq; errore deceptus adoraueris deos alienos & seruieris eis: predico tibi hodie q̄ pereas: & paruo tēpore moreris ī terra ad quā iordane trāsmisso ingredieris possidendā. Testes inuoco hodie celū et terrā q̄ proposuerim vobis vitam & bonum: benedictionē & maledictionē. Elige ergo vitam ut et tu viuas et semen tuū: diligas dn̄m deū tuum atq; obedias voci eius: & illi adhereas. Ipe est enim vita tua et longitudo dierū tuorū: ut habites in terra pro qua iurauit dominus patribus tuis abraham ysaac et iacob ut daret eam illis. C. xxxi.

Abiit quoq; moyses & locutus est omnia verba hec ad vniūsum israhel: et dixit ad eos. Centūuiginti annoz sum hodie: non possum ultra egredi et ingredi: presertim cū et dn̄s dixerit michi non transibis iordanem istū. Dominus ergo de⁹ tuus trāsibit ante te. Ipe delebit oēs gentes has in conspectu tuo: & possedebis eas. Et iosue iste transibit ante te: sicut locut⁹ est dominus. Facietq; dominus eis sicut fecit seon et og regibz amorreorū et terre eoz: delebitq; eos. Cum ergo et ips tradiderit vobis similiter: facietis eis sicut p̄cepi vobis. Viriliter agite: & confortamini. Nolite timere: ne paueatis ad conspectum eoz quia dom⁹ deus tuus ipe est ductor tuus: et non dimittet nec derelinquet te. Vocauitq; moyses iosue: et dixit ei coram omni israhel. Confortare: et esto robustus. Tu enim introduces populum istum in terram quā daturum se patribus eorum iurauit dn̄s: et tu eam diuides sorte. Et dominus qui ductor est vester ipe erit tecum: nō dimittet nec derelinquet te. Noli timere nec paueas. Scripsit itaq; moyses legem hanc & tradidit eam sacerdotibz filijs leui qui portabant archam federis dn̄i: et cunctis senioribz israhel. Precepitq; eis dicēs. Post septem ānos remissionis in solennitate tabernaculorū dieiebz cunctis ex israhel ut appareant in conspectu domini dei tui in loco quē elegerit dn̄s. leges verba legis huius coram omni israhel: audientibz eis & in vnū omni ꝑplo congregato. tam viris q̄z mulieribus paruulis et aduenis qui sunt intra portas tuas: ut audientes discant et timeant dn̄m deum vr̄m: & custodiant impleantq; omnes sermones legis hui⁹. Filij quoq; eoz q̄ nūc ignorāt: ut audire possint & timeant dn̄m deū suū cunctis diebz q̄bz versantur ī terra: ad quā vos iordane trāsmisso ꝓgitis obtinendā. Et ait dn̄s ad moysen. Ecce prope sunt dies mortis tue. Voca iosue: & state in tabernaculo testimonij ut p̄cipiā ei. Abierunt ergo

moyses et iosue et steterũt in tabernaculo testimonij: apparuitq; dominus ibi in columna nubis q̃ stetit in introitu tabernaculi: dixitq; dñs ad moysen. Ecce tu dormies cum patribz tuis: et populus iste cõsurgens fornicabit post deos alienos in terra ad quã ingredietur et habitabit in ea: ibi derelinquet me et irritum faciet fedus quod ppigi cum eo. Et irascetur furor meus cõtra eum in die illo: et derelinquã eum et abscondam faciẽ meam ab eo: et erit in devoracionẽ. Inuenient eũ omnia mala et afflictiones: ita ut dicat in illa die. Vere quia nõ est deus mecũ inuenerũt me hec mala. Ego autẽ abscondam et celabo faciem meã in die illo ꝓpter omnia mala que fecit: quia secutus ẽ deos alienos. Nunc itaq; scribite vobis canticũ istud et docete filios isrl̃ ut memoriter teneant et ore decantẽt: et sit michi carmẽ istud ꝓ testimonio inter filios israhel. Introducam enĩ eum in terrã pro qua iurauj patribz eiꝰ lacte et melle manantẽ. Cumq; comederint et saturati crassiq; fuerint auertentur ad deos alienos et seruient eis: detractentq; michi et irritum facient pactum meũ. Postq̃ inuenerint eũ mala mlta et afflictiones: respõdebit ei canticum istud pro testimonio: qđ nulla delebit obliuio ex ore seminis tui. Scio enim cogitationes eius quę facturus sit hodie anteq̃ introducam eũ in terrã quã ei pollicitꝰ sum. Scripsit quoq; moyses canticum: et docuit filios isrl̃. Precepitq; dominꝰ iosue filio nun: et ait. Confortare: et esto robustus. Tu enim introduces filios israhel in terrã quã pollicitꝰ sum: et ego ero tecum. Postq̃ ergo scripsit moyses verba legis huiꝰ in uolumine atq; compleuit: precepit leuitis qui portabãt archam federis dñi dicens. Tollite librum istũ et ponite eum in latere arche federis domini dei vestri: ut sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio cõtentionẽ tuã: et cervicem tuã durissimã. Adhuc viuente me et ingrediẽte vobiscũ semp cõtenciose egistis contra dñm: quanto magis cum mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras atq; doctores: et loquar audientibz eis sermones istos: et inuocabo cõtra eos celum et terram. Noui enĩ qꝺ post mortẽ meã inique agetis: et declinabitis cito de via quã precepi vobis: et occurrent vobis mala in extremo tempore quãdo feceritis malũ in conspectu dñi ut irritetis eum ꝓ opera manuũ vrarũ. Locutꝰ est ergo moyses audiẽte vniuerso cetu isrl̃ verba carminis huiꝰ: et ad finẽ usq; ꝺpleuit. C. xxxii.

Audite celi q̃ loquor: audiat terra verba oris mei. Concrescat in pluuia doctrina mea: fluat ut ros eloquiũ meũ. Quasi ymber super herbam et quasi stille sup gramina: quia nomen dñi inuocabo. Date magnificentiam deo nostro: dei ꝓfecta sũt opera: et omnes vie eius iudicia. Deus fidelis et absq; vlla iniquitate: iustus et rectus. Peccauerũt ei: non filij eiꝰ in sordibz. Generatio prava atq; puersa: hecine reddis dño ꝓpio stulte et insipiens? Nũquid nõ ipe ẽ pater tuus qui possedit te et fecit et creauit te? Memento dierũ antiquorũ cogita generationes singulas. Interroga patrẽ tuum et ãnunciabit tibi: maiores tuos et dicent tibi. Quãdo diuidebat altissimus gentes quãdo separabat filios adam: Constituit terminos ꝓpłorũ iuxta numerũ filiorũ israhel. Pars aũt domini

populus eius:iacob funiculus hereditatis eius. Inuenit eū in terra deserta: in loco horroris et vaste solitudinis. Circunduxit eū et docuit:et custodiuit quasi pupillā oculi sui. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos:et super eos volitans. Expandit alas suas et assumpsit eum:atq; portauit i humeris suis. Dñs solus dux eius fuit: et nō erat cum eo deus alienus. Costituit eū super excelsam terrā: ut comederet fructus agroꝝ. Vt suggeret mel de petra: oleumq; de saxo durissimo. Butirū de armento et lac de ouibus: cū adipe agnorū et arietum filiorū basan. Et hircos cū medulla tritici: et sanguine uue biberent meracissimū. Incrassatus est dilectus et recalcitrauit: incrassatus impinguatus dilatatus. Dereliquit deū factorem suum:et recessit a deo saluatari suo. Prouocauerūt eū in diis alienis:et in abominationibz ad iracundiā cōcitauerunt. Immolauerūt demonijs et non deo: diis quos ignorabāt. Noui recentesq; uenerūt:quos nō coluerūt patres eorū. Deū q̄ te genuit dereliquisti: et oblitus es dñi creatoris tui. Vidit dñs et ad iracundiā cōcitatus ē:quia prouocauerūt eū filij sui et filie. Et ait abscondam faciē meā ab eis:et cōsiderabo nouissima eoꝝ. Generatio enim peruersa ē:et infideles filij. Ipi me prouocauerūt in eo qui non erat deus:et irritauerunt i uanitatibz suis. Et ego prouocabo eos i eo q̄ nō est populus: et in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo:et ardebit usq; ad infernū nouissima. Deuorabitq; terrā cū germine suo: et montiū fundamēta ꝺburet. Congregabo sup eos mala:et sagittas meas complebo in eis. Cōsumentē fame:et deuorabūt eos aues morsu amarissimo. Dentes bestiarū immittā in eos:cū furore trahentiū sup terram atq; serpentiū. Foris vastabit eos gladius et intus pauor:iuuenem simul ac virginē lactentē cum homine senē. Et dixi · ubi nam sunt ? cessare faciā ex hominibz memoriā eoꝝ. Sed ꝓpter iram inimicoꝝ distuli: ne forte superbirent hostes eoꝝ. Et dicerent manus nra excelsa: et nō dñs fecit hec oīa. Gens absq; consilio est et sine prudentia · utinā saperent et intelligerēt: ac nouissima prouiderent. Quomodo pſequebat unus mille:et duo fugarent decē milia? Nōne ideo quia deus suus uendidit eos: et dñs conclusit illos? Nō enī ē deus noster ut deus eoꝝ:et inimici nri sunt iudices. De uinea ꝛodomoꝝ uinea eorum:et de suburbanis gomorre. Uua eoꝝ uua fellis:et botrus amarissimus. Fel draconū uinū eoꝝ:et uenenū aspidum insanabile. Nōne hec condita sunt apud me· et signata in thesauris meis? Mea ē ultio et ego retribuā eis in tempore:ut labatur pes eoꝝ. Iuxta est dies ꝑditionis: et adesse festinant tempora. Iudicabit dñs ꝑplm suū:et in seruis suis miserebit. Videbit q̄ infirmata sit manus:et clausi quoq; defecerunt:reliduiq; consumpti sunt. Et dicent ubi sunt dij eoꝝ: in quibus habebant fiduciā. De quorū victimis comedebāt adipes:et bibebāt uinū libaminū. Surgant et opitulentē uobis:et in necessitate uos protegāt. Videte q̄ ego sim solus:et nō sit alius deꝰ ꝑter me. Ego occidam et ego uiuere faciā: percutiam et ego sanabo:et non ē qui de manu mea possit eruere. Leuabo ad celum manū meam:et dicā uiuo ego

in eternū. Si acuero ut fulgur gladiū meū: ⁊ arripuerit iudiciū manus mea. Reddam ultionē hostibz meis: et his qui oderunt me retribuā. Inebriabo sagittas meas sanguine: ⁊ gladius meus deuorabit carnes. De cruore occisoꝝ: ⁊ de captiuitate nudati inimicorum capitis. Laudate gentes populū eius: quia sanguinē seruorū suorū ulciscetur. Et vindictā retribuet i hostes eoꝝ: ⁊ propitius erit terre populi sui. Venit ergo moyses ⁊ locutus est omnia verba cantici huius in auribus ppli: ipe et iosue filius nun. Compleuitq; oēs sermones istos · loquens ad uniuersum israhel: ⁊ dixit ad eos. Ponite corda vestra i omnia verba mea · que ego testificor vobis hodie: ut mandetis ea filiis vris custodire ⁊ facere ⁊ implere oīa q̄ scripta sūt i volumine legis huius: quia nō incassum precepta sunt vobis: sed ut singuli in eis viuerent: que facientes lōgo tempore pseueretis i terra ad quā iordane trāsmisso ingredimini possidendā. Locutusq; est dominus ad moysen in eadē die dicens. Ascende in montem istum abarim id ē transitū · in montē nebo qui est in terra moab cōtra iericho: et vide terram chanaan quā ego tradam filiis israhel obtinendā: et morere in monte. Quē conscendens iungeris populis tuis · sicut mortuus est aaron frater tuus in monte hor et appositus populis suis: qa p̄uaricati estis contra me in medio filiorum israhel ad aquas contradictionis in cades deserti syn: ⁊ nō sanctificastis me inter filios israhel. Econtra videbis eam: ⁊ nō ingredieris i rā: quā ego dabo filiis isrl.

Hec est benedictio q̄ benedixit moyses homo dei filios israhel ante mortem suā. Et ait. Dominus de syna venit: ⁊ de seir ortus est nobis. Apparuit de mōte pharan: et cū eo sanctorū milia. In dextra ei⁹ ignea lex: dilexit populos. Oēs sancti i manu illius sunt: ⁊ qui appropinquant pedibz eius · accipient de doctrina illius. Legem p̄cepit nobis moyses: hereditatem multitudinis iacob. Erit apud rectissimū rex: congregatis principibz populi cum tribubz israhel. Viuat ruben ⁊ nō moriatur: ⁊ sit parvus in numero. Hec ē iude benedictio. Audi domine vocē iude: ⁊ ad populum suū introduc eum. Manus eius pugnabunt pro eo: ⁊ adiutor illius contra aduersarios eius erit. Leui q̄z ait. Perfectio tua ⁊ doctrina tua a viro sancto tuo quē probasti i temptatione: ⁊ iudicasti ad aquas contradictionis. Qui dixit patri suo et matri sue nescio vos: et fratribz suis ignoro illos: ⁊ nescierūt filios suos. Hi custodierunt eloquiū tuum · ⁊ pactum tuū seruauerunt: iudicia tua o iacob: et legem tuam o israhel. Ponent thimiama in furore tuo: et holocaustā super altare tuum. Benedic domine fortitudini eius: et opera manuū illius suscipe. Percute dorsa inimicorū ei⁹: ⁊ qui oderūt eum nō consurgant. Et beniamin ait. Amantissimus dñi habitabit confidenter: in eo quasi in thalamo tota die morabit: ⁊ inter humeros illius requiesset. Ioseph quoq; ait. De benedictione domini terra eius: de pomis celi et rore atq; abisso subiacente. De pomis fructuum solis ac lune: de vertice antiquorū montiū: de pomis collium eternorū: ⁊ de frugibus terre et de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo veniat super

caput ioseph : et super vertícem nazarei inter fratres suos . Quasi primogeniti thauri pulcritudo eius: cornua rinocerotis cornua illius. In ipis ventilabit gentes usq; ad terminos terre. Hec sunt multitudines ephraim : et hec milia manasse . Et zabulon ait. Letare zabulon in exitu tuo: et yssachar in tabernaculis tuis : populos vocabunt ad montem : ibi immolabunt victimas iusticie. Qui inundationem maris quasi lac sugent: et thesauros absconditos arenarum . Et gad ait. Benedictus in latitudine gad. Quasi leo requieuit: rapitq; brachium et verticem . Et vidit principatum suum q̄ in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cum principibus populi et fecit iusticias domini : et iudicium suum cum israhel. Dan quoq; ait. Dan catulus leonis : fluet largiter de basan. Et neptali dixit. Neptalim abundantia perfruetur: et plenus erit benedictionibus domini . Mare et meridiem possidebit . Aser quoq; ait . Benedictus in filiis aser . Sit placens fratribus suis: et intinguat in oleo pedem suum . Ferrum et es calciamentum eius . Sicut dies iuuentutis tue ita et senectus tua . Non est alius ut deus rectissimus . Ascensor celi auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes: habitaculū ei⁹ sursum et subter brachia sempiterna. Eiciet a facie tua inimicum: dicetq; cōtere. Habitabit isrl cōfidenter et solus . Oculꝰ iacob in terra frumēti et vini: celiq; caligabunt rore. Beatus tu israhel. Quis similis tui popule qui saluaris in domino? Scutum auxilij tui: et gladius glorie tue . Negabunt te inimici tui: et tu eorum colla calcabis. ¶ xxxm.

Ascendit ergo moyses de campestribus moab sup montem nebo in verticem phasga contra iherícho : ostenditq; ei dominus omnem terram galaad usq; dan . et vniuersum neptalim terrāq; ephraim et manasse et oīem terram usq; ad mare nouissimum. et australem partem et latitudinem campi iherícho ciuitatis palmarum usq; segor. Dixitq; dominus ad eum . Hec est terra pro qua iurauí abraham ysaac et iacob dicens. Semíni tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis: et non transibis ad illam. Mortuusq; est ibi moyses seruus domini in terra moab iubente domino: et sepeliuit eum in valle terre moab contra phogor : et non cognouit homo sepulcrum eius usq; in presentem diem. Moyses centū et viginti annorū erat quādo mortuꝰ ē. Nō caligauit oculus ei⁹: nec dentes illi⁹ moti sunt. Fleuerūt q; eum filij israhel in campestribus moab triginta diebus: et completi sunt dies planctꝰ lugentium moysen . Iosue vero filius nun repletus est spiritu sapientie : quia moyses posuit super eum manus suas . Et obedierunt ei filij israhel : fecerunt q; sicut precepit dominus moysi. Et non surrexit prophera ultra in israhel sicut moyses quē nosset dominus a facie ad faciem in omnibus signis atq; portentis que per eum misit ut faceret in terra egipti pharaoni et omnibus seruis eius vniuerseq; terre illi⁹ : et cunctam manū robustam magnaq; mirabilia que fecit moyses coram vniuerso israhel.

Explicit liber deuterono
my Incipit prologus in

Liber iosue.

Tandem finito pēcatheuco moysi uelud grādi senore liberati ad ihesum filium naue manū mittim⁹ quē hebrei iosue bēnun id ē iosue filiū nun uocāt: z ad iudicū librū quē sophtim appellāt: ad ruth q3 z hester q3 ipsiē nominibus efferunt. ſMonemusq; lectorem ut siluā hebraicorū nominū· et distinctiones pr membra diuisas diligens scriptura cōseruet: ne et noster labor et illius studiū pereat. Et ut in primis qđ sepe testat⁹ sum sciat me nō in reprehensionē veterū noua cudere sicut amici mei criminātur: sed p uili portione offerre lingue mee hominibz q3 tamē nra delectāt: ut p grecoz exemplaria quot codices: et unusquisq; p arbitrio suo uel addiderit uel subtraxerit ꝯ ei uisū est: et utrūq; nō possit uerū esse qđ dissonat. Unde relict arcuato uulnere cōtra nos insurgere scorpius· et sanctū op⁹ uenenata carpere lingua desistat: uel suscipiēs si placet uel denuntiēs si displicet: meminerimq; illoz uersuū. Os tuū abundauit malicia· z lingua tua ordinabat dolos. Sedēs aduersus fratrem tuū loquebaris: et aduersus filiū matris tue ponebas scandalū: hec fecisti z tacui. Existimasti inique ꝯ ero tui similis· arguā te z statuā illa ordine tuā. Que tm audientis uel legentis utilitas ē nos laborādo sudare· et alios detrahendo laborare: dolere iudeos ꝯ calumniandi eis et irridendi christianos sit oblata occasio: et ecclesie homines id despicere ymmo lacerare unde aduersarij torqueantur? Quod si uetus eis tantū interpretatio placet· q3 z michi nō displicet z nichil extra recipiēdū putāt: cur ea q3 sub asterisco z obelis uel addita sunt uel āputata legūt z negligūt? Quare danielē iuxta theodotionis trāslationē ecclesie susceperūt? Cur origine mirāt et eusebiū pāphili: cūctas editiones similiter dissereres? Aut q3 fuit stultitia: postq3 uera dixerit, pferre q3 falsa sunt? Unde aūt in nouo testamēto, pbare potuerūt assumpta testimonia: q3 i libris ueteribz nō habentur? Hec dicim⁹: ne omnino ualūniantibz tacere uideamur. Ceterū post sancte paule dominionē cui⁹ uita uirtutis exemplū est· et hos libros quos eustochio uirgini christi negare nō potui· decreuim⁹ dū spir⁹ hos regit artus, pheta3 explanationi incūbere· et omissum iam diu opus quodam post limine repetere: presertim cū z ammirabilis sanctusq; uir pammachius hoc idē litteris flagitet: et nos ad patriā festinātes· monstrosos syrenaz cāt⁹ surda deream⁹ aure tūsire.

Explicit prologus Incipit liber iosue.

Factum ē post mortem moysi serui dñi· C. 1m.
ut loqueret dñs ad iosue filiū nun ministrum moysi: z diceret ei. ſMoyses seruus meus mortuus est. Surge z trāsi iordanē istū tu et omnis pplus tecum: in terrā quā ego dabo filijs isrl'. Omnē locū quē calcauerit uestigiū pedis uri uobis tradā: sicut locut⁹ sum moysi. ſA deserto et libano usq; ad flumen magnū eufraten: omnis terra etheorū

usq; ad mare magnū contra solis oc-
casum erit tuum9 vester. Null9 poterit
vobis resistere cunctis diebus vite vre.
Sicut fui cum moyse ero et tecū: nō di-
mittā nec derelinquam te. Confortare
et esto robustus. Tu enī sorte diuides
pplo huic terram: pro qua iurauī pa-
tribz tuis ut traderē eam illis. Confor-
tare igitur et esto robustus valde: ut
custodias et facias oīem legem quā
pcepit tibi moyses seruus meus. Ne
declines ab ea ad dextram uel ad sinī-
strā: ut intelligas cūcta que agis. Nō
recedat uolumen legis huius ab ore
tuo: sed meditaberis in eo diebus ac
noctibz: ut custodias et facias oīa
que scripta sunt in eo. Tunc dirīges
viā tuā: et intelliges eā. Ecce precipio
tibi: cōfortare et esto robustus. Noli
metuere et noli timere: quoniā tecum
est dns de9 tuus in oībz ad quecūq;
pcteris. Precepitq; iosue principibz
pli dicēs. Trāsite per mediū castrorū:
et imperate pplo et dicite. Preparate
vobis cibaria: quoniā post diē tertiū
transibitis iordanen: et intrabitis ad
possidēdam terrā quā dns de9 noster
datur9 est nobis. Rubenitis quoq; et
gaddītis et dimidie tribui manasse a-
it. Memētote sermonis quē pcepit vo-
bis moyses famulus dnī dicēs. Dns
deus vester dedit vobis requiē et om-
nem terrā. Uxores vre et filij ac iumen-
ta manebūt in terra: quā tradidit vo-
bis moyses trāsiordanen. Vos autē
trāsite armati ante fratres vros oēs
fortes manu et pugnate pro eis donec
det requiem dns fratribz vestris sicut
et vobis dedit: et possideāt ipi q; terrā
quam dns deus vester datur9 est eis:
et sic reuertimini ī terram possessionis
vre et habitabitis i ea quā vobis dedit
moyses famulus dnī transiordanen
contra solis ortum. Responderunq;
ad iosue: atq; dixerunt. Oīa q pre-
cepisti nobis faciem9: et quocunq; mi-
seris ibim9. Sicut obediuim9 in cun-
ctis moysi ita obediem9 et tibi: tantū
sit dns deus tecum sicut fuit cū moyse.
Qui cōtradixerit ori tuo et nō obedie-
rit cūctis sermonibz q̄s pceperis ei: mori-
at. Tu tātū cōfortare: et uirilit age.

C. ij.

Misit igitur iosue filius nun de se-
thim duos uiros exploratores
abscondite: et dixit eis. Ite et cōsidera-
te terrā: urbemq; ihericho. Qui pergen-
tes ingressi sunt domum mulieris me-
retricis nomine raab: et quieuerunt
apud eam. Nūciatumq; est regi ihe-
richo: et dictum. Ecce uiri ingressi sunt
hac q nocte de filijs israel: ut explo-
rarent terrā. Misitq; rex ihericho ad
raab meretricem dicens. Educ uiros
qui uenerunt ad te: et ingressi sunt do-
mum tuā. Exploratores quippe sūt:
et omnē terram considerare uenerunt.
Tollensq; mulier uiros abscondit: et
ait. Fateor uenerunt ad me: sed nesci-
bam unde essent. Cumq; porta claude-
retur in tenebris: et illi pariter exierūt:
nescio quo abierunt. Persequimini
cito: et comphendetis eos. Ipsa autem
fecit ascendere uiros in solariū dom9
sue: opruitq; eos stipula lini q̄ ibi erat.
Hijs aūt qui missi fuerant secuti sunt
eos p uiam que ducit ad uadum ior-
danis: illisq; egressis statī porta clau-
sa est. Nec dū obdormierāt q̄ latebāt:
et ecce mulier ascendit ad eos: et ait.
Noui q dns tradiderit uobis terram.
Etenī irruit in nos terror uester: et elan-
guerunt oēs habitatores terre. Au-
diuim9 q siccauerit dns aquas ma-
ris rubri ad uestrū introitum quādo

egressi estis ex egipto: & q̄ fecerītis duo-
bus amorreorū regibus q̄ erāt trans-
iordanen seon et og quos interfecistis.
Et hec audiētes pīmuim⁹ & elanguit
cor nostrū: nec remānsit in nobis spiritꝰ
ad introitū vestrum. Dñs enim deus
vester ipse ē deus in celo sursum: et in
terra deorsum. Sīc ergo iurate michi
per dñm ut quomodo ego misericor-
diā feci vobiscū ita et vos faciatis cū
domo patris mei: detisq; michi verū
signū ut saluetis patrem meum & ma-
trē. fratres ac sorores meas. et oīa
que illorū sunt: et eruatis animas no-
stras a morte. Quī respōderunt ei. A-
nima nr̄a sit pro vobis in mortem si
tamen non prodideris nos. Cumq;
tradiderit nobis dñs terrā: faciemus
in te misericordiā et veritatē. Demisit
ergo eos p funē de fenestra. Domus
enī eius hęrebat muro. Dixitq; ad eos.
Ad montana conscendite ne forte oc-
currāt vobis reuertentes: ibiq; latita-
te tribus diebus donec redeāt: & sic ibitis
p viam vr̄am. Quī dixerunt ad eam.
Innoxii erim⁹ a iuramento hoc quo
adiurasti nos si ingredientibus nobis
terram signū fuerit funiculus iste coc-
cineus et ligaueris eum in fenestra per
quā dimisisti nos: et patrē tuū ac ma-
trem fratresq; & oīem cognationem
tuā congregaueris in domum tuam.
Quī hostiū dom⁹ tue egressus fuerit:
reus sibi erit. Sanguis ipsius erit in
caput ei⁹: & nos erimus alieni. Cun-
ctorū aūt sanguis qui tecū in domo
fuerint redundabit i caput nostrum:
si eos aliquis tetigerit. Quod si nos
prodere volueris et sermonem istum
proferre in mediū: erim⁹ mūdi ab hac
iuramēto quo adiurasti nos. Et illa
respondit. Sicut locuti estis ita fiat.
Dimittensq; eos ut pgerent: appēdit
funiculū coccineū in fenestra. Illi vero
ambulantes quenerūt ad montana:
et mānserunt ibi tres dies donec reuer-
terētur qui fuerāt persecuti. Querentes e-
nim p omnem viam nō repererūt eos.
Quibꝫ urbē ingressis reuersi sūt & descen-
derūt exploratores de mōte: & trānsmis-
so iordane venerūt ad iosue filiū nun:
narrauerūtq; ei oīa q̄ acciderāt sibi.
atq; dixerūt. Tradidit dñs oīem ter-
rā hāc in manꝰ nr̄as: & timore pstra-
ti sunt cuncti habitatores eiꝰ. C. iij.
Igitur iosue de nocte cōsurgens mouit
castra: egredientesq; de sethim venerūt
ad iordanen ipse & oēs filij israhel:
et morati sunt ibi per tres dies. Quibꝫ
euolutis transierunt precones per ca-
strorum medium: & clamare ceperunt.
Quando videritis archam federis do-
mini dei vestri & sacerdotes stirpis le-
uitice portantes eā vos quoq; cōsur-
gite & sequimini precedētes: sitq; inter
vos et archam spaciū cubitorū duum
miliū ut pcul videre possitis & nosse
pr quā viā ingrediamini quia prius
nō ambulastis per eam: et cauete ne
appropinquetis ad archam. Dixitq;
iosue ad pplm. Sanctificamini: cras
enim faciet dñs inter vos mirabilia.
Et ait ad sacerdotes. Tollite archam
federis: et pcedite pplm. Quī sulla com-
plentes tulerūt: et ambulauerūt ante
eos. Dixitq; dñs ad iosue. Hodie in-
cipiam exaltare te corā omni israhel:
ut sciant q̄ sicut cū moyse fui. ita & te-
cum sim. Tu autem pcipe sacerdotibꝫ
qui portāt archam federis: et dic eis.
Cum ingressi fueritis partē aque ior-
danis: state in ea. Dixitq; iosue ad fi-
lios israhel. Accedite huc: et audite
verbum dominī dei vestri. Et rursum

in hoc inquit scietis q dominus deꝰ
viuens in medio vestri est: et disperdet
in cōspectu vestro chananeum et ethe-
um eueum et pherezeum gergeseū quo-
qz et iebuseum z amorreū. Ecce archa
federis dñi omnis terre antecedet vos
per iordanen. Parate duodecim viroſ
de duodecim tribubz israhel: singuloſ
per singulas tribz. Et cum posuerint
vestigia pedū suorum sacerdotes qui
portāt archam federis domini dei uni-
uerse terre in aquis iordanis · aque q
inferiores sūt decurrent atqz deficient:
que aūt desuper veniunt in una mo-
le cōsistent. Igitur egressus est ppus
de tabernaculis suis ut trāsiret iorda-
nen: et sacerdotes qui portabāt archā
federis pergebant ante eū. Ingressisqz
eis iordanen et pedibus eoz in parte
aque tinctis: iordanis aūt ripas alueī
sui tēpore messis impleuerat: steterūt
aque descendentes in loco uno: et ad
instar montis intumescentes appare-
bant ꝓcul ab urbe que vocat̄ edom
usqz ad locū sarthan: que aūt inferio-
res erāt i mare solitudinis qđ nūc vo-
catur mortuū defecerūt usquequo
omnino deficerent. Populus autem
incedebat otra iordanen et sacerdotes
qui portabant archam federis domini
stabant super siccam humum in me-
dio iordanis accincti: omnisqz ppls
per arentem alueum trāsibat. C. iii.

Quibus trāsgressis: dixit dñs ad
iosue. Elige duodecim viros
singulos p singulas tribz: et precipe
eis ut tollāt de medio iordanis alueo
ubi steterūt pedes sacerdotum duode-
cim durissimos lapides: quos pone-
tis in loco castroz ubi fixeritis hac no-
cte tentoria. Vocauitqz iosue duode-
cim viros quos elegerat de filiis israꝫ
singulos de singulis tribubus: et ait
ad eos. Ite ante archam dominī dei
vestri ad iordanis mediū: et portate
inde singuli singulos lapides in hu-
meris vestris iuxta numerū filiorz israꝫ:
ut sit signū inter vos. Et quādo inter-
rogauerint vos filij vestri cras dicētes
quid sibi volunt isti lapides: respon-
debitis eis. Defecerūt aque iordanis
ante archam federis dñi cū transiret
eum: idcirco positi sunt lapides isti i
monimentū filiorū israhel usqz in eter-
num. Fecerūt ergo filij israꝫ sicut p̄cepit
eis iosue portātes de medio iordanis
alueo duodecim lapides ut dñs ei im-
perarat iuxta numerū filiorū israhel
usqz in locū in quo castrametati sūt:
ibiqz posuerūt eos. Alios quoqz duo-
decim lapides posuit iosue in medio
iordanis alueo ubi steterūt sacerdotes
qui portabāt archā federis dñi: et sūt
ibi usqz in p̄sentem diem. Sacerdotes
aut̄ qui portabāt archam stabāt in
iordanis medio donec oīa comple-
rentur que iosue ut loqueret̄ ad ppm
preceperat dñs: ut dixerat ei moyses.
Festinauitqz ppls et transiuit. Cumqz
transissent omnes transiuit et archa
domini: sacerdotes quoqz ꝓgebant āte
populū. Filij quoqz ruben et gad et
dimidia tribus manasse precedebant
fratres suos filios israꝫ sicut eis prece-
perat moyses: et q̄draginta pugnato-
rum milia per turmas et cuneos ince-
debāt per plana atqz campestria urbis
ihericho. In illo die magnificauit do-
minus iosue coram oīm israꝫ: ut timerēt
eum sicut timuerāt moysen dū adhuc
viueret. Dixitqz ad eū. Precipe sacerdo-
tibus qui portant archam federis: ut
ascendant de iordane. Qui precepit eis
dicens. Ascendite de iordane. Cumqz

ascendissent portantes archam federis
dñi et siccā humum calcare repis-
sent. reuersę sunt aquę in alueum suū:
et fluebāt sicut ante cōsueuerant. Po-
pulus aūt ascendit de iordane decimo
die mensis primi: et castrametati sūt
in galgalis cōtra orientalē plagam
urbis iericho. Duodecim quoq; lapi-
des quos de iordanis alueo sumpse
rant posuit iosue in galgalis: et dixit
ad filios isrł. Quādo interrogauerint
filij uestri cras patres suos et dixerint
eis quid sibi uolūt lapides isti: doce-
bitis eos atq; dicetis. Per arentem al-
ueum trāsiuit isrł iordanen istū siccan-
te dño deo nro aquas eius in conspe-
ctu nro donec trāsiremus sicut fecerat
prius in mari rubro qđ siccauit donec
trāsiremꝰ: ut discāt oēs terrarū pli
fortissimam manum dñi: ut et uos ti-
meatis dñm deū uīm omni tpe. C. v.

Postq; ergo audierūt oēs reges
amorreoꝝ qui habitabāt trans
iordanen ad occidentalem plagam et
cūcti reges chanaan qui ꝓpinqua pos-
sidebāt magni maris lora. ꝙ siccasset
dñs fluenta iordanis coram filijs isrł
donec transirēt: dissolutū est cor eorū
et nō remansit in eis spīritus: timentiū
introitū filioꝝ israhel. Eo tempore ait
dñs ad iosue. Fac tibi cultros lapide-
os: et circūcide secundo filios israhel.
Fecit quoq; qđ iusserat dominus: et
circūcidit filios isrł in colle ꝓpuciorū.
Hec autē causa ē secūde circūcisionis.
Omnis ꝓpls qui egressus ē de egipto
generis masculini uniuersi bellatores
uiri mortui sunt in deserto ꝑ longissi-
mos uie circuitꝰ qui omnes circūcisi
erāt: ꝓpls autē qui natus est in deserto
per quadraginta annos itineris la-
borissime solitudinis incircumcisus fuit
donec cōsumerentur qui nō audierūt
uocem dñi: et quibꝫ ante iurauerat ut
ostenderet eis terram lacte et melle ma-
nantem. Hoꝝ filij in locū successerunt
patrū: et circūcisi sūt a iosue qui sicut
nati fuerāt in ꝓpucio erant: nec eos in
uia aliquis circūciderat. Postq; aūt
omnes circūcisi sūt: manserūt in eod
castroꝝ loco donec sanarent. Dixitq;
dñs ad iosue. Hodie abstuli obpro-
brium egipti a uobis. Vocatumq; ē
nomē loci illi galgala usq; in presen-
tem diem. Manserūtq; filij isrł in gal-
galis: et fecerūt phase quartadecima
die mensis ad uesperū in campestribꝫ
iericho: et comederūt de frugibus terre
die altero azimos panes et polentam
eiusdē āni. Defecitq; māna postq; com-
ederunt de frugibus terre: nec usi sunt
ultra cibo illo filij israhel: sed comede
runt de frugibꝫ presentis āni terre cha-
naan. Cum autem esset iosue in agro
urbis iericho leuauit oculos: et uidit
uirū stantē cōtra se euaginatū tenentē
gladium: perrexitq; ad eum et ait. Ho-
ster es. an aduersariorū ? Qui respōdit.
Hequaq̄: sed sum princeps exercitus
dñi: et nūc uenio. Cecidit iosue ꝓnus
in terrā: et adorās ait. Quid dñs meꝰ
loquit ad seruū suū ? Solue inquit
calciamentum tuum de pedibus tuis.
Locus enī in quo stas sanctꝰ est. Fecit
q; iosue: ut sibi fuerat imperatū. C. vi.

Iericho autem clausa erat atq; munita
timore filiorum israhel: et nullus au-
debat urbem ingredi uel egredi. Dixit
q; dominus ad iosue. Ecce dedi in ma-
nus tuas iericho et regē eius: oēsq;
fortes uiros. Circuite urbē cuncti bella-
tores semel per diem. Sic facietis sex
diebus. Septimo aūt die sacerdotes
tollent septem buccinas quas usus est

in iubileo:et p̄cedent archam federis.
Septiesq; circuibitis ciuitatē: et sacer-
dotes clangēt bucinis. Cūq; insonu-
erit vox tube longior atq; concisior: et
in auribs vestris increpuerit cōclama-
bit oīis popul⁹ vociferatione maxi-
ma:et murī fundit⁹ corruēt ciuitatis:
ingredientesq; singulī p̄ locū contra
quē steterint. Vocauit ergo iosue fil⁹
nun sacerdotes:et dixit ad eos. Tollite
archam federis. Et septem alij sacerdo-
tes tollant septem iubileos bucinas:
et incedāt ante archam dominī. Ad
pl̄m quoq; ait. Ite:et circuite ciuitatē
armatī precedentes archam dominī.
Cumq; iosue verba finisset et septem
sacerdotes septem bucinis clangerent
ante archam federis dn̄ī:oīisq; pl̄s
precederet armatī exercitus:reliquum
vulgus archam sequebat̄ ac bucinis
omnia cōcrepabant. Preceperat aūt
iosue pl̄o dicens. Non clamabitis:
nec audiet̄ vox vestra neq; ull⁹ sermo
ex ore vestro egredietur:donec veniat
dies in quo dicam vobis. Clamate
et vociferamini. Circuiit ergo archa
dn̄ī ciuitatē semel per diem:et reuersa
in castra mansit ibi. Iḡit iosue de no-
cte consurgente tulerunt sacerdotes ar-
cham dn̄ī:et septē ex eis septē bucinas
quarū in iubileo usus est:p̄cedebātq;
archā dominī ambulātes atq; clan-
gentes:et armatus popul⁹ ibat ante
eos: vulgus aūt reliquū sequebatur
archā:et bucinis pl̄onabat. Circuie-
rūtq; ciuitatem sc̄o die semel:et reuer-
si sunt in castra. Sic fecerūt ex diebs.
Die aūt septimo diluculo cōsurgēt̄es:
circuierunt urbem sicut dispositū erat
septies. Cumq; septimo circuitu clan-
gerēt bucinis sacerdot̄es:dixit iosue ad
omnem isrl̄. Vociferamini. Tradidit
enim vobis dn̄s ciuitatē. Sitq; ciuita⁹
hec anathema et omnia que in ea sūt
dn̄o. Sola raab meretrix viuat: cum
vniuersis que cū ea in domo sūt. Ab-
scondit em̄ nuncios quos direximus.
Vos aūt cauete ne de hijs que p̄cepta
sūt vobis quippiā cōtingatis et sitis
p̄uaricationis rei: et oīia castra isrl̄
sub p̄cō sint atq; turbent̄. Quicquid
aūt auri aut argenti fuerit et vasorū
eneorū ac ferri dn̄o consecretur:reposi-
tum in thesauris eius. Iḡit omni po-
pulo vociferante et clangentibs tubis
postq; i aures multitudinis vox so-
nitusq; increpuit muri ilico corruerunt:
et ascendit vnusquisq; p̄ locū qui ex̄a
se erat. Cepērūtq; ciuitatē: et interfecerunt
omnia que erant in ea a viro usq; ad
mulierem: ab infante usq; ad senem.
Boues quoq; et oues et asinos i ore
gladij percusserunt. Duobs aūt viris
qui exploratores missi fuerāt dixit io-
sue. Ingredimini domū mulieris me-
retricis et p̄ducite eā et oīa que illi⁹
sūt:sicut illi iuramento firmastis. In-
gressiq; iuuenes eduxerūt: raab et pa-
rentes ei⁹:fres quoq; et cūctam suppelle-
ctilē ac cognationē illi⁹: et extra castra
isrl̄ manere fecerūt. Vrbē aūt et oīia
q̄ inuenta sūt in ea succenderūt absq;
auro et argento et vasis eneis ac ferro:
que in erarīū dn̄ī consecrarunt. Raab
vero meretricem et domum patris ei⁹
et omnia que habebat fecit iosue viue-
re:et habitauerūt in medio isrl̄ usq; i
p̄sentem diē:eo q̄ abscondērit nūcios
quos miserat ut explorarent iericho.
In tempore illo imprecatus est iosue
dicens. Maledictus vir cor̄ dn̄o:
qui suscitauerit et edificauerit ciuitatē
iericho. In primogenito suo fundа-
menta illius iaciat: et in nouissimo

liberorum ponat portas eius. Fuit
ergo dominus cum ioſue: et nomen
eius vulgatū eſt in oīm terra. C. vn
Filij autem iſrl preuaricati ſunt
mādatum: et vſurpauerunt de
anathemate. Nā achor filius charmi
filij zabdi filij zare de tribu iuda tulit
aliquid de anathemate. Iratuſq; eſt
dns ira filios iſrahel. Cūq; mitteret
ioſue de iericho viros cōtra hay que
eſt iuxta bethauen ad orientalem pla-
gam oppidi bethel: dixit eis. Aſcendi-
te: et explorate terrā. Qui precepta com-
plentes explorauerūt hay. Et reuerſi
dixerūt ei. Non aſcendat oīs pl's:
ſed duo vel tria milia viroz pergant
et deleant ciuitatē. Quare oīs pl's
frustra vexabit contra hoſtes paucis-
simos? Aſcenderunt ergo tria milia
pugnatorum. Qui ſtatim terga ver-
tentes pauſi ſunt a viris urbis hay:
et corruerūt ex eis triginta et sex hoīes.
Perſecutiq; ſunt eos aduerſarij de por-
ta uſq; ad ſabarim: et ceciderunt per
prona fugientes. Pertimuitq; cor pl's:
et ad inſtar aque liquefactū eſt. Ioſue
vero ſcidit veſtimēta ſua: et pnus cecidit
in terrā coram archa domini uſq;
ad veſperā: tam ipſe q̄ omnes ſenes
iſrl. Miſerūtq; puluerē ſuper capita
ſua: et dixit ioſue. Heu dne deus. Quid
voluiſti traducere pl's iſtū iordanen
fluuiū: ut traderes nos in manus a-
morrei et perderes? Vtinā ut cepim⁹
manſiſſemus trās iordanen. Mi dne
deus quid dicā: videns iſrahelem ho-
ſtibus ſuis terga vertentē? Audient
chananei et omnes habitatores terre:
et pariter conglobati circundabunt
nos: atq; delebūt nomen noſtrum de
terra. Et quid facies magno nomini
tuo? Dixitq; dns ad ioſue. Surge:
cur iaces pnus in terra? Peccauit iſrl
et p̄uaricat⁹ eſt pactū meum: tulerūtq;
de anathemate et furati ſūt atq; men-
titi: et abſconderūt inter vaſa ſua. Nec
poterit iſrahel ſtare ante hoſtes ſuos:
eoſq; fugiet: quia pollutus eſt anathe-
mate. Non ero vltra vobiſcum: donec
conteratis eum qui huiⁿ ſceleris reus
eſt. Surge ſanctifica pl's: et dic eis.
Sanctificamini i crastinū. Hec enim
dicit dns deus iſrahel. Anathema in
medio tui eſt iſrahel. Non poteris ſta-
re coram hoſtibus tuis: donec deleatur
ex te qui ꝺtaminat⁹ eſt hoc ſcelere. Ac-
cedetiſq; mane ſinguli per tribus tuas:
et quācunq; tribū ſors inuenerit. acce-
det p cognationes ſuas et cognatio
per domos domuſq; per viros: et qui-
cunq; ille in hoc facinore fuerit depre-
henſus. comburetur igni cū omni ſub-
ſtātia ſua: qm̄ preuaricat⁹ eſt pactum
domini: et fecit nephas i iſrl. Surgēs
itaq; ioſue mane. Applicauit iſrl per
tribus ſuas: et inuenta eſt tribus iuda.
Que cum iuxta familias ſuas eſſet ob-
lata: inuenta eſt familia zare. Illam
quoq; per domos offerens reperit za-
bdi: cui⁹ domū in ſingulos diuidēs
viros inuenit achan filiū charmi filij
zabdi filij zare de tribu iuda. Et ait io-
ſue ad achan. Fili mi da gloriā dño
deo iſrahel et cōfitere: atq; indica mihi
quid feceris ne abſcondas. Reſpondit
q; achan ioſue: et dixit ei. Vere ego pec-
cauī dnō deo iſrahel: et ſic et ſic feci.
Vidi enī inter ſpolia palliū coccineū
valde bonū et ducētos ſiclos argenti
regulamq; aureā quīquaginta ſiclo-
rum: et concupiſcēs abſtuli et abſcon-
di in terra contra medium tabernacli
mei: argentumq; foſſa humo operui.
Miſit ergo ioſue miniſtros: q̄ currēſ

ad tabernaculū illius reperertūt cuncta
abscōdita in eodē loco: et argentum
simul. Auferentesq; de tētorio tulerūt
ea ad iosue et ad oēs filios israhel:
proiecerunteq; ante dominū. Tollens
itaq; iosue achan filium zare·argen-
tumq; z pallū z auream regulam · fi-
lios quoq; et filias eius·boues et asi-
nos et oues ipmq; tabernaculū z cun-
ctam supellectilem z omnis israhel cū
eo:duxerunt eos ad vallem achor:ubi
dixit iosue. Quia turbasti nos: extur-
bet te dominus i die hac. Lapidauit
q; eum omnis isrl: z cuncta que illius
erant igne cōsumpta sūt. Congrega-
uerunteq; sup eum aceruū magnū la-
pidum: qui permanēt usq; in presen-
tem diem. Et auersus ē furor domini
ab eis. Vocatumq; est nomen loci il-
li⁹ vallis achor usq; hodie. C· vm·

Dixit autē dominus ad iosue. Ne
timeas·neq; formides. Tolle te-
cum omnem mltitudinē pugnatoz:
et consurgens ascende in oppidū hay.
Ecce tradidi in manum tuam regem
eius et populū:urbemq; et terrā. Faci-
esq; urbi hay z regi eius:sicut fecisti ie-
richo et regi illi⁹. Predā vero z oīa
animantia diripietis vobis. Pone
insidias urbi post eā. Surrexitq; io-
sue et omis exercitus bellatoz cum eo:
ut ascenderēt in hay. Et electa triginta
milia viroz fortiū misit nocte: precep-
itq; eis dicēs. Ponite insidias post
ciuitatem. Nec longius recedatis: et
ceteris omnes parati. Ego autē et reli-
qua multitudo que mecum est ascen-
demus ex aduerso cōtra urbem. Cūq;
exierint cōtra nos sicut ante fecimus
fugiemus:et terga vertem⁹ donec per-
sequentes ab urbe ptrahant longius.
Putabant enī nos fugere sicut prius.
Nobis ergo fugientibus et illis perse-
quentibz·consurgetis de insidijs et va-
stabitis ciuitatē: tradetq; eā dominꝰ
deus vester in manus vestras. Cumq;
repetitis succendite eam: et sic omnia
facietis ut iussi. Dimisitq; eos et perre-
xerunt ad locum insidiaz:sederuntq;
inter bethel et hay ad occidentalē pla-
gam urbis hay. Iosue autem nocte
illa in medio mansit ppli. Surgensq;
diluculo recensuit socios: et ascendit
cum senioribus in fronte exercitꝰ: val-
latus auxilio pugnatoz. Cūq; venis-
sent et ascendissent ex aduerso ciuitatis
steterūt ad septentrionalem urbis pla-
gam: inter quā et eos vallis erat me-
dia. Quinq; autem milia viros elege-
rat et posuerat in insidijs inter bethā-
uen et hay ex occidentali parte ciuitatis:omis vero reliquus exercitꝰ
ad aquilonem aciem dirigebat:ita ut
nouissimi multitudinis occidētalem
plagam urbis attingeret. Abijt ergo
iosue nocte illa: z stetit i vallis medio.
Qnod cum vidisset rex hay festinauit
mane: et egressus est cū omni exercitu
ciuitatis direxitq; aciem cōtra desertū:
ignorans q⁹ post tergum latarent in-
sidie. Iosue vero et omnis israhel res-
cerunt loco: simulātes metū et fugien-
tes per solitudinis viam. At illi vocī-
ferātes pariter z se mutuo cohortātes:
psecuti sūt eos. Cumq; recessissent a ci-
uitate: et ne vnus quidē in urbe hay
et bethel remansisset qui nō persequē-
retur israhel sicut eruperāt aperta op-
pida relinquentes:dixit dominus ad
iosue. Leua clipeum qui in manu tua
est contra urbem hay: quoniam tibi
tradā eam. Cumq; eleuassent clipeum
ex aduerso ciuitatis insidie q̄ latebāt
surrexerunt confestim:et pergentes ad

ciuitatem reperūt:et succenderunt eam.
Viri autem ciuitatis qui ꝓsequebant
iosue respicientes et uidentes fumum
urbis ad celū usq; cōscendere·nō potue-
rūt ultra huc illucq; diffugere:ꝑsertim
cum hij qui simulauerant fugam et
tendebant ad solitudinē:contra perse-
quētes fortissime restitissent. Videsq;
iosue et omnis israhel q capta esset
ciuitas et fumus urbis ascenderet: re-
uersus percussit uiros hay. Siquidē
et illi qui reperāt et succenderāt ciuita-
tem·egressi ex urbe ꝺtra suos·medios
hostiū ferire reperūt. Cum ergo ex utra-
q; parte aduersarij cederent ita ut nul-
lus de tanta multitudine saluaretur:
regem quoq; urbis hay apprehenderē
uiuentē:et obtulerunt iosue. Igitur o-
mnibus interfectis qui israhelem ad de-
serta tendētes fuerant ꝓsecuti ⁊ in eodē
loco gladio corruentibus:reuersi filij
israhel ꝓcusserunt ciuitatē. Erant aūt
qui in eodē die ceciderāt a uiro usq;
ad mulierem: duodecim milia homi-
um omnis urbis hay. Iosue uero
non contraxit manū quā in sublime
porrexerat tenens clipeum:donec inter-
ficerent omnes habitatores hay. Ju-
menta aūt et predam ciuitatis diuise-
runt sibi filij israhel:sicut ꝓceperat do-
minus iosue. Qui succendit urbē: et
fecit eam tumulū sempiternū. Regem
quoq; eius suspēdit in patibulo usq;
ad uesperam et solis occasum: precep-
itq; iosue et deposuerunt cadauer ei⁹
de cruce:proiecerunt; in ipso introitu
ciuitatis congesto super eum magno
acerno lapidum qui ꝑmanet usq; in
presentē diem. Tunc edificauit iosue
altare dño deo israhel in monte hebal:
sicut preceperat moyses famulus dñi
filijs israhel et scriptū est in uolumine
legis moysi·altare de lapidibs impo-
litis quos ferrū non tetigit:et obtulit
sup eo holocaustum dño:immolauit
q; pacificas uictimas. Et scripsit iosue
sup lapides deuteronomiū legis moy-
si:qd ille digesserat corā filijs israhel.
Omnis aut̄ ꝑplus et oēs maiores
natu·ducesq; ac iudices stabant ex u-
traq; parte arche in conspectu sacerdo-
tum qui portabāt archā federis dñi:ut
aduena ita et indigena. Media pars
eorū iuxta montem garizim et media
iuxta montem hebal:sicut preceperat
moyses famulus dñi. Et primū qui-
dem benedixit ꝑplo israhel:post hec le-
git oīa uerba benedictionis et male-
dictionis et cūcta que scripta fuerant
in legis uolumine. Nichil ex hijs que
moyses iusserat reliquit intactum:sed
uniuersa replicauit corā oī multitu-
dine israhel mulieribs ac paruulis et ad-
uenis q inter eos morabātur. ¶ Hc

Quibus auditis: cūcti reges trās
iordanen qui uersabātur i mon-
tanis et campestribs et maritimis ac
litore magni maris hij quoq; qui ha-
bitabāt iuxta libanū ethеus et amor-
reus chananeus pherezeus et eueus ⁊
iebuseus congregate sunt pariter: ut
pugnarēt contra iosue et israhel uno a-
nimo eademq; sententia. At hij qui
habitabāt in gabaon·audientes cun-
cta que fecerat iosue iericho et hay: et
callide cogitantes tulerūt sibi cibaria·
saccos ueteres asinis imponētes et u-
tres uinarios scissos atq; cōsutos cal-
ciamentaq; prantiqua que ad indici-
um uetustatis pitacijs cōsuta erāt: in-
duti ueteribs uestimētis:panes quoq;
quos portabant ob uiaticū duri erāt
et in frusta cōminuti. Perrexerūtq; ad
iosue qui tunc morabatur in castris

galgale et dixerũt ei atq; simul omni
israheli. De terra longinqua venim⁹:
pacẽ vobiscum facere cupientes. Respon-
derunt; viri isrl ad eos: atq; dixerũt.
Ne forte in terra que nobis sorte deber
habitetis: et non possim⁹ fedus inire
vobiscũ. At illi ad iosue: serui inquiu-
unt tui sumus. Quibs iosue ait. Qui
nam estis vos: aut unde venistis? Re-
sponderũt de terra longinqua valde
venerũt serui tui: in nomine dñi dei tui.
Audiuim⁹ enī famā potentie ei⁹: cun-
cta que fecit in egipto et duobs regibs
amorreorũ qui fuerunt trās iordanem
seon regi esebon et og regi basan qui
erāt ī astaroth: dixerũtq; nobis senio-
res ⁊ omnes habitatores terre nostre.
Tollite ī manibus cibaria ob longis-
simam viam: et occurrite eis et dicite.
Serui vestri sum⁹: fedus inite nobiscũ.
En panes quādo egressi sumus de do-
mibus nrīs: ut veniremu⁹ ad vos cali
dos sumpsim⁹: nunc arefacti sunt:
et vetustate nimia comminuti. Vtres
vini novos impleuim⁹: nūc rupti sūt
et soluti. Vestes ⁊ calciamenta quibs
induimur et que habem⁹ in pedibus
ob longitudinē lōgioris vie trita sūt:
et pene consumpta. Susceperūt igitur
de cibariis eor̄: et os dñi non interro-
gauerunt. Fecitq; iosue cũ eis pacem:
et inito federe pollicit⁹ est ut non occi-
derentur. Principes quoq; multitudi-
nis iurauerũt eis. Post dies aūt tres
initi federis audierũt q; in vicino ha-
bitarent: et inter eos futuri essent. Mo-
ueruntq; castra filij isrl: et venerunt in
ciuitates eor̄ die tercio: quarũ hec vo-
cabula sunt: gabaon ⁊ caphira et be-
roth ⁊ cariathiarim. Et non percusse-
runt eos: eo q; iurassent eis principes
multitudinis in noīe domini dei isrl.
Murmurauit itaq; oīe vulgus ↄtra
principes israhel. Qui respōderũt eis.
Iurauim⁹ eis in noīe domini dei isrl:
et idcirco nō possumus eos cōtingere.
Sed hoc faciem⁹ eis. Reseruent quidē
⁊ viuant ne cōtra nos ira dñi concite-
tur si peieraueri⁹: sed sic viuāt: ut in
vsus vniuerse multitudinis ligna re-
dant aquasq; comportent. Quibus
hec loquētibus vocauit gabaonitas
iosue: ⁊ dixit eis. Cur nos decipere frau-
de voluistis: ut diceretis p̄cul valde
habitamus a vobis cū in medio nr̄i
estis? Itaq; sub maledictione eritis: et
nō deficiet de stirpe vestra ligna cedēs
aquasq; comportās in domū dei mei.
Qui respōderunt. Nūciatum est nobis
seruis tuis que p̄miserat dñs deus tu-
us moysi seruo suo: ut traderet vobis
omnem terrā: et disperderet cūctos ha-
bitatores ei⁹. Timuim⁹ igit̄ valde et
prouidimus animabus nrīs vestro
terrore cōpulsi: et hoc cōsiliū iniuim⁹.
Nunc autem in manu tua sum⁹: qđ
tibi bonum et rectum videtur fac no-
bis. Fecit ergo iosue ut dixerat: et libe-
rauit eos de manibus filiorũ isrl: ut
nō occiderentur. Decreuitq; in illo die
eos esse ī ministerio cunctī populi et al-
taris domini cedentes ligna et aquas
comportantes: usq; in presens temp⁹
in loco quem dominus elegisset. C. x.
Quue cū audisset adonisedech rex
iherusalē q; scilicet cepisset iosue
hay et subuertisset eā: sicut enim fecerat
iericho et regi eius sic fecit hay et regi
illius: et q; trāsfugissent gabaonite ad
israhel et essent federati eor̄: timuit val-
de. Vrbs enī magna erat gabaon ⁊
una ciuitatū regaliū: ⁊ maior oppido
hay: oīesq; bellatores eius fortissimi.
Misit ergo adonisedech rex iherusalē

ad oham regē hebron et ad pharan
regem ierimoth: ad iaphie quoq; re-
gem lachis et ad dabir regē eglon di-
cens. Ad me ascendite et ferte pſidiū
ut expugnemus gabaon:quare trans-
fugerit ad iosue ⁊ ad filios isrl. Con-
gregati igit ascenderūt quinq; reges
amorreox:rex ierusalē rex hebron rex
ierimoth rex lachis rex eglon simul
cū exercitibus suis:⁊ castra metati sūt
circa gabaon oppugnantes eam. Ha-
bitatores aūt gabaon urbis obsesse
miserūt ad iosue qui tūc morabatur
in castris apud galgalā: et dixerūt ei.
Ne retrahas manus tuas ab auxilio
seruox tuorum. Ascende cito et libera
nos:ferq; pſidiū. Conuenerūt enī ad-
uersum nos oēs reges amorreox:
q̄ habitāt in mōtanis. Ascenditq; io-
sue de galgalis et omnis exercit⁹ bel-
latorū cum eo viri fortissimi. Dixitq;
dns ad iosue. Ne timeas eos. In ma-
nus enim tuas tradidi illos. Null⁹
enim ex eis tibi resistere poterit. Irruit
itaq; iosue sup eos repente. Tota no-
cte ascendens de galgalis. Et contur-
bauit eos dns a facie israhel:contrixit
q; plaga magna in gabaon:ac perse-
cut⁹ est eos per viam ascensus betho-
ron:et pcussit usq; azecha et maceda.
Cumq; fugerent filios israhel et essent
in descensu bethoron: dns misit sup
eos lapides magnos de celo usq; ad
azecha. Et mortui sunt multo plures
lapidibus grādinis:q̄s quos gladio
pcusserāt filij israhel. Tunc locut⁹ est
iosue dño in die qua tradidit amorre-
um in conspectu filioz israhel: dixitq;
coram eis. Sol contra gabaon ne mo-
uearis:et luna contra vallem aialon.
Steterūtq; sol et luna:donec vlciscer̄
se gens de inimicis suis. Nonne scriptū
est hoc in libro iustorū? Steterit itaq;
sol in medio celi: et non festinauit oc-
cumbere spacio vnius diei. Non fuit
ante et postea tam longa dies obedi-
ente dño voci hoīs:et pugnāte pro isl-
rahel. Reuersusq; est iosue cū oī isrl
in castra galgale. Fugerāt enī quinq;
reges:et se absconderāt in spelunca ur-
bis maceda. Nunciatūq; est iosue q
inuenti essent quinq; reges:latēres in
spelunca urbis maceda. Qui precepit
sociis et ait. Voluite saxa ingētia ad
os spelunce: et ponite viros industri-
os qui clausos custodiant. Vos aūt
nolite stare:sed psequimini hostes:⁊
extremos quosq; fugientiū cedite. Ne
dimittatis eos urbiū suarum intrare
presidia: quos tradidit dns deus in
manus vestras. Cesis ergo adūsarijs
plaga magna ⁊ usq; ad internecionē
pene consumptis:hij qui israhel effu-
gere potuerunt ingressi sunt ciuitates
munitas. Reuersusq; est oīs exercit⁹
ad iosue in maceda vbi tunc erant ca-
stra:sani ⁊ integro numero. Nullusq;
cōtra filios isrl mutire ausus est. Pre-
cepitq; iosue dicens. Aperite os spe-
lunce:et pducite ad me quinq; reges
qui in ea latitāt. Fecerūtq; ministri ut
sibi fuerat imperatū:et adduxerūt ad
eum quinq; reges de spelunca:regem
ierusalem regem hebron regem ieri-
moth regē lachis regem eglon. Cūq;
educti essent ad eū vocauit omnes vi-
ros israhel:et ait ad principes exercit⁹
qui secum erāt. Ite et ponite pedes sup
colla regū istoz. Qui cū perrexissent et
subiectorū colla pedibus calcarēt:rur-
sum ait ad eos. Nolite timere nec pa-
uescatis: confortamini et estote robusti.
Sic enim faciet dns cūctis hostibus
vestris: aduersum quos dimicabitis.

Percussitq; iosue ⁊ interfecit eos: atq; suspendit sup quinq; stipites: fuerunt q; suspensi usq; ad vesperū. Cunq; occumberet sol p̄cepit socijs ut deponerent eos de patibulis: quī depositos proiecerūt in spelunc̄ in qua latuerāt: et posuerūt super os eius saxa ingentia que ꝑmanent usq; in presens. Eodem die maced̄ quoq; cepit iosue et percussit in ore gladij: regēq; illius interfecit: ⁊ omnes habitatores ei⁹. Nō dimisit in ea saltem p̄uas reliquias. Fecitq; regi maceda: sicut fecerat regi iericho. Transiuit cū omni isrl̄ de maceda in lebna et pugnabat ↄtra eam: quā tradidit dñs cum rege suo ī manus israhel. Percusserūtq; urbē in ore gladij: et omnes habitatores ei⁹. Nō dimiserunt in ea ullas reliquias. Fecerunt q; regi lebna: sicut fecerant regi iericho. De lebna transiuit in lachis cū omni israhel: et exercitu per girum dispposito oppugnabat eā: tradidit q; dñs lachis in manus filioꝝ isrl̄ et cepit eā de altero: atq; percussit in ore gladij omnēq; aiam̄ que fuerat in ea sicut fecerat lebna. Eo tēpore ascendit iram rex gazer ut auxiliaret lachis: quē percussit iosue cū omni ꝑplo eius usq; ad internecionē. Transiuitq; de lachis ī eglon: et circūdedit atq; expugnauit eā in eadē die: percussitq; in ore gladij omnes animas que erāt in ea iuxta oīa que fecerat lachis. Ascendit quoq; cū omni isrl̄ de eglon ī ebron et pugnauit ↄtra eā: cepitq; et percussit in ore gladij: regē quoq; eius ⁊ oīa oppida regionis illius uniuersasq; aīas que in ea fuerant commorate. Nō reliquit ī ea ullas reliquias. Sicut fecerat eglon sic fecit et ebron: cuncta que in ea reperit consumēs gladio.

Inde reuersus in dabir cepit eā atq; vastauit: regē quoq; eius atq; oīa per circuitū oppida percussit in ore gladij. Nō dimisit in ea ullas reliquias. Sicut fecerat ebron ⁊ lebna ⁊ regibus eaꝝ: sic fecit dabir et regi illi⁹. Percussit itaq; iosue omnem terrā montanā et meridianā atq; campestrem: et asedoth cū regibus suis. Nō dimisit in ea ullas reliquias: sed oīe qđ spirare poterat interfecit sicut pceperat ei domin⁹ deus israhel: a cades barne usq; ad gazam. Omnē terram gosen usq; gabaon uniuersosq; reges et regiones eoꝝ uno impetu cepit atq; vastauit. Dominus enī deus isrl̄ pugnauit p eo. Reuersusq; est cū oīi israhel ad locum castrorū in galgala. C. xi.

Que cū audisset iabin rex asor misit ad iobab regem madon et ad regem semeron atq; ad regē achaph: ad reges q̄ aquilonis qui habitabāt in montanis et in planicie ↄtra meridiem cenereth: in campestribꝫ quoq; et regionibus dor iuxta mare: chananeum quoq; ab oriente et occidente ⁊ amorreū atq; etheum ac pherezeum ⁊ ihebuseū in mōtanis: euc̄ quoq; qui habitabat ad radices hermon in terra maspha. Egressiq; sūt oīes cū turmis suis: ꝑplus multus nimis sicut harena que est in litore maris: equi quoq; et currus immense multitudinis. Conuenerūtq; omnes reges istī in unū ad aquas meron: ut pugnarent cōtra isrl̄. Dixitq; dñs ad iosue. Ne timeas eos. Cras enim hac eadē hora ego tradā omnes istos vulnerādos in cōspectu israhel. Equos eorū subneruabis: et currꝰ igne combures. Venitq; iosue ⁊ oīis exercit⁹ eius cū eo aduersus illos ad aquas meron subito. ⁊ irruerunt

ſup eos: tradiditq; illos dñs in manus iſrahel. Qui percuſſerunt eos et perſecuti ſũt uſq; ad ſydonem magnã ⁊ aquas maſſerephot: campũq; maſphe qui eſt ad orientalem illius partẽ. Itaq; percuſſit omnes: ut nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecitq; ſicut ꝓceperat ei dñs. Equos eoꝝ ſubneruauit: currusq; combuſſit igni. Reuerſusq; Itaſim cepit aſor: et regẽ eius percuſſit gladio. Aſor enim antiquit⁹ inter omnia regna hec principatũ tenebat. Percuſſitq; omnes animas que ibidẽ morabãtur. Nõ dimiſit in ea ullas reliquias ſed uſq; ad interneciõnẽ uniuerſa vaſtauit: ipamq; urbẽ peremit in gladio: et omnes per circuitũ ciuitates. Reges quoq; earũ cepit percuſſit atq; deleuit: ſicut ꝓceperat ei moyſes famulus dñi. Abſq; urbibus qui erãt in collibus ⁊ in cumulis ſite reteras ſuccendit iſrl: unã tantũ aſor munitiſſimã flãma cõſumpſit. Omnẽq; predã iſtaꝝ urbium ac iumenta diuiſerũt ſibi filij iſrahel: cũctis hominibus interfectis. Sicut ꝓceperat dñs moyſi ſeruo ſuo: ita ꝓcepit moyſes ioſue: et ille uniuerſa compleuit. Nõ pretermiſit de uniuerſis mandatis: nec unũ quidẽ uerbũ qđ iuſſerat dñs moyſi. Cepit itaq; ioſue omnem terrã montanã et meridianã terrãq; goſen et planiciẽ et occidentalem plagam mõtemq; iſrahel et campeſtria eius et partẽ montis que aſcendit ſeir uſq; baalgath per planiciẽ libani ſubter montem hermon: omnes reges eoꝝ cepit percuſſit et occidit. Multo tempore pugnauit ioſue ꝺra reges iſtos. Non fuit ciuitas que ſe nõ traderet filijs iſrl: preter eueum qui habitabat in gabaon. Omnes enim bellando cepit. Dominũ enĩ ſententia fuerat: ut indurarentur corda eoꝝ ⁊ pugnarẽt contra iſrl et raderẽt ⁊ non mererentur ullã clementiã: ac perirẽt ſicut ꝓceperat dñs moyſi. In tẽpore illo uenit ioſue et interfecit enachim de mõtanis ebron et dabir et anab et de omni monte iuda et iſrahel: urbeſq; eoꝝ deleuit. Non reliquit ullũ de ſtirpe enachim in terra filioꝝ iſrl: abſq; ciuitatibus gaza ⁊ geth et azoto in quibus ſolũ relicti ſũt. Cepit ergo ioſue omnem terrã ſicut locut⁹ eſt dñs ad moyſen: et tradidit eam in poſſeſſionẽ filijs iſrl ſecũdum partes ⁊ tribus ſuas: quieuitq; terra a preliis. Hij ſunt reges quos percuſſerunt filij iſrl et poſſederũt terrã eorũ trans iordanen ad ſolis ortum a torrente arnon uſq; ad montem hermõ: et omnem orientalem plagã que reſpicit ſolitudinẽ. Seon rex amorreoꝝ qui habitauit in eſebon dominat⁹ eſt ab aroer que ſita eſt ſup ripã torrentis arnon: et medie partis i valle: dimidieq; galaad uſq; ad torrentem iabor: qui eſt terminus filioꝝ ammon: ⁊ a ſolitudine uſq; ad mare cheneroth ꝺra orientẽ: et uſq; ad mare deſerti qđ eſt mare ſalſiſſimum: ad orientalem plagã per uiã que ducit bethſimoth et ab auſtrali parte ꝙ ſubiacet aſedoth. Phaſga terminus og regis baſan de reliquijs raphaim qui habitauit in aſtaroth ⁊ in edrai: et dominat⁹ eſt i mõte hermon ⁊ in ſalacha atq; i uniuerſa baſan uſq; ad terminos geſſuri et machati et dimidie partis galaad finiños ſeon regis eſebon. Moyſes famul⁹ dñi ⁊ filij iſrl percuſſerũt eos: tradiditq; terrã eoꝝ moyſes in poſſeſſionem rubenitis et gaditis ⁊ dimidie tribui manaſſe. Exn·

Hij ſunt reges terre quos percuſſit ioſue ⁊ filij iſrahel trãs iordanen

ad occidentalem plagā abaalgad în
campo libanî usq; ad montē libanî:
cuius pars ascendit în seîr. Tradidit
q; eam îosue în possessionē tribubus
îsrl singulis partes suas · tam î mon-
tanis q; în planis atq; cāpestribs. Jn
aseroth et în solitudîne ac în meridie-
etheus fuit ꝛ amorreus chananeus et
pherezeus eueus et iebusē. Rex îericho
unus. Rex hay que est ex latere bethel
unus. Rex îherusalē unꝰ. Rex ebron u-
nus. Rex îherimoth unꝰ. Rex lachis u-
nus. Rex eglon unꝰ. Rex gazer unus.
Rex dabir unꝰ. Rex gader unꝰ. Rex her-
ma unus. Rex hereth unꝰ. Rex lebna
unus Rex odollam unꝰ. Rex maceda
unus. Rex bethel unꝰ. Rex raphna unꝰ.
Rex ofer unus. Rex affec unus. Rex sa-
ron unꝰ. Rex madan unus. Rex asor
unus. Rex sameron unꝰ. Rex arsaph
unus Rex thenach unꝰ. Rex mageddo
unꝰ Rex cedes unꝰ. Rex iachanen car-
meli unꝰ. Rex dor et puincie dor unus.
Rex gentiū galgal unꝰ. Rex therса unꝰ.
Omnes reges triginta unꝰ. C·xm

Josue vero senex prouectq; etatis erat:
et dixit dñs ad eū. Senuisti et longe-
uus es terraq; latissima derelicta est ꝙ
necdum sorte diuisa est: ꝛ omnis vide-
licet galilea philistiim ꝛ uniuersa gessu-
ri·a fluuio turbido qui îrrigat egiptū·
usq; ad terminos accaron ꝺra aqui-
lonem: terra chanaan que în quîq; re-
gulos philistiim diuidit · gazeos et
azotos ascalonitas getheos ꝛ accaro-
nitas. Ad meridiem vero sunt euei
omnis terra chanaan ꝛ maara sidoni-
orum usq; afeca·ꝛ terminos amorrei
eiusq; cōfinia: libani quoq; regio con-
tra orientem abaalgad sub monte
hermon donec îgrediaris emath·o-
mniū qui habitabant în monte a
libano usq; ad aquas masephot uni-
uersiq; sidonii: ego sum qui delebo eos
a facie filioꝝ îsrl. Veniat ergo în partē
hereditatis îsrl sicut pcepi tibi. Et nūc
diuide terrā în possessionē noue tribu-
bus ꝛ dimidie tribui manasse: cū qua
ruben ꝛ gad possiderūt terrā quā tradi-
dit eis·moyses famul⁹ domini·trans
fluenta îordanis ad orientalē plagā·
ab aroer que sita est în ripa torrentis
arnon·ꝛ în vallis medio: uniuersaq;
cāpestria medaba usq; dibon · et cun-
ctas ciuitates seon regis amorrei·qui
regnauit în esebon usq; ad terminos
filioꝝ ammon: ꝛ galaad ad finimum
gessuri et machati et omnē montem
hermon et uniuersam basan usq; sa-
lacha·omne regnū og în basan qui re-
gnauit ī astaroth ꝛ edrai ipe fuit de re-
liquiis raphaim: percussitq; eos moyses
atq; deleuit. Jsraelq; disperdere fi-
lii îsrl gessuri et machati: et habitaue-
runt în medio îsrl usq; în psentem diē.
Tribui aūt leui nō dedit possessionem·
sed sacrificia et uictime dñi dei îsrahel
ipa est eius hereditas·sicut locut⁹ est
illi. Dedit ergo moyses possessionem
tribui filioꝝ ruben iuxta cognationes
suas. Fuitq; terminus eorū ab aroer
que sita est în ripa torrentis arnon·et
în valle eiusdem torrentis media·uni-
uersam planiciem que ducit medaba
et esebon·cūctosq; viculos eaꝝ qui sūt
în campestribus: dibon quoq; et aba-
mothbaal et oppidū baalmaon ꝛ ges-
sa et cedimoth et mephet · et cariath-
aim et sabama ꝛ sarathasar·în mōte
cōuallis bethfogor et asedoth phasga
et bethasimoth omnes urbes campe-
stres · uniuersaq; regna seon regis a-
morrei·qui regnauit ī esebon·quē per-
cussit moyses cū principibs madian:

eueū et recen et ſur et ur et rebee duces
ſeon habitatores terre: et balaam filiū
beor ariolū occiderūt filij iſrl gladio
cū ceteris inſectis: factuſq; eſt termin⁹
filioꝝ ruben iordanis fluuius. hec eſt
poſſeſſio rubenitaꝝ per cognationes
ſuas urbiū et uiculoꝝ. Dedītq; moyſes
tribui gad et filijs eius per cognatio-
nes ſuas poſſeſſionē. cui⁹ hec diuiſio
eſt. Termin⁹ gazer et omnes ciuitates
galaad et dimidiā partem terre filioꝝ
ammon. uſq; ad aroer que eſt contra
rabba. et ab eſebon uſq; ad ramoth.
maſphe et batanim et amanaim uſq;
ad terminos dabir. In valle quoq;
becharan et bethnemra et ſoccoth et
ſaphon reliq̄ parte regni ſeon regis
eſebon. Iuxta quoq; finis iordanis e
uſq; ad extremā partē maris chenereth.
trās iordanen ad orientalem plagā.
Hec eſt poſſeſſio filioꝝ gad p familias
ſuas et ciuitates et ville earum. Dedit
q; dimidie tribui manaſſe filijſq; eius
iuxta cognationes ſuas poſſeſſionē.
cui⁹ hoc principiū eſt. Amanaim. u-
niuerſam baſan et cūcta regna og re-
gis baſan. omnesq; uicos ahir qui ſūt
in baſan ſexaginta oppida. et dimidi-
am partē galaad et aſtaroth et edray
urbes regni og i baſan. filijs machir
filij manaſſe dimidie parti filiorum
machir iuxta cognatōnes ſuas. Hāc
poſſeſſionē diuiſit moyſes in campe-
ſtribus moab trans iordanen cōtra
iericho ad orientalē plagam. Tribui
aūt leui nō dedit poſſeſſionem: quo-
niam dominus deus iſrahel ipſe eſt
poſſeſſio ei⁹. ut locutus e illi. C. xxiii.

Hoc eſt quod poſſederūt filij iſrl
in terra chanaan. quā dederūt
eis eleazar ſacerdos et ioſue filius nun
et principes familiaꝝ per tribus iſrl.
ſorte omnia diuidentes ſicut p̄ceperat
dns in manu moyſi. nouem tribubꝫ
et dimidie tribui. Duabus etī tribubꝫ
et dimidie dederat moyſes trans ior-
danen poſſeſſionem abſq; leuitis. qui
nichil terre acceperūt inter fratres ſuos:
ſed in eoꝝ ſucceſſerant locū filij ioſeph.
in duas diuiſi tribus manaſſe et ephra-
im. Nec acceperūt leuite aliam in terra
partē niſi urbes ad habitandū. et ſub
urbana eaꝝ ad alendā iumēta et pecu-
ra ſua. Sicut p̄ceperat dns moyſi. ita
fecerunt filij iſrahel et diuiſerūt terram.
Acceſſerūt itaq; filij iuda ad ioſue in
galgala: locutuſq; e ad eū caleph filius
iephone cenezeus. Nosti quid locutus
ſit dns ad moyſen hominē dei de me
et te in cadeſbarne. Quadraginta an-
norum eram quādo miſit me moyſes
famulus dni de cadeſbarne ut conſi-
derarē terrā: nunciauiq; ei qđ michi ue-
rum uidebatur. Fratres aūt mei qui
aſcenderāt mecū diſſoluerūt cor ppli: et
nichilominus ego ſecutus ſum dnm
deum meum. Iurauitq; moyſes in
die illo dicens. Terra quā calcauit pes
tuus erit poſſeſſio tua et filioꝝ tuorū
in eternū: quia ſecut⁹ es dnm deum meū.
Conceſſit ergo dns uitam michi ſicut
pollicit⁹ eſt uſq; in p̄ſentem diē. Qua-
draginta et quinq; anni ſunt ex quo
locutus e dns uerbum iſtud ad moy-
ſen. quando ambulabat iſrahel per ſo-
litudinem: hodie octogintaquinq; an-
norū ſum ſic ualens ut eo ualebā tpe
quādo ad explorādū miſſus ſū: illius
in me tēporis fortitudo uſq; hodie per-
ſeuerat. tam ad bellandū q̄ ad gradi-
endum. Da ergo michi montem iſtum
quē pollicitus e dominus te quoq; au-
diente. i quo enachim ſūt et urbes ma-
gne atq; munite: ſi forte ſit dominus

mecū et potuero delere eos · sicut pro-
mīsit michi. Benedixītq; ei iosue ⁊ tra-
didit ei ebron ī possessionē: atq; ex eo
fuit ebron caleph filio iephone cene-
zeo usq; in p̄sentem diem: quia secut⁹
est dominum deum israhel. Nomen
ebron antea vocabatur cariacharbe.
Adam maxim⁹ ibi inter enachim sit⁹
est: et terra cessauit a prelijs. C·xv·
Igitur sors filiorū iude p̄ cognatones
suas ista fuit: a finibo edom usq; ad
desertū syn contra meridiem·⁊ usq; ad
extremā partē australis plage. Finiū
eius a summitate maris salsissimi·et
a lingua eius que respicit meridiē: e-
gredieturq; extra ascensum scorpionis
et ptransit in syna·ascenditq; in cades-
barne·et pueit in esrom·ascendens
ad daram·et circuies cariachaa atq;
inde pertransiens in asemona·et per-
ueniens ad torrentē egipti: eruntq; ter-
mini eius mare magnū. Hic erit finis
meridiane plage. Ab oriēte vero erit
finiū mare salsissimum usq; ad extre-
ma iordanis·et ea que respiciunt ad
aquilonē a lingua maris usq; ad e-
undem iordanis fluuium: ascenditq;
terminus in bethagla·et transit ab a-
quilone in betharaba·ascendens ad
lapidem boem filij ruben·et tendens
usq; ad finēos debera·de valle achor
contra aquilonē respiciens galgala·
q̄ est ex aduso ascensionis adommim
ab australi parte torrentis·transitq;
aquas que vocātur fons solis·⁊ erūt
exitus ei⁹ ad fontē rogel: ascenditq; p
conuallem filij ennon ex latere iebusei
ad meridiē·hec est iherusalē: et inde se
erigens ad verticē mōtis qui est contra
iehennon ad occidentē·in summitate
vallis raphaim contra aquilonē: pe-
trāsitq; a vertice mōtis usq; ad fontē
aque nepthoa·et pueit usq; ad vicos
montis ephron: inclinaturq; in bala
que est cariathiarim·id est urbs silua-
rum: et circuit de bala cōtra occidentē
usq; ad mōtem seir: transitq; iuxta la-
tus montis iarim ad aquilonem in
chellon ⁊ descendit in bethsames·tran-
sitq; in thamna ⁊ pueit contra aqui-
lonē partis accaron ex latere: inclina-
turq; secrona et trāsit montem baala·
pueenitq; in gebneel·et magni maris
cōtra occidentē fine concludit. Hij sūt
termini filiorū iuda per circuitū in co-
gnationibus suis. Caleph vero filio
iephone dedit partē in medio filiorū
iuda sicut p̄ceperat ei dñs·cariacharbe
patris enach ipa est ebron: deleuitq;
ex ea caleph tres filios enach·sesai et
hayman ⁊ tholmai de stirpe enach: atq;
inde cōscendēs venit ad habitatores da-
bir q̄ pri⁹ vocabat cariathsepher·id est
ciuitas litterarū. Dixitq; caleph. Qui
percusserit cariathsepher·⁊ ceperit eā dabo
ei axam filiā meā vxorem. Cepitq; eā
othonihel filius cenez frater caleph iu-
nior: dedītq; ei axam filiā suā vxorem.
Qui cū pergeret simul suasit ei vir eius
ut peteret a patre suo agrū: suspirauit
q; ut sedebat ī asino. Cui caleph quid
habes inquit? At illa respondit. Da
michi benedictionē. Terrā australem
et arentē dedisti michi·iuge ⁊ irriguā.
Dedit itaq; ei caleph irriguū superius
et inferius. Hec est possessio tribus filio-
rum iuda p̄ cognatones suas: erāt
q; ciuitates ab extremis partibs filio⁹
iuda·iuxta terminos edom a meridie·
cabseel et eder ⁊ iagur et cina ⁊ dimo-
na ⁊ adada et cedes ⁊ asor et ietham ziph
⁊ telē et baloth asor noua ⁊ carioth ies-
rom hec ē asoroma same ⁊ melodi et
asor gadda et assemoth et bethfelech et

asersual et bersabee ⁊ baziothia ⁊ ala=
la et hum esem et heltholad et exul et
zarma et sicelech ⁊ medemena ⁊ sensen=
na lebaoth et selim et ahem remon: o=
mnes ciuitates viginti nouem et ville
earum. In campestribus vero estaol et
sarea et asena et azone et engannim
et thaphua ⁊ enaym ⁊ ierimoth ⁊ adu=
lam socho et azecha et sarim et adi=
thaym et gedera et giderothaym: urbes
quatuordecim et ville eaꝝ. Sanan ⁊
adasa ⁊ magdalgad delean et mase=
pha ⁊ iectel lachis ⁊ baschat et eglon
tebbon et leemas ⁊ cethis et gideroth
et bethdagon et neama et maceda: ci=
uitates sedecim et ville eaꝝ. Labana ⁊
ether et asan iepta et esna et nesib ⁊ ce=
yla ⁊ achzib ⁊ maresa: ciuitates nouē
et ville earū. Accaron cū vicis et villu=
lis suis. Ab accaron usq; ad mare· o=
mnia que vergūt ad azotum et vicu=
los eius. Azotus cū vicis et villulis
suis gasa cū vicis et villulis suis usq;
ad torrentem egipti· et mare magnū
terminus eius ⁊ in monte samir ⁊ iec=
ther et socchoth et edenna cariathsen=
na hec est dabir: anab et histhemo et
anym gosen ⁊ olon et gylo: ciuitates
undecim et ville eaꝝ. Arab ⁊ roma et
esaan ⁊ ianum ⁊ bethasua ⁊ afeca ath=
matha et chariatharbe hec est ebron
et sior: ciuitates nouem ⁊ ville earum.
Maon ⁊ chermel ⁊ ziph et loche iesra=
hel et iucadam et zanoe accaym ga=
baa et thamna: ciuitates decē et ville
eaꝝ. Alul ⁊ bethsor et iedor mareth ⁊
bethanoth et heltecen: ciuitates sex ⁊
ville earū. Cariathbaal hec est chari=
athiarim urbs siluar ⁊ arebba: ciuita=
tes due et ville eaꝝ. In deserto betha=
raba meddyn et sacha et nebsan: ciui=
tates salis et engaddi ciuitates sex et

ville eaꝝ. Fiūt simul centū quindecim.
Iebuseum aūt habitatorem iherusalē
nō potuerūt filij iuda delere: habitauit
q; iebuseus cum filijs iuda in iherusa=
lem usq; in presentem diem. C xvi·
Cecidit quoq; sors filioꝝ ioseph
ab iordane cōtra iericho· et aquas
eius ab oriente solitudo que ascendit
de iericho ad montē bethel· et egredit̄
de bethel luzam: trāsitq; terminū archi=
atharoth· et descendit ad occidentem
iuxta terminū iefleti· usq; ad terminos
betheron inferioris ⁊ gazer: finiuntq;
regiones eius mari magno· possede=
runtq; filij ioseph manasses et ephra=
im. Et factus est terminus filioꝝ effra=
im ꝑ cognatiōnes suas: et possessio eo=
rum cōtra orientē atharoth addar usq;
bethoron superiorē: egrediūturq; con=
finia ī mare. Machmethath vero aqui=
lonē respicit et circuit terminos cōtra
orientem in thanathselo: et ꝑtransit a
torrente ianoe· descenditq; de ianoe ī
atharoth et noaratha· ⁊ ꝑuenit in ie=
richo: egreditq; ad iordanem de thaphua
ꝑtrāsitq; cōtra mare in vallē harundi=
neti: suntq; egressus eius in mare sal=
sissimū. Hec est possessio trib; filiorum
ephraim per familias suas: urbesq;
seperate sunt filijs ephraim in medio
possessionis filioꝝ manasse ⁊ ville eaꝝ.
Et nō interfecerūt filij ephraim chanane=
um qui habitabat in gazer: habita=
uitq; chananeus in medio ephraim
usq; in diē hāc tributarius. C· xvii·
Cecidit autē sors tribui manasse.
Ipse enim est primogenitus io=
seph· machir primogenito manasse
patri galaad q̄ fuit vir pugnator: ha=
buitq; possessionem galaad ⁊ basan ⁊
reliquis filioꝝ manasse iuxta famili=
as suas· filijs abyezer et filijs helech

et filijs helefrihel et filijs sychem et filijs epher et filijs semida. Isti sūt filij manasse. Filij ioseph mares p cognationes suas. Salphaat uero filio epher filij galaad filij machir filij manasse nō erant filij sed sole filie: quarū ista sunt nomina-mahala et noha et egla et melcha et thersa. Venerūtq; in conspectu eleazari sacerdotis ⁊ iosue filij nun et principū dicentes: dns p̄cepit p manum moysi ut daret nobis possessio in medio fratrū nostroz: deditq; iuxta imperium dñi possessionem in medio fratrū patris eaz. et ceciderūt funiculi manasse decem absq; terra galaad et basan trans iordanen. Filie enī manasse possederunt hereditatē in medio filioz eius. Terra aūt galaad cecidit in sortem filiorū manasse qui reliqui erant. Fuitq; terminus manasse ab aser machmatha qui respicit sychem. et egredit ad dexterā iuxta habitatores fontis thaphue. Terrā enī in finibus manasse ceciderat terra thaphue. que est iuxta terminos manasse filioz ephraim. Descenditq; terminus vallis harundineti in meridiē torrentis ciuitatū ephraim. que ī medio sunt urbiū manasse. Terminus manasse ab aquilone torrentis ⁊ exitꝰ eius pergit ad mare: ita ut possessio ephraim sit ab austro et ab aquilone manasse. et utrāq; claudat mare: et cōiungantur sibi ī tribu aser ab aquilone et in tribu ysachar ab oriente. Fuitq; hereditas manasse in ysachar et in aser. bethsan et viculi eius. ⁊ iebbleam cū viculis suis. ⁊ habitatores dor cū oppidis suis. habitatores quoq; endor cū viculis suis: similiterq; habitatores thenath cum viculis suis. et habitatores mageddo cum viculis suis. et tercia pars urbis nopheth. Nec potuerūt filij manasse has ciuitates subuertere. sed cepit chananeus habitare in terra sua. Postq; aūt cōualuerūt filij isrl̄ subiecerūt chananeos et fecerūt sibi tributarios. nec interfecerunt eos. Locutiq; sunt filij ioseph ad iosue et dixerūt. Quare dedisti michi terrā in possessionē sortis et funiculi unius: cū sim tāte multitudinis. et benedixit michi dns ⁊ Ad quos iosue ait. Si pplus multus es ascende in siluam et succide tibi spacia ī terra phezei et raphaim: qa angusta est tibi possessio mōtis ephraim. Cui respondērūt filij ioseph. Non poterimus ad mōtana conscendere. cū ferreis curribz utantur chananei qui habitāt in terra campestri: in qua sita sūt bethsan cū viculis suis et iezrahel mediā possidens vallem. Dixitq; iosue ad domum ioseph et ephraim et manasse. Popul9 multus es et magne fortitudinis. nō habes sortem unam sed transibis ad montē. et succides tibi atq; purgabis ad habitandum spacia: et poteris ultra procedere cum subuerteris chananeum quem dicis ferreos habere curtus et esse fortissimum. C. xvm.

Congregatiq; sūt omnes filij isrl̄ in silo. ibiq; fixerūt tabernaculū testimonij: et fuit eis terra subiecta. Remanserant aūt filioz isrl̄ septem tribz. q nec dū acceperāt possessiones suas. Ad quos iosue ait. Vsq; quo marcetis ignauia. ⁊ non intratis ad possidēdā terram. quā dns deus patrū vestrorum dedit vobis? Eligite de singulis tribubus ternos viros. ut mittā eos et pergant atq; circueant terrā. et describāt eam iuxta numerū unius cuiusq; multitudinis: referantq; ad me qd̄ descripserint. Diuidite vobis terrā in septē

partes: iudas sit in terminis suis ab
australi plaga · et domus ioseph ab
aquilone: mediā inter hos terram in
septē partes describite: et huc venietis
ad me · ut corā dño deo vestro mittā
vobis hic sortē: quia nō est inter vos
pars leuitarū · sed sacerdotiū dñi est e-
orum hereditas. Gad aūt et ruben et
dimidia tribus manasse iam acceper-
rant possessiones suas · trans iordā-
nen ad orientalem plagā · quas dedit
eis moyses famulus dñi. Cumq; sur-
rexissent viri ut pergerent ad describen-
dam terrā · p̄cepit eis iosue dicens. Cir-
cuite terrā et describite eam · ac reuerti-
mini ad me ut hic corā dño deo vro
in silo mittā vobis sortem. Itaq; per-
rexerūt et lustrātes eam in septem par-
tes diuiserūt · scribentes i volumine: re-
uersiq; sūt ad iosue i castra silo. Qui
misit sortes corā dño in silo: diuisit
q; terrā filijs israhel in septem partes.
Et ascendit sors prima filiorū beniā-
min p familias suas · ut possiderent
terrā inter filios iuda et filios ioseph.
Fuitq; terminus eor; cōtra aquilonē ·
a iordane pergens iuxta latus iericho
septentrionalis plage · et inde contra
occidentē ad mōtana conscendens · et
peruenies ad solitudinem bethauen ·
atq; p̄transiens iuxta lusam ad meri-
diem ipsa ē bethel: descenditq; in acha-
roth addar in mōtem qui est ad meri-
diem bethoron inferioris · et inclinatur
circuiens extra mare ad meridiē mon-
tis qui respicit bethoron extra affricū.
Suntq; exitus eius in cariathbaal · q̄
vocatur et cariathiarim urbē filiorū
iuda. Hec est plaga cōtra mare ad oc-
cidentem. A meridie aūt ex parte cari-
athiarim egreditur terminus contra
mare · et puenit usq; ad fontē aquarū
nepthoa. Descenditq; in partem mon-
tis qui respicit vallem filioz ennon · et
est cōtra septentrionalem plagā in ex-
trema parte vallis raphaim: descen-
ditq; in iehennon id est vallis ennon ·
iuxta latus iebusei ad austrū · et perue-
nit ad fontem rogel trānsiens ad aqui-
lonem · et egrediens ad ensenes id est
fontē solis: et pertrānsit ad usq; tumulo
q̄ sunt eregione ascensus adommin:
descenditq; ad habenboen id est lapi-
dem boen filij ruben · et p̄transijt ex la-
tere aquilonis ad campestria: descen-
ditq; in planitiem et p̄tergreditur con-
tra aquilonē bethagla: suntq; exitus
eius extra linguā maris salsissimi ab
aquilone in fine iordanis · ad austra-
lem plagam qui est terminus illi⁹ ab
oriēte. Hec ē possessio filioz beniamin
per terminos suos in circuitu et fami-
lias suas. Fueruntq; ciuitates eius · ie-
richo et bethagla et vallis casis betha-
raba et samaraim et bethel et auim et
affara et offora villa hemona et offni
et gabee: ciuitates duodecim et ville
earum. Gabaon et rama et beroth et
mesphe caphara et amosa et recem ia-
rephel et tharela et sela heleph et ie-
bus que est iherusalem · gabaad et
cariath: ciuitates quatuordecim et vil-
le earum. Fiunt omnes ciuitates vi-
gintisex. Hec est possessio filiorum ben
iamin iuxta familias suas. C. xix.

Et egressa ē sors secda filiorū symē-
on p cognationes suas: fuitq;
hereditas eor; i medio possessionis fili-
orū iuda · bersabee et sabee et molada et
asersua haala et asem et heltholad bethu-
larma et siceleg et beth marchaboth et
asersua et beth lepaboth et saruhen: ciui-
tates tredecim et ville eaz. Ayn et rem-
mon et athar et asan: ciuitates q̄tuor

et uille eaꝝ. Om̄es uiculi ꝑ circuitum
urbiũ istarum usq; ad balaad berra-
meth ɔtra australem plagã. Fuerũtq;
om̄es ciuitates decem et septē. Hec est
hereditas filioꝝ symeon · iuxta posses-
siones suas in possessione ⁊ funiculo
filioꝝ iuda· quia maioꝛ erat: et idcirco
filij symeon possederũt in medio heredi-
tatis eiꝰ. Ceciditq; soꝛs tercia filioꝝ za-
bulon ꝑ cognationes suas: ⁊ factus ē
terminꝰ possessionis filiorũ zabulon
usq; sarith. Ascenditq; de mari et me-
dalaa· et peruenit in debbaseth usq; ad
torrentem qui est contra ieconan· et re-
uertitur de sarith cõtra orientem in finē
sceleth thaboꝛ et egreditur ad daberet:
ascenditq; contra iasie· et inde pertrans-
it usq; ad orientalē plagã gethefer et
thachasin · et egredit̃ in remmon am-
phar et noa· et circuit ad aquilonem
et nathon. Suntq; egressus eiꝰ uallis
ieptahel ⁊ catheþet naalol et semron ⁊
iedala ⁊ bethleem: ciuitates duodecim
et uille eaꝝ. Hec est hereditas tribꝫ filio-
rum zabulon per cognationes suas:
urbes et uiculi eaꝝ. Ysachar egressa ē
soꝛs quarta per cognationes suas:
fuitq; eius hereditas iezrahel et casa-
loth et sunem ⁊ affraim ⁊ seon ⁊ na-
arath et rabboth et cesion haemes et
rameth et hengãni ⁊ henadda et beth-
feses: et peruenit terminus eius usq; tha-
boꝛ et seesima ⁊ bethsemes: erantq; exi-
tus eius iordanis ciuitates sedecim et
uille earũ. Hec est possessio filiorum
ysachar per cognationes suas· urbes
et uiculi earũ. Ceciditq; soꝛs quĩta tri-
bui filioꝝ aser per cognationes suas:
fuitq; terminus eoꝝ alchat ⁊ cali et be-
then et axab et elmelech et amaad et
messal· et peruenit usq; ad carmelũ ma-
ris et syhoꝛ et labanach: ac reuertit̃ ɔtra
orientem bethdagon· et pertrãsit usq;
zabulon et uallem ieptael cõtra aqui-
lonem in bethemeth et neiel: egreditur
q; ad leuam cabul et acran et roob et
amon et chana usq; ad sydonem ma-
gnam: reuertiturq; in orma usq; ad
ciuitatem munitissimã tyrum et usq;
osam: eruntq; exitus eius in mare de fu-
niculo acziba et ãma et afeq et roob:
ciuitates uiginti due et uille earũ. Hec
est possessio filiorũ aser per cognatio-
nes suas· urbesq; et uiculi eaꝝ. Filioꝝ
neptalim sexta pars cecidit ꝑ familias
suas: et cepit terminus de heleb et helon
sannanim · et adami que est neceb et
iebnahel· usq; lecum: et egressus eoꝝ us-
q; ad iordanem: reuertiturq; terminus
contra occidentē et azanoth thabor·
atq; inde egreditur i ucuca et pertrans-
it in zabulon ɔtra meridiē ⁊ ĩ aser con-
tra occidentem· et in iuda ad iordanem
contra ortum solis ciuitates munitis-
sime: assedim ser ⁊ ammad et rechath
et cenereth ⁊ edema et arama asoꝛ et ce-
des ⁊ edrai nasoꝛ ⁊ ieron et magdihel
horem et bethanat et bethsemes: ciui-
tates decē et nouem et uille earũ. Hec
est possessio tribus filiorũ neptalim ꝑ
cognationes suas· urbes et uiculi eaꝝ.
Tribui filiorũ dan per familias suas
egressa est soꝛs septima: et fuit terminꝰ
possessionis eiꝰ saraa et hestaul ⁊ hair
semes· id est ciuitas solis: selebin et a-
hialon ⁊ iethela helon ⁊ themna ⁊ ach-
ron helcheten iebton et baalad iud et
bane et barach et iechremon atq; iher-
con ⁊ arechon· cũ termino q̄ respicit iop-
pen ⁊ ipso fine cõcluditur. Ascenderũtq;
filij dan et pugnauerũt ɔtra lesem · ce-
peruntq; eam· et percusserũt eam in ore
gladij· et possiderũt ⁊ habitauerũt in
ea: uocãtes nomen eius lesan dan ex

nomine dan patris sui. Hec est possessio tribus filiorum dan p cognationes suas. urbes et uiculi eaꝝ. Cumq; complesset sorte terram diuidere singulis pr tribus suas. dederūt filij isrl possessionem iosue filio nun ī medio sui iuxta preceptū dñi. urbem quā postulauit tannathsaraa in mōte ephraim. Et edificauit ciuitatē. habitauitq; in ea. Hec sunt possessiones quas sorte diuiserūt eleazar sacerdos ⁊ iosue filius nun et principes familiaꝝ ac tribuum filiorum israhel in sylo. coram domino ad hostium tabernaculi testimonij: partiūq; sunt terrā. C. xx.

Et locutꝰ est dñs ad iosue dicens. Loquere filijs isrl et dic eis. Separate urbes fugitiuorū. de quibus locutꝰ sum ad uos per manū moysi: ut confugiat ad eas quicūq; animā percusserit nescius. et possit euadere ira proximi. qui ultor est sanguinis. cū ad unam harū cōfugerit ciuitatum: stabitq; ante portā ciuitatis. et loquetur senioribus urbis illius. ea que se comprobent innocentem: sicq; suscipient eum. et dabūt ei locū ad habitandum. Cumq; ultor sāguinis eū fuerit persecutꝰ nō tradent in manus eius. quia ignorās percussit pximum eius. nec ante biduū triduumue eius pbat inimicus. Et habitabit ī ciuitate illa donec stet āte iudiciū causam reddens facti sui: et moriat sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore. Tūc reuertetur homicida et ingredietur ciuitatē et domū suam de qua fugerat. Decreuerūtq; redes in galilea montis nepthalim. et sychem in mōte ephraim. et cariatharbe ipa est ebron in mōte iuda: et trans iordanen contra orientalem plagam iericho statuerunt bosor que sita est in campestri solitudine de tribu ruben. ⁊ ramoth galaad de tribu gad. et gaulon in basan de tribu manasse. Hec ciuitates cōstitute sunt cūctis filijs israhel et aduenis qui habitabāt inter eos. ut fugeret ad eas q̄ animā nescius percussisset: et nō moreretur in manu proximi. effusum sāguinem uindicare cupientis: donec staret ante populū expositurus causam suam. C. xxi.

Hrcesserunt q; principes familiaꝝ leui ad eleazar sacerdotem. ⁊ iosue filiū nun: ⁊ ad duces cognationū per singulas tribs filiorū isrl: locutiq; sunt ad eos in sylo terre chanaan atq; dixerūt. Dominus pcepit per manū moysi ut darent nobis urbes ad habitandum et suburbana eaꝝ ad alenda iumenta. Dederūtq; filij isrl de possessionibus suis iuxta imperiū dñi. ciuitates et suburbana eaꝝ. Egressaq; sors in familiam caath filiorū aaron sacerdotis de tribu iuda. et symeon et beniamin ciuitates tredecim: ⁊ reliquis filiorū caath id est leuitis qui superuenerant. de tribubus ephraim et dan et dimidie tribs manasse ciuitates decē. Porro filijs gerson egressa est sors ut acciperent de tribubs ysachar et aser ⁊ nepthalim. dimidiaq; tribu manasse in basan. ciuitates numero tredecim. Et filijs merari p cognationes suas de tribubs ruben et gad et zabulon urbes duodecim. Dederūtq; filij israhel leuitis ciuitates et suburbana earum. sicut pcepit dñs per manū moysi: singulis sorte tribuētes. De tribubs filiorum iuda et symeon dedit iosue ciuitates quaꝝ ista sūt nomina. filijs aarō p familias caath leuitici generis. prima eis sors illis egressa ē: cariatharbe patris enach q̄ vocat ebron in mōte

m

iuda · et ſuburbana eius per circuitū.
Agros uero et uillas eiꝰ dederat caleph
filio iephone ad poſſidendū. Dedit er-
go filijs aaron ſacerdotis hebron con-
fugiꝫ ciuitatem ac ſuburbana eius · et
lobnam cum ſuburbanis ſuis · ⁊ iether
et iſthimoa ⁊ helon et dabir et ain ⁊
iethan et bethſames cum ſuburbanis
ſuis ciuitates nouem · de tribubꝫ ut di-
ctum eſt duabus. De tribu aūt filiorꝫ
beniamin gabaon ⁊ gabee ⁊ anatoth
et almon · cū ſuburbanis ſuis ciuita-
tes quatuor: oīnes ſimul ciuitates fi-
liorum aaron ſacerdotis tredecim cū
ſuburbanis ſuis. Reliquis uero per fa-
milias filiorꝫ caath leuitici generis hec
eſt data poſſeſſio. De tribu ephraim
urbes confugiꝫ ſichem cū ſuburbanis
ſuis in mōte ephraim · et gazer et ieb-
ſaam et bethoron cū ſuburbanis ſuis
ciuitates ītuor. De tribu quoq; dan
helteco ⁊ gabathon ⁊ haialon et geth-
remmon cū ſuburbanis ſuis ciuitates
quatuor. Porro de dimidia tribu ma-
naſſe thanath ⁊ gethremmon cū ſubur-
banis ſuis ciuitates due. Oīnes ciui-
tates decē et ſuburbana earꝫ date ſūt
filijs caath inferioris gradus. Filijs
quoq; gerſon leuitici generis dedit de
dimidia tribu manaſſe confugiꝫ ciui-
tates · gaulon in baſan et boſram cū
ſuburbanis ſuis ciuitates duas. Por-
ro de tribu yſachar celion et dabreth
et iaramoth ⁊ enganim cū ſuburba-
nis ſuis ciuitates quatuor. De tribu
aūt aſer maſan et abdon et elrath et
roob cum ſuburbanis ſuis ciuitates
quatuor. De tribu quoq; neptalim ci-
uitates confugiꝫ redes in galilea et a-
mothdor et carthan cū ſuburbanis
ſuis ciuitates tres. Oīnes urbes fa-
miliarꝫ gerſon tredeci cū ſuburbanis
ſuis. Filijs aūt merari leuitis inferio-
ris gradus per familias ſuas · data
eſt de tribu zabulon iecnal et cartha
et damna ⁊ naalol ciuitates quatuor
cū ſuburbanis ſuis. De tribu gad ciui-
tates cōfugiꝫ ramoth in galaad · ⁊ ma-
naim et eſebon et iazer ciuitates qua-
tuor cū ſuburbanis ſuis. De tribu ru-
ben ultra iordanen contra iericho ciui-
tates refugiꝫ · boſor in ſolitudine miſor
et iazer et iethſon et maſpha ciuitateſ
quatuor cū ſuburbanis ſuis. Oīnes
urbes filiorꝫ merari per familias et co-
gnationes ſuas duodecim. Itaq; ciui-
tates uniuerſe leuitarꝫ in medio poſſeſſio-
nis filiorꝫ iſrl · fuerūt quadragīta octo
cū ſuburbanis ſuis ſingule per fami-
lias diſtribuꝰ. Deditq; dñs deꝰ iſrahe-
li oīnem terrā quam traditurꝫ ſe patri-
bus eorum iurauerat: et poſſederunt
illam atq; habitauerūt in ea. Dataq;
eſt ab eo pax in omnes per circuitum
nationes · nulluſq; eis hoſtiū reſiſtere
auſus eſt: ſed cūcti in eorꝫ ditionem re-
acti ſunt. Ille unū quidem uerbū qđ
illis prefiturꝫ ſe eſſe ꝓmiſerat irritū fu-
it: ſed rebꝫ expleta ſūt oīnia. C · xxii ·

Eodem tēpore uocauit ioſue rube-
nitas ⁊ gaditas · et dimidiam
tribū manaſſe: dixitq; ad eos. Feciſtis
omnia que precepit uobis moyſes fa-
mulus dñi · michi qꝫ in oīnibꝫ obedi-
iſtis: nec reliquiſtis fratres ueſtros lon-
go tempore uſq; in preſentē diem · cuſto-
dientes imperium dñi dei veſtri. Quia
igitur dedit dñs deus veſter fratribuſ
veſtris quietem et pacem ſicut pollicit⁹
eſt: reuertimini et ite in tabernacula ura
et in terram poſſeſſionis · quā tradidit
uobis moyſes famulus domini trās
iordanen: ita dumtaxat · ut cuſtodia-
tis attente · et opere cōpleatis mādatū

et legem quam ꝓcepit vobis moyses famulus dñi: ut diligatis dñm deum vestrum ⁊ ābuletis in omnibus viis ei⁹ · et obseruetis mādata illi⁹. Adhereatisq; ei ac seruiatis in omni corde et in omni anima vestra. Benedixitq; eis iosue ⁊ dimisit eos. Qui reūsi sunt in tabernacula sua. Dimidie autē tribui manasse possessionem moyses dederat ī basan: et idcirco medie que superfuit dedit iosue sortē inter ceteros fratres suos · trans iordanen ad occidentalē ei⁹ plagā. Cumq; dimitteret eos ī tabernacla sua ⁊ benedixisset eis · dixit ad eos. In multa substātia atq; diuiciis reuertimini ad sedes vras · cū argēto ⁊ auro ere ac ferro ⁊ veste multiplici. Dividite predā hostium cū fratribus vestris. Reuersiq; sūt et abierūt filij ruben et filij gad · et dimidia trib⁹ manasse a filijs israhel · de sylo que sita est ī chanaan: ut intrarent galaad terram possessionis sue · quā obtinuerant iuxta imperiū dñi in manu moysi. Cumq; venissent ad tumulos iordanis in terra chanaan: edificauerunt iuxta iordanen altare infinite magnitudinis. Quod cū audissent filij isrl · ⁊ ad eos certi nūcij detulissent edificasse filios ruben et gad et dimidie tribus manasse altare · in terra chanaan sup iordanis tumulos contra filios isrl: conuenerūt omnes in sylo · ut ascenderent et dimicarēt otra eos. Et interim miserūt ad illos in terrā galaad phinees filium eleazari sacerdotem · et decē principes cū eo singulos de singulis tribubz. Qui venerūt ad filios ruben et gad et dimidie tribus manasse in terram galaad: dixerūtq; ad eos. Hec mandat omnis pplus dñi. Que est ista transgressio? Cur reliquistis dñm deū israhel edificantes altare sacrilegū · et a cultu illius recedentes? An parum vobis est q̄ peccastis in beelphegor: ⁊ usq; in presentem diem macula huius sceleris in nobis ꝑmanet · mulciq; de ꝑso corruerūt? Et vos hodie reliquistis dñm: ⁊ cras ī vniūsum isrl ira ei⁹ deleuiet. Qđ si putatis immūdam esse terram possessionis vestre · trāsite ad terram in qua tabernaculū dñi est · et habitate inter nos: tantum ut a dño ⁊ a nostro cōsortio nō recedatis · edificato altari ꝓter altare dñi dei nostri. Nonne achan filius zare preteriit mandatum dñi: et sup omnē pplm israhel ira eius incubuit? Et ille erat un⁹ homo: atq; utinā solus periisset in scelere suo. Respondertūq; filij ruben et gad et dimidie trib⁹ manasse principibz legationis isrl. Fortissim⁹ deus dominus ipse nouit · et israhel simul intelligit: si ꝓuaricationis animo hec altare construximus · non custodiat nos sed puniat nos in ꝑsenti. Et si ea mente fecimus ut holocausta ⁊ sacrificium · et pacificas victimas sup eo imponerem⁹ · ipse querat et iudicet: et nō ea magis cogitatione atq; tractatu · ut dicerem⁹ cras dicent filij vestri filijs nris. Quid vobis et dño deo israhel? Terminum posuit dñs inter nos et vos o filij ruben et filij gad iordanen fluuiū: et idcirco partem nō habetis in domino · et per hanc occasionē auertent filij vestri filios nros a timore dñi. Putauimus itaq; melius et diximus. Extruamus nobis altare nō in holocausta neq; ad victimas offerendas · sed in testimoniū inter nos et vos · et sobolē nostram vestrāq; progeniem ut seruiamus dño: et iuris nostri sit offerre et holocausta et victimas et pacificas

hostias: et nequaq; dicant eras filij vestri filijs nostris-nō est vobis pars in dño. Quod si voluerint dicere. Respondebūt eis. Ecce altare dñi qđ fecerunt patres nostri-non in holocausta neq; in sacrificium sed in testimoniū nostrū ac vestrū. Absit a nobis hoc scelus ut recedamus a dño et eius vestigia relinquam⁹ · extructo altari ad holocausta ⁊ sacrificia ⁊ victimas offerendas: ꝑter altare dñi dei nostri qđ extructum est ante tabernaculum eius. Quibus auditis phinees sacerdos et principes legationis isrl qui erant cū eo placati sunt: et verba filioz ruben et gad ⁊ dimidie tribꝫ manasse libentissime susceꝑūt. Dixitq; phinees filio eleazari sacerdos ad eos. Nūc scimus quod nobiscū sit dñs · quoniā alieni estis a preuaricatione hac: et liberastis filios israhel de manu dñi. Reuersusq; est cū principibus a filijs ruben-⁊ gad de terra galaad finium chanaan ad filios israhel: et retulit eis. Placuitq; sermo cunctis audientibꝫ. Et laudauerunt deū filij isrl: et nequaq; ultra dixerunt ut ascenderent cōtra eos atq; pugnarent-et delerēt terram possessionis eorū. Vocaueruntq; filij ruben et filij gad altare qđ extruxerant testimoniū nr̄m · qđ dominꝰ ipe sit deꝰ. C.xxm

Reuoluto aūt multo tempore postq; pacē dederat dñs israhelī-subiectis in gyro nationibus uniuersis: et iosue iam longeuo et persenilis etatis: vocauit iosue omnē israhelē-maioresq; natu ⁊ principes ac duces ⁊ magistros: dixitq; ad eos. Ego senui et progressioris etatis sum: vosq; cernitis oīa que fecerit dñs deꝰ vester cunctis per circuitū nationibꝫ-quomodo pro vobis ipse pugnauerit. Et nunc qa vobis sorte diuisit oīem terrā-ab orientali parte iordanis usq; ad mare magnū · multeq; ad huc supsunt nationes: dñs deus vester dispdet eas et auferet a facie vestra-et possidebitis terram sicut vobis pollicitus est. Tantum confortamini ⁊ estote solliciti ut custodiatis cuncta que scripta sunt in volumine legis moysi: et nō declinetis ab eis nec ad dexteram neq; ad sinistrā: ne postq; intraueritis ad gentes que inter vos future sunt · iuretis in nomine deorū earū et seruiatis eis et adoretis illos sed adhereatis dño deo vro· qđ fecistis usq; in diem hanc. Et tunc auferet dñs deꝰ in cōspectu vestro gentes magnas ⁊ robustissimas: ⁊ nullꝰ vobis resistere poterit. Vnus e vobis persequetur hostiū mille viros: quia dominus deus vester pro vobis ipse pugnabit sicut pollicitus est: hoc tantum diligentissime ꝑcauete ut diligatis dñm deū vestrū. Quod si voluerit⁹ gentiū harum que inter vos habitāt erroribꝫ adherere-et cū eis miscere connubia atq; amicicias copulare: iam tunc scitote qꝺ dñs deus vester nō eas deleat ante faciem vestram-sed sint vobis in foueam ac laqueum et offendiculum ex latere vestro · et sudes in oculis vr̄is: donec vos auferat atq; dispdat de terra hac optima quā tradidit vobis. Ex ego hodie ingrediar viam uniuerse terre-⁊ toto animo cognoscetis qꝺ de oīnibꝫ verbis que se dominꝰ prestiturꝰ vobis esse pollicitus ē · unū nō pretericrit incassū. Sicut ergo impleuit opere quod ꝓmisit et prospera cuncta uenerunt: sic adducet sup vos quicquid malorꝫ cōminatus ē-donec vos auferat atq; dispdat de terra hac optima quam tradidit vobis: eo qꝺ

pretereritis pactum domini dei vestri quod pepigit vobiscum·et seruieritis dijs alienis et adoraueritis eos. Cito atq; velociter consurget in vos furor domini:⁊ auferemini ab hac terra optima quā tradidit vobis. C xxm

Congregauitq; iosue omes tribs israhel i sychem·et vocauit maiores natu ac principes et iudices et magistros·steteruntq; in conspectu dni: et ad pplm sic locutus est. Hec dicit dominus deus isrl. Transfluuiū habitauerunt patres vestri ab initio·thare pater abrahā et nachor:seruieruntq; dijs alienis. Tuli ego patrem vestrū abraham de mesopotamie finibus·et adduxi eū in terra chanaan: multiplicauiq; semen ei⁹ et dedi ei ysaac·illiq; rursum dedi iacob et esau quibs esau dedi montem seir ad possidendū: iacob vero et filij eius descenderūt in egiptū. Misiq; moysen et aaron·et percussi egiptum multis signis atq; portentis:eduxiq; vos et patres vros de egipto et venistis ad mare:persecutiq; sunt egiptij patres vestros cū curribs et equitatu usq; ad mare rubrū. Clamauerunt aūt ad dnm filij isrl: qui posuit tenebras inter vos et egiptios·⁊ adduxit super eos mare et operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta que in egipto fecerim·et habitastis i solitudine multo tempore: et introduxi vos in terrā amorrei qui habitabat trans iordanen. Cunq; pugnarēt ctra vos·tradidi eos in manus vras: et possedistis terram eoz atq; interfecistis eos. Surrexit aūt balach fili⁹ sephor rex moab· et pugnauit ctra israhelem. Misitq; et vocauit balaam filiū beor ut malediceret vobis: et ego nolui audire eū· sed econtrario pr illū benedixi vobis: et liberaui vos de manu eius. Transistisq; iordanen et venistis ad iericho: pugnauerūtq; contra vos viri ciuitatis eius·amorreus et pherezeus et chananeus et etheus ⁊ gergeseus ⁊ eueus et ihebuseus:et tradidi illos in manꝰ vestras · misiq; ante vos crabrones et eieci eos de locis suis · duos reges amorreoz·nō in gladio et i arcu tuo: dediq; vobis terram in qua non laborastis·et urbes quas non edificastis· ut habitaretis in eis: vineas et oliueta que nō plātastis. Nunc ergo timete dnm et seruite ei pfecto corde atq; verissimo:et auferte deos quibs seruierūt patres vestri in mesopotamia et in egipto:ac seruite dno. Si autē malū vobis videtur ut dno seruiatis·optio vobis datur. Eligite hodie quod placet·cui seruire potissimum debeatis:utrum dijs quibus seruierunt patres vestri in mesopotamia·an dijs amorreorum in quorū terra habitatis. Ego aūt et domus mea seruiemus domino. Respōditq; pplus et ait. Absit a nobis ut relinquam⁹ dnm:et seruiam⁹ dijs alienis. Dominus de⁹ noster ipe eduxit nos ⁊ pres nostros de terra egipti· et de domo seruitutis:fecitq; videntibs nobis signa ingētia:et custodiuit nos in omni via pr quam ambulauim⁹· et in cūctis pplis pr quos transiuim⁹: et eiecit vniuersas gentes·amorreum habitatorem terre quā nos intrauim⁹. Seruiemus igit dno:quia ipse est de⁹ noster. Dixitq; iosue ad pplm. Nō poteritis seruire dno:deus enim sanctus ⁊ fortis emulator est · nec ignoscet sceleribus vestris atq; peccatis. Si dimiseritis dnm et seruieritis dijs alienis:conuertet se et affliget vos atq; subuertet· postq; vobis prestiterit bona. Dixitq;

ppls ad iosue nequaq; ita ut loquerĩ
erit: sed dño seruiem⁹. Et iosue ad po-
pulum testes inquit vos estis: qa ipsi
elegeritis vobis dominũ ut seruiatis
ei. Responderũq; testes. Sũt ergo ait
auferte deos alienos de medio vestri:
et inclinate corda vestra ad dñm deũ
israhel. Dixitq; ppls ad iosue. Domi-
no deo nro seruiemus: et obedientes e-
rimus ꝓceptis eius. Percussit ergo io-
sue in die illo fedus: et proposuit ppło
precepta atq; iudicia in sychem. Scri-
psit quoq; oĩa verba hec in volumi-
ne legis dei: et tulit lapidem pergran-
dem · posuitq; eum subter quercũ que
erat in sanctuario domini: et dixit ad
omnem populum. En lapis iste erit
vobis in testimonium · qꝫ audierit is
omnia verba domini que locutus est
vobis: ne forte postea negare velitis
et mentiri domino deo vestro. Dimi-
sitq; populum singulos in possessio-
nem suam. Et post hec mortuus est io-
sue filius nun seruus dei · centũ decem
annorũ: sepelieruntq; eum in finibus
possessionis sue in thamnathsare: que
sita est in monte ephraim · a septentri-
onali parte mõs gaas. Seruauitq;
israhel dño cũctis diebus iosue et seni-
orum · qui longo vixerãt tempore post
iosue: et qui nouerant omnia opera
dñi que fecerat in isrl. Ossa quoq; io-
seph que tulerant filii isrl de egipto · se-
pelierũt in sychem i parte agri quẽ eme-
rat iacob a filiis emmor ꝑris sychem
centum nouellis ouibz: et fuit in pos-
sessionem filiorum ioseph. Eleazar
quoq; filius aaron mortuus est: et
sepelierunt eum in gabaath phinees
filii eius: que data ẽ ei i mõte ephraim.

Incipit liber sopthim id est
iudicum · Caꝑ primum ·

Liber

Post mortem iosue con-
suluerunt filii isrl dñm
dicẽtes. Quis ascender
ante nos cõtra chana-
neum · et erit dux belli:
dixitq; dñs. Iudas ascendet.
Ecce tradidi terrã in manu ei⁹.
Et ait iudas symeoni fratri suo.
Ascende mecũ in sorte mea · et pugna
cõtra chananeũ: ut et ego pergam tecũ
in sorte tua. Et abiit cũ eo symeon. As-
cenditq; iudas · et tradidit dñs chana-
neum ac pherezeum in manus eorũ:
et percusserunt in bezech decem milia vi-
rorum. Inuenerũtq; adonibezech: et
in bezech: et pugnauerũt ctra eum: ac
percusserũt chananeũ et pherezeũ. Fu-
git aũt adonibezech: quẽ ꝑsecuti com-
prehenderũt · cesis summitatibz manu-
um eius ac pedum. Dixitq; adonibe-
zech. Septuaginta reges amputatis
manuũ ac pedum summitatibz colli-
gebant sub mensa mea ciborũ reliqui-
as: sicut feci ita reddidit michi de⁹. Ad-
duxeruntq; eũ in iherusalem: et ibi mor-
tuus est. Oppugnantes ergo filii iuda
iherusalẽ ceperũt eam · et percusserunt in
ore gladii: tradẽtes cũctam incendio
ciuitatem. Et postea descendentes pu-
gnauerunt ctra chananeũ qui habita-
bat in mõtanis · et ad meridiẽ in cam-
pestribus. Pergensq; iudas cõtra cha-
naneũ qui habitabat in hebron · cui⁹
nomẽ fuit ãtiquitus cariatharbe · per-
cussit sysai et hayman et tholmai: atq;
inde profectus abiit ad habitatores
dabir · cui⁹ nomen vetus erat cariath-
sepher id est ciuitas litterarũ. Dixitq;
caleph. Qui percusserit cariathsepher et
vastauerit ea: dabo ei axam filiã meã
uxorem. Cunq; cepisset eam othoniel
filius cenez frater caleph minor: dedit

ei axam filiã suã coniugem. Quã pergentem in itinere monuit vir suus ut peteret a patre suo agrũ. Que cũ suspirasset sedens in asino dixit ei caleph. Quid habes? At illa respondit. Da mihi benedictionẽ: quia terrã arentẽ dedisti mihi· da & irriguã aquis. Dedit ergo ei caleph irriguũ superius et irriguũ inferius. Filij aũt cinei cognati moysi ascenderũt de ciuitate palmarum cũ filijs iuda· in desertũ sortis ei⁹ quod est ad meridiẽ arath: et habitauerunt cũ eo. Abijt aũt iudas cũ symeone fratre suo: et percusserũt simul chananeum qui habitabat in sephat· et interfecerunt eũ. Vocatũq; est nomen urbis horma id est anathema. Cepitq; iudas gazam cum finibus suis: et ascholonẽ atq; accaron cum terminis suis. Fuitq; dñs cum iuda et mõtana possedit. Nec potuit delere habitatores vallis: quia falcatis curribus habundabãt. Dederũtq; caleph hebron sicut dixerat moyses: qui deleuit ex ea tres filios enach. Ihebuseum aũt habitatorem iherusalem non deleuerũt filij beniamin: habitauitq; ihebuseus cũ filijs beniamin in iherusalẽ usq; in presentem diem. Domus quoq; ioseph ascendit in bethel: fuitq; dñs cum eis nam cum obsideret urbem que prius luza vocabatur· viderũt hominẽ egredientem de ciuitate: dixerũtq; ad eum. Ostende nobis introitũ ciuitatis: et faciemus tecũ misericordiã. Qui cum ostendisset eis percusserunt urbem in ore gladij: hominẽ autẽ illũ et omnem cognationẽ ei⁹ dimiserũt. Qui dimissus abijt in terrã ethim: et edificauit ibi ciuitatem. Vocauitq; eã luzam: que ita appellatur usq; in presentem diẽ. Manasses quoq; non deleuit bethsan et thanach cũ viculis suis et habitatores dor· et ieblaam & maieddo cũ viculis suis: cepitq; chananeus habitare cum eis. Postq; autem confortatus est isrl fecit eos tributarios: et delere noluit. Ephraim etiã non interfecit chananeum qui habitabat in gazer: sed habitauit cũ eo. Zabulon nõ deleuit habitatores cethron et naalon: sed habitauit chananeus in medio eius· factusq; est ei tributarius. Aser quoq; nõ deleuit habitatores accho et sydonis alab et achazib & amma & aphech et roob: habitauitq; in medio chananei habitatoris illius terre: nec interfecit eum. Nepthalim quoq; nõ deleuit habitatores bethsemes & bethanath: & habitauit inter chananeũ habitatorẽ terre: fuerũtq; ei bethsemite et bethanite tributarij. Artauitq; amorreꝰ filios dan i mõte· nec dedit eis locum ut ad planiora descenderẽt: habitauitq; i mõte hares qui interpretat̃ pictura i hailon et salabim. Et aggrauata est manus domus ioseph: factusq; est ei tributarius. Fuit autẽ terminꝰ amorrei ab ascensu scorpionis petra et superiora loca. ℭ Ascenditq; angelus dñi de galgala ad locum flentiũ & ait. Eduxi vos de egipto· et introduxi in terram pro qua iurauj patribꝫ vestris: et pollicitus sum ut nõ facerem irritũ pactũ meum vobiscum in sempiternum: ita dumtaxat ut non feriretis fedus cum habitatoribus terre huiꝰ· et aras eorꝫ subuerteretis: & noluistis audire vocẽ meam. Cur hoc fecistis? Quamobrẽ nolui delere eos a facie vestra: ut habeatis hostes· et dij eorꝫ sint vobis in ruinam. Cumq; loqueretur angelus dñi hec verba ad omnes filios israhel: eleuauerunt̃q; vocem suam et fleuerunt.

Et vocatū est nomē loci illius fletūs
siue lacrimarū: imo lauerūtq; ibi hostias dño. Dimisit ergo iosue ppm: et abierūt filij israhel unusquisq; in possessionem suā·ut obtinerent eam: seruieruntq; dño cunctis diebꝫ eius et senioꝝ rum·qui longo post eum vixerūt tpe·et nouerant oīa opera dñi que fecerat cū israhel. Mortuus est aūt iosue filiꝰ nun famulꝰ dñi centum et decē annorum: et sepelierunt eū in finibꝫ possessionis sue in thamnathsare in monte ephraim·a septēntrionali plaga montis gaas. Omnisq; illa generatō congregata est ad patres suos: et surrexerunt alij qui nō nouerūt dñm: et opa que fecerat cū israhel. Fecerūtq; filij isrl malū in conspectu dñi · et seruierūt baalim: ac dimiserūt dñm deum patrū suoꝝ·qui eduxerat eos de terra egipti: et secuti sūt deos alienos·deos quoq; populorū qui habitabāt in circuitu eorum·et adorauerūt eos: et ad iracundiam cōcitauerunt dñm·dimittentes eum et seruientes baal et astaroth. Iratusq; dñs contra israhel tradidit eos in manus diripientiū: qui ceperūt eos et vendiderūt hostibus qui habitabāt per gyrū: nec potuerūt resistere aduersarijs suis: sed quocūq; pergere voluissent·manꝰ dñi super eos erat sicut locutus est et iurauit eis: et vehementer afflicti sunt. Suscitauitq; dñs iudices qui liberarent eos de vastantiū manibus: sed nec eos audire voluerunt·fornicantes cū dijs alienis et adorātes eos. Cito deseruerūt viā per quam ingressi fuerant patres eoꝝ: et audientes mandata domini·oīa fecere contraria. Cūq; dñs iudices suscitaret·in diebus eoꝝ flectebatur misericordia: et audiebat afflictorū gemitus·et liberabat eos de rede vastantiū. Postq; autem mortuꝰ esset iudex·reuertebant: et multo faciebāt maiora quā fecerant patres eoꝝ: sequētes deos alienos·seruientes eis et adorantes illos. Nō dimiserūt adinuentiones suas: et viam durissimam per quā ambulare consueuerāt. Iratusq; est furor dñi in israhel et ait. Quia irritū fecit gens ista pactū meū quod pepigeram cū patribus eorū·et vocem meā audire contempsit: et ego non delebo gētes quas dimisit iosue et moriuus est: ut in ipsis experiar isrl utrum custodiant viā dñi: et ambulēt in ea·sicut custodierūt patres eorū an non. Dimisit ergo dominus omnes has nationes: et cito subuertere noluit·nec tradidit in manibꝫ iosue.

Cny·

Hee sunt gentes quas dñs dereliquit ut erudiret in eis israhelem· et oīes qui nō nouerāt bella chananeorum: et postea discerent filij eorum certare cū hostibus·et habere consuetudinem preliandi·quinq; satrapas philistinorum omnēq; chananeū et sydonīū atq; eueum · qui habitabat in monte libano de monte baalhermon usq; ad introitū emath. Dimisitq; eos ut in ipsis experiretur israhelē: utrū audirent mandata dñi que ꝓceperat patribus eoꝝ per manū moysi an nō. Itaq; filij israhel habitauerunt in medio chananei et ethei et amorrei et pherezei et euei et iebusei: et duxerunt uxores filias eoꝝ·ipsiq; filias suas filijs eorum tradiderūt: et seruierunt dijs eoꝝ. Fecerunt q; malū in conspectu dñi: et oblīti sunt dei sui seruientes baalim et astharoth. Iratusq; dñs cōtra isrl tradidit eos in manꝰ chusan rasathaim regis mesopotamie: seruierūtq; ei octo ānis. Et clamauerunt ad dominum: qui

iudicē.

ſuſcitauit eis ſaluatorem et liberauit eos·othoniel videlicet filium cenez fratrem caleph minorem:fuitq; in eo ſpiritus dñi et iudicauit iſrl'. Egreſſuſq; eſt ad pugnā:et tradidit dominus in manus eius chuſaīrafathaim regē ſirie·et oppreſſit eum. Quieuitq; terra quadraginta annis: et mortuus eſt othoniel filius cenez. Addiderūt aūt filij iſrahel facere malū in cōſpectu domini · qui confortauit aduerſum eos eglon regem moab·q̄a fecerunt malū in cōſpectu eius. Et copulauit ei filios ammon et amelech:abiitq; et percuſſit iſrahel·atq; poſſedit urbem palmarū. Seruierūtq; filij iſrl' eglon regi moab decē et octo annis:et poſtea clamauerunt ad dominū. Qui ſuſcitauit eis ſaluatorem vocabulo aoth inclitum filium gera filij iemini:qui vtraq; manu pro dextra vtebatur. Miſerūtq; filij iſrahel per illū munera eglon regi moab. Qui fecit ſibi gladiū ancipitē habētem ī medio capulū lōgitudinis palme manus:et accinctus eſt eo ſubter ſagum ī dextro femore. Obtulitq; munera eglon regi moab. Erat autē eglon craſſus nimis. Cūq; obtuliſſet ei munera perſecutus eſt ſocios qui cū eo venerant: et reuerſus de galgalis ubi erāt ydola dixit ad regē. Verbum ſecretū habeo ad te o rex. Et ille imperauit ſilentiū. Egreſſiſq; oīb⁹ qui circa eū erant ingreſſus eſt aoth ad eū. Sedebat aūt in eſtiuo cenaculo ſolus. Dixitq;. Verbū dei habeo ad te. Qui ſtatim ſurrexit de throno. Extēditq; aoth ſiniſtrā manū et tulit ſicā de dextro femore ſuo:infixitq; in ventrem ei⁹ tam valide ut capulus ſequeretur ferrum in vulnere:ac pinguiſſimo adipe ſtringeretur. Nec eduxit gladiū ſed ita ut percuſſerat reliquit in corpore:ſtatiq; per ſecreta nature alui ſtercora proruperūt. Aoth aūt clauſis diligentiſſime hoſtijs cenaculi et obſeratis:p poſticam egreſſus ē. Seruiq; regis ingreſſi viderunt clauſas fores cenaculi:atq; dixerūt. Forſitā purgat aluum in eſtiuo cubiculo. Expectantesq; diu donec erubeſcerent et videntes q̄ nullus aperiret·tulerūt clauē:et aperientes inuenerunt dñm ſuū in terra iacentē mortuū. Aoth aūt dū illi turbarentur effugit: et ptranſijt locū ydolorū unde reūſus fuerat. Venitq; in ſeyrath et ſtatim inſonuit bucina in monte ephraim: deſcenderuntq; cū eo filij iſrl' ipſe in fronte gradiēte. Qui dixit ad eos. Sequimini me. Tradidit enī dñs inimicos nros moabitas in manib⁹ nras. Deſcenderūt q̄ poſt eū et occupauerūt vada iordanis que tranſmittūt in moab ⁊ non dimiſerunt tranſire quēq; : ſed percuſſerunt moabitas in tempore illo circiter decē milia omnes robuſtos ⁊ fortes viros. Nullus eoz euadere potuit. Humiliatuſq; ē moab ī die illo ſub manu iſrl': et quieuit terra octoginta ānis a pliis. Poſt hunc fuit ſamgar filius anath:q̄ percuſſit de philiſtijm ſexcentos viros uomore. Et ipe quoq; defēdit iſrl'. C. iij.

Addiderūtq; filij iſrl' facere malū in cōſpectu dñi poſt mortē aoth: ⁊ tradidit illos dñs in manus iabin regis chanan qui regnauit in aſor habuitq; ducem exercitꝰ ſui nomine ſiſaram. Ipſe aūt habitabat in arozeth gentiū. Clamauerunt q; filij iſrl' ad dominū. Nongentos enī habebat falcatos curtus: et per viginti annos vehementer oppreſſerat eos. Erat aūt debbora pphetes uxor lapidoth que iudicabat pplm in illo tempore: ⁊ ſedebat

sub palma que nomine illi⁹ vocabatur inter rama et bethel i mõte ephraim: ascendebãtq; ad eam filij israhel in oĩe iudiciũ. Que misit et vocauit barach filiũ abinoem de cedes neptalim: dixitq; ad eum. Precepit tibi dñs deus isrl. Vade descende: et duc exercitum in mõtem thabor: tollesq; tecum decem milia pugnatoꝝ de filijs neptalim ⁊ de filijs zabulon. Ego aũt adducam ad te in loco torrentis cyson sisaram principẽ exercit⁹ iabin et curru⁹ eius atq; omnẽ multitudinẽ: et tradã eos in manu tua. Dixitq; ad eam barach. Si venis mecũ vadã: si nolueris venire mecum nõ pergam. Que dixit ad eum. Ibo quidẽ tecũ: sed i hac vice victoria non reputabitur tibi: quia in manu mulieris tradetur sisara. Surrexit itaq; debbora et perrexit cum barach in cedes. Qui accitis zabulon et neptalim ascendit cũ decẽ milibus pugnatorũ: habens debborã in comitatu suo. Aber aũt cineꝰ recesserat quondam a ceteris cineis fratribus suis filijs obab cognati moysi et tetẽderat tabernacula usq; ad vallẽ que vocatur tennim: ⁊ erat iuxta cedes. Nũciatum q; est sisare q⁹ ascendisset barach filiꝰ abinoem i montẽ thabor. Et congregauit nongentos falcatos curcus: et omnem exercitũ de aroseth gentiũ ad torrentem cyson. Dixitq; debbora ad barach. Surge: hec est enim dies in qua tradidit dñs sisarã in manus tuas. En ipe ductor est tuus. Descendit itaq; barach de mõte thabor: et decẽ milia pugnatoꝝ cum eo. Perterruitq; dñs sisaram et omnes curr⁹ eius uniuersamq; multitudinẽ in ore gladij ad conspectũ barach: intantũ ut sisara de curru desiliens pedibus fugeret: et barach prosequeretur fugientes currus et exercitũ usq; ad aroseth gentium: et omnis hostiũ multitudo usq; ad interitionem caderet. Sisara aũt fugiens peruenit ad tentoriũ iahel uxoris aber cynei. Erat aũt pax inter iabin regem asor et domũ aber cynei. Egressa igit iahel in occursum sisare dixit ad eum. Intra ad me dñe mi: ne timeas. Qui ingressus tabernaculũ eius et opertus ab ea pallio: dixit ad eã. Da michi obsecro paululũ aque: quia sitio valde. Que aperuit utrem lactis et dedit ei bibere: et operuit illũ. Dixitq; sisara ad eam. Sta ante hostiũ tabernacli: et cũ venerit aliquis interrogãs te ⁊ dicẽs nunquid hic est aliquis: respondebis. Nullus est. Tulit itaq; iahel uxor aber clauum tabernacli assumens pariter et malleũ: et ingressa abscondite et cũ silentio posuit sup timpus capitis ei⁹ clauum pcussumq; malleo defixit in cerebrũ usq; ad terrã: qui sopore mortis soluens defecit et mortuus est. Et ecce barach sequens sisarã veniebat: egressaq; iahel in occursũ eius dixit ei. Veni: et ostendam tibi virum quem queris. Qui cũ intrasset ad eã · vidit sisaram iacentem mortuũ: et clauum infixum i timpore eius. Humiliauit ergo de⁹ in die illo iabin regem chanaan coram filijs israhel: qui crescebãt quotidie et forti manu opprimebãt iabin regem chanaan donec delerent eũ. C · v.

Decinetũq; debbora et barach filius abinoem in die illo dicẽtes. Qui sponte obtulistis de israhel animas vestras ad periculum: benedicite dño. Audite reges: auribus percipite principes. Ego sum qui dño canam: psallam dño deo israhel. Domine cũ exires de seir · ⁊ transires per regiones

edom · terra mota est: celiq; ac nubes distillauerũt aquis. Montes fluxerũt a facie dñi: et synai a facie dñi dei isrl. In diebus samgar filij anath in diebus iahel quieuerunt semite: et qui ingrediebãtur p eas ambulauerunt per calles deuios. Cessauerũt fortes in isrl: et quieuerunt donec surgeret debbora· surgeret mater in israhel. Noua bella elegit dñs: et portas hostium ipe subuertit. Clipeus et hasta si apparuerũt in quadraginta milibus israhel. Cor meũ diligit principes isrl. Qui ꝓpria voluntate obtulistis vos discriminĩ benedicite dño: qui ascenditis sup nitentes asinas· et sedetis sup iudicium· et ambulatis in via loquimini. Vbi collisi sunt currꝰ et hostiũ suffocatus est exercitus: ibi narrẽtur iustitie dñi: clemẽtie fortis isrl. Tũc descendit ꝑplus domini ad portas: et obtinuit principatũ. Surge surge debbora surge: loquere canticum. Surge barach: et apprehende captiuos tuos fili abinoem. Saluate sũt reliquie ꝑpli. Dominus in fortibus dimicauit: ex ephraim deleuit eos in amelech: et post eũ ex beniamin in ꝑplos tuos o amalech. De machir principes descenderunt: et de zabulon qui exercitum ducerẽt ad bellandum. Duces yssachar fuere cũ debbora: barach vestigia sunt secuti: qui quasi in preceps ac baratrũ se discrimini dedit. Diuiso contra se ruben: magnanimorũ reperta cõtentio est. Quare habitas inter duos ignos: ut audias sibilos gregũ? Diuiso contra se ruben: magnanimoꝝ reperta cõtentio est. Galaad trãs iordanen quiescebat: et dan vacabat nauibus. Aser habitabat i litore maris: et in portibz morabatur. Zabulon vero et neptalim obtulerunt animas suas morti in regione morome. Venerunt reges et pugnauerunt: pugnauerũt reges chanaan i thanar iuxta aquas mageddon: et tamẽ nichil tulere predãtes. De celo dimicatũ est contra eos: stelle manentes in ordine et cursu suo aduersus sisaram pugnauerunt. Torrens cison traxit cadauera eoꝝ: torrens cadumim torrens cison. Conculta anima mea robustos. Vngule equorũ ceciderunt: fugientibus impetu· et per precipes ruentibus fortissimis hostiũ. Maledicite terre meroz dixit angelus dñi: maledicite habitatoribz eius: quia non venerunt ad auxiliũ dñi et adiutoriũ fortissimorũ eius. Benedicta inter mulieres iahel uxor aber cinei: et benedicat in tabernaculo. Aquã petẽti lac dedit: et in phiala principũ obtulit butirum. Sinistram manũ misit ad clauum: et dextram ad fabrorũ malleos· percussitq; sisarã querens in capite vulneri locũ: et timpus valide perforãs. Inter pedes eius ruit: defecit et mortuus est voluebatur ante pedes eius: et iacebat exanimis et miserabilis. Per fenestram respiciens ululabat mater eius: et de cenaculo loquebatur. Cur moratur regredi currus eiꝰ: quare tardauerũt pedes quadrigarũ illius? Una sapientiũ ceteris uxoribz eius hec sortui verba respondit. Forsitan nunc diuidit spolia et pulcerrima feminarũ eligitur ei. Vestes diuersoꝝ coloꝝ sisare traduntur i predã: et supellex varia ad ornanda colla cõgeritur. Sic pereant omnes inimici tui dñe: q autẽ diligũt te sicut sol i ortu suo splendet ita rutilent. Quieuit terra p quadragita ãnos. C. vi.

Fecerũt aũt filij israhel malum in conspectu dñi: qui tradidit illos

in manu madian septem ānis:et op-
pressi sunt valde ab eis. Fecerūtq; sibi
antra et speluncas in mōtibus:z mu-
nitissima ad repugnandū loca.Cūq;
seuisset israhel ascendebat madian et
amalech et ceteri orientaliū nationū:
et apud eos figentes tētoria·sicut erāt
in herbis cūcta vastabant usq; ad in-
troitū gaze·nichilq; omnino ad vitā
pertinens relinquebāt in isrl:nō oues
non boues non asinos. Ipsi enim et
uniūsi greges eoz veniebant cū taber-
naculis suis: et instar locustarū uni-
uersa complebāt· innumera multitu-
do hominū z camelorz·quicquid teti-
gerant deuastantes. Humiliatusq; est
isrl valde in cōspectu madian. Et cla-
mauit ad dnm postulans auxilium
cōtra madianitas. Qui misit ad eos
virum pphetam:z locut9 est. Hec dicit
dns deus isrl. Ego feci vos conscende-
re de egipto z eduxi vos de domo seruī-
tutis:et liberaui de manu egiptioz et
omniū inimicorū qui affligebāt vos.
Eiecīq; eos ad introitū vestrū:et tradi-
di vobis terrā eorū:et dixi. Ego dns
deus vester. Ne timeatis deos amor-
reorum in quorū terra habitatis. Et
noluistis audire vocem meā. Venit
autē angelus dni et sedit sub quercu
qui erat in efra:et pertinebat ad ioas
patrem familie ezdri. Cunq; gedeon
filius eius excuteret atq; purgaret fru-
menta i turculari ut fugeret madian:
apparuit ei angel9 dni et ait. Domin9
tecū virorz fortissime. Dixitq; ei gedeon.
Obsecro dne mi si dns nobiscum est·
cur ergo apphenderūt nos hec omnia?
Ubi sunt mirabilia eius que narra-
uerunt patres nostri:atq; dixerunt de
egipto eduxit nos dns? Nūc autem
dereliquit nos domin9:et tradidit in
manu madian. Respexitq; ad eum do-
minus·et ait. Vade i hac fortitudine
tua:z liberabis isrl de manu madian.
Scito q̄ miserim te. Qui respondens
ait. Obsecro dne mi in quo liberabo
israhel? Ecce familia mea infima est
in manasse: et ego minim9 in domo
patris mei. Dixitq; ei dns. Ego ero te-
cum:et percties madian quasi unum
virum. Et ille:si inueni inquit gratiā
coram te da michi signū q̄ tu sis qui
loqueris ad me: nec recedas hinc do-
nec reuertar ad te portās sacrificium
et offerens tibi. Qui respondit. Ego
prestolabor aduentū tuū. Ingressus ē
itaq; gedeon et coxit hedum et de fari-
ne modio azimas panes: carnesq;
ponens in canistro et ius carnū mit-
tens in ollā·tulit oīa sub quercu:et
obtulit ei. Cui dixit angel9 dni. Tolle
carnes et azimos panes et pone sup
petram illā:et ius desup funde. Cūq;
fecisset ita · extendit angelus dni sum-
mitatem virge quā tenebat in manu
et tetigit carnes et azimos panes: a-
scendit q; ignis de petra et carnes azi-
mosq; panes cōsumpsit:angelus aūt
dni euanuit ex oculis ei9. Vidensq; ge-
deon q̄ esset angelus dni ait. Heu mi
dne deus: quia vidi angelū dni facie
ad faciem. Dixitq; ei dns. Pax tecum.
Ne timeas:nō morieris. Edificauit
ergo ibi gedeon altare domino: voca-
uitq; illud dni pax usq; in presentem
diem. Cunq; adhuc esset in efra que ē
familie ezdri: nocte illa dixit dns ad
eum. Tolle thaurū patris tui et alterū
thaurum ānorum septem · destrueq;
aram baal que est patris tui · et nem9
qd circa aram est succide: z edificabis
altare dno deo tuo in summitate petre
hui9 supe quā ante sacrificiū posuisti:

tolleſq; thaurū ſcūm ⁊ offeres holocauſtum ſup ſtruem lignoꝝ que de nemore ſuccideris. Aſſumptis ergo gedeon decē uiris de ſeruis ſuis. fecit ſicut preceperat ei dñs. Timens aūt domum patris ſui et hoīes illius ciuitatis ꝑ diem noluit facere: ſed oīa nocte compleuit. Cunq; ſurrexiſſent uiri oppidi eius mane. uiderunt deſtructam aram baal lucūq; ſuccīſum: ⁊ thauꝝ alterum īpoſitū ſup altare. qđ tunc edificatū erat: dixerunt q; ad inuicem. Quis hoc fecit? Cunq; ꝓquireret auctorem facti: dictum eſt. Gedeon filius ioas fecit hec oīa. Et dixerunt ad ioas. Produc filiū tuū huc ut moriatur: quia deſtruxit arā baal: et ſuccidit nemus. Quibus ille reſpondit. Aūquid ultores eſtis baal. ut pugnetis pro eo? Qui aduerſarius eſt eius moriatur: antequ lux craſtina ueniat. Si deus eſt: uindicet ſe de eo qui ſuffodit aram eius. Et illo die uocatus eſt gedeon ieroboal: eo qđ dixiſſet ioas ulciſcat ſe de eo baal. qui ſuffodit altare eius. Ergo oīs madian et amalech ⁊ orientales ꝑtes congregate ſunt ſimul: et tranſeuntes iordanen caſtrametati ſunt in ualle iezrahel. Spūs aūt dñi induit gedeon: qui clangens buccina cōuocauit domū abiezer ut ſequeretur ſe. Miſitq; nūcios in uniuerſum manaſſen: qui et ipſe ſecutus eſt eum. Et alios nūcios in aſer et zabulon ⁊ neptalim: qui occurrerunt ei. Dixitq; gedeon ad dñm. Si ſaluū facis per manū meā ꝑtem iſrahel ſicut locutus es: ponā hoc uellus lane in area. Si ros in ſolo uellere fuerit et in oīi terra ſiccitas. ſciam qđ per manū meā ſicut locut⁹ es liberabis iſrl. Factumq; eſt ita. Et de nocte cōſurgens: expreſſo uellere concam rore impleuit. Dixitq; rurſus ad dñm. Ne iraſcatur furor tuus cōtra me: ſi adhuc ſemel temptauero ſignū querēs in uellere. oro ut ſolū uellus ſiccum ſit: et omnis terra rore madens. Feciq; dominus nocte illa ut poſtulauerat: et fuit ſiccitas in ſolo uellere: et ros in oīi terra. C. vii. Igitur ieroboal qui et gedeon de nocte conſurgens et oīis ꝑtus cū eo uenit ad fontem qui uocatur arad. Erant aūt caſtra madian in ualle ad ſeptentrionalem plagā colliſ excelſi. Dixitq; dñs ad gedeon. Multꝰ tecū eſt ꝑtus: nec tradetur madian in manꝰ eius: ne gloriet cōtra me iſrahel et dicat meis uiribus liberatus ſum. Loquere ad populum: et cunctis audientibꝫ predica. Qui formidoloſus et timidꝰ eſt reuertatur. Receſſerūtq; de monte galaad: et reuerſi ſūt ex ꝑto uiginti duo milia uiroꝝ: et tantū decē milia remanſerūt. Dixitq; dñs ad gedeon. Adhuc ꝑtus multus eſt. Duc eos ad aquas et ibi probabo illos: et de quo dixero tibi ut tecū uadat ipe pergat quē ire prohibuero reuertatur. Cunq; deſcendiſſet ꝑtus ad aquas: dixit dñs ad gedeon. Qui manu ⁊ lingua lambuerint aquas ſicut ſolent canes lambere ſeparabis eos ſeorſum: qui aūt curuatis genibus biberint in altera parte erūt. Fuit itaq; numerus eorū qui manu ad os proiciente lambuerūt aquas trecenti uiri: omnis autē reliqua multitudo. flexo poplite biberat. Et ait dñs ad gedeon. In trecētis uiris qui lambuerūt aquas liberabo uos. ⁊ tradam in manu tua madian: oīis aūt reliqua mltitudo reuertatur in locum ſuum. Sumptis itaq; pro numero cibarijs et tubis: omnem reliquam multitudinem abire

precepit ad tabernacula sua:et ipse cū
trecentis viris se certamini dedit. Ca-
stra aūt madian erant subter in valle.
Eadem nocte dixit dñs ad eum. Sur-
ge et descende in castra: quia tradidi
eos in manu tua. Sinautem sol⁹ ire
formidas:descendat tecū phara puer
tuus. Et cū audieris quid loquantur
tunc cōfortabūtur manus tue:et secu-
rior ad hostium castra descendes. De-
scendit ergo ipse et phara puer eius in
partem castrorū:ubi erant armatorū
vigilie. ſſMadian aūt et amalech et o-
mnes orientales ppli fusi iacebāt in val-
le ut locustarū multitudo:cameli aūt
innumerabiles erāt sicut harena que
iacet in litore maris. Cūq; venisset ge-
deon narrabat aliquis somniū pro-
ximo suo:et in hūc modū referebat qd
viderat. Vidi somniū: et videbatur
michi quasi subcinericius panis ex or-
deo volui:et in castra madian descen-
dere. Cumq; peruenisset ad tabernacu-
lum pcussit illud atq; subuertit: et ter-
re fundit⁹ coequauit. Respōdit is cui
loquebat. ſſNō est hoc aliud: nisi gla-
dius gedionis filij ioas viri israelite.
Tradidit enim dñs in man⁹ eius ma-
dian:et omnia castra eius. Cumq; au-
disset gedeon somniū et interpretatio-
nem eius adorauit:et reuersus est ad
castra isrl et ait. Surgite:tradidit enī
dominus ī man⁹ nostras castra ma-
dian. Diuisitq; trecentos viros in tres
partes:et dedit tubas in manibus eor:
lagenasq; vacuas ac lāpades in me-
dio lagenarū. Et dixit ad eos. Quod
me facere videritis hec facite. Ingredi-
ar partem castrorū:et quod fecero secta-
mini. Quādo personuerit tuba in ma-
nu mea:vos quoq; p castrorū circuitū
clangite et cōclamate dño et gedeoni.

Ingressusq; est gedeon et trecenti viri q
erant cū eo in partem castrorū incipien-
tibus vigilijs nocte medie:et custodi-
bus suscitatis repetūt bucinis clāgere:
et complodere inter se lagenas. Cūq;
per girū castrorū in tribus personarent
locis·et ydrias confregissent·tenuerūt
sinistris manibus lampades·et dextris
sonātes tubas: clamauerūtq;·gladi⁹
dñi et gedeonis: stantes singuli in lo-
co suo·per circuitū castrorū hostilium.
Omnia itaq; castra turbata sūt:et vo-
ciferātes ululātesq; fugerūt. Et nichilo-
minus insistebant trecenti viri bucinis
personantes. Immisitq; dñs gladiū
in omnibus castris:et mutua se cede trun-
cabāt fugientes usq; ad bethseca et crepi-
dinem abel meula in thebbath. Con-
clamantes aūt viri isrl de neptali et a-
ser et omni manasse persequebātur ma-
dian. Et dedit dñs victoriā pplo isra-
hel in die illa. ſſMisitq; gedeon nūcios
in omnē montem ephraim dicēs. De-
scendite in occursum madian:et occu-
pate aquas usq; bethbera atq; iordanem.
Clamauitq; omnis ephraim:et preoc-
cupauit aquas atq; iordanem usq; beth-
bera. Apprehēsosq; duos viros madi-
an oreb et zeb·interfecit oreb ī petra oreb:
zeb uero ī torcularī zeb. Et psecuti sūt
madian:capita oreb et zeb portātes ad
gedeon trās fluenta iordanis. C. vm.

Dixerunt ad eum viri ephraim.
Quid est hoc qd facere voluisti:
ut non nos vocares cū ad pugnam
pergeres cōtra madian? Iurgantes
fortiter:et prope vim inferentes. Quib
ille respondit. Quid enī tale facere po-
tui:quale vos fecistis? ſſNōne melior
est racemus ephraim vindemiis abie-
zer? In manus vestras dñs tradidit
principes madian oreb et zeb. Quid

rale facere potui: quale vos fecistis? Quod cū locutus esset: requieuit spīritus eoꝝ quo tumebant cōtra eū. Cūq; venisset gedeon ad iordanem transiuit eum cū trecentis viris qui secū erāt: et pre lassitudine fugientes psequi non poterāt. Dixitq; ad viros soccoth. Date obsecro panes ppl̄o qui mecum est quia valde defecerūt: ut possim⁹ persequi zebee et salmana reges madian. Responderunt principes soccoth. Nunquid palme manuum zebee et salmana in manu tua sūt: et idcirco postulas ut dem⁹ exercitui tuo panes. Quibus ille ait. Cum ergo tradiderit dñs zebee et salmana ī manus meas: conteram carnes vestras cū spinis tribulisq; deserti. Et inde conscendens venit in phanuel: locutusq; ē ad viros loci illius similia. Cui et illi responderunt sicut responderant viri soccoth. Dixit itaq; eis. Cum reuersus fuero victor ī pace destruam turrim hāc. Zebee autem et salmana requiescebāt cū omni exercitu suo. Quindecim enī milia viri remanserant ex omnibꝫ turmis orientalium populoꝝ: cesis centumuiginti milibus bellatoꝝ et ducentū gladiū. Ascendensq; gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabātur ad orientalem partē nobe et iecbaa percussit castra hostium qui securi erant et nichil aduersi suspicabātur: fugerūtq; zebee et salmana: quos psequens gedeon comprehendit turbato oīm exercitu eoꝝ. Reuertensq; de bello āte solis ortū apprehēdit puerꝫ de viris soccoth. interrogauitq; eū nomina prīcipum et seniorū soccoth: et descripsit septuagintaseptē viros. venitq; ad soccoth: et dixit eis. En zebee et salmana super quibus exprobrastis michi dicentes

forsitan manus zebee et salmana in manibꝫ tuis sunt: et idcirco postulas ut demus viris qui lassi sunt et defecerunt panes. Tulit ergo seniores ciuitatis et spinas deserti ac tribulos: et contriuit cū eis atq; comminuit viros soccoth. Turrim quoq; phanuel subuertit: occisis habitatoribus ciuitatis. Dixitq; ad zebee et salmana. Quales fuerūt viri quos occidistis in thabor? Qui responderūt. Similes tui: et unus ex eis quasi filius regis. Quibus ille respōdit. Fratres mei fuerūt: filij matris mee. Viuit dñs: quia si seruasseris eos nō vos occiderē. Dixitq; iether primogenito suo. Surge et interfice eos. Qui non eduxit gladiū. Timebat enī: quia adhuc puer erat. Dixeruntq; zebee et salmana. Tu surge et irrue in nos: qa iuxta etatem robur est hominis. Surrexit gedeon et interfecit zebee et salmana: et tulit ornamenta ac bullas quibus colla regaliū camelorū decorari solent. Dixeruntq; omnes viri israhel ad gedeon. Dominare nostri tu et filius tuus et filius filij tui: quia liberasti nos de manu madian. Quibꝫ ille ait. Non dñabor vestri: nec dominabit in vos filius meus: sed dominabit dñs. Dixitq; ad eos. Vnā petitionē postulo a vobis. Date michi inaures ex preda vestra. Inaures enī aureas ysmaelite habere cōsueuerant. Qui responderunt. Libentissime dabim⁹. Expandentesq; sup terrā pallium proiecerūt in eo inaures de preda: et fuit pond⁹ postulatarū inaurium mille septingenti auri sicli: absq; ornamentis et monilibus et veste purpurea quibꝫ reges madian uti solīt erant: et preter torques aureas camelorū. Fecitq; ex eo gedeon ephod: et posuit illud in ciuitate sua

ephra. Fornicatusq; est omnis israhel in eo: et factum est gedeoni et omni domui eius in ruinā. Humiliat⁹ est aūt madian corā filijs isrl nec potuerunt ultra cruices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta annos quibz gedeon prefuit. Abijt itaq; ierobaal filius ioas et habitauit in domo sua: habuitq; septuagīta filios qui egressi sunt de femore eius: eo qđ plures haberet uxores. Cōcubina aūt illius quā habebat in sichem genuit ei filiū nomine abimelech. Mortuusq; est gedeon fili⁹ ioas in senectute bona: et sepult⁹ est in sepulcro ioas pris sui i ephra de familia ezdri. Postq; aūt mortuus est gedeon auersi sunt filij israhel: et fornicati sunt in baalim. Percusserūtq; cū baal fedus ut esset eis in deū: nec recordati sunt dni dei sui qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omnium per circuitum: nec fecerūt misericordiā cum domo ierobaal gedeon iuxta omnia bona que fecerat israheli. C. ix.

Abijt aūt abimelech filius ierobaal in sichem ad fratres mris sue: et locutus est ad eos z ad omnem cognationem domus patris matrisq; sue dicēs. Loquimini ad omnes uiros sichem. Quid uobis est melius: ut dominentur uri septuaginta uiri omnes filij ierobaal-an ut dominet uobis unus uir? Simulq; considerate: quia os uestrū et caro uestra sum. Locutiq; sunt fratres mris eius de eo ad omnes uiros sichem uniuersos sermones istos: et inclinauerūt cor eoz post abimelech dicentes. Frater noster est. Dederūtq; illi septuaginta pondera argenti de phano baalberith. Qui conduxit sibi et ea uiros inopes et uagos: secutiq; sunt eum. Et uenit in domū pris sui ephra: et occidit fratres suos filios ierobaal septuaginta uiros super lapidem unū. Remanitq; ioathan filius ierobaal minimus: et absconditus est. Congregati sunt autem omnes uiri sichem et uniuerse familie urbis mello: abierūtq; et cōstituerunt regem abimelech iuxta querctū que stabat in sichem. Quod cū nunciatū esset ioathan iuit et stetit in uertice montis garizim: eleuataq; uoce clamauit et dixit. Audite me uiri sichem: ita ut audiat uos dominus. Ierūt ligna ut ungerent super se regē. Dixerūtq; oliue. Impera nobis. Que respondit. Nunquid possum deserere pinguedinem meam qua et dij utuntur z homines: et uenire ut inter ligna promouear? Dixeruntq; ligna ad arborem ficū. Veni: et sup nos regnū accipe. Que respondit eis. Nunquid possum deserere dulcedinem meā fructusq; suauissimos: z ire ut inter cetera ligna promouear? Locutaq; sūt ligna ad uitem. Veni et impera nobis. Que respondit eis. Nunquid possum deserere uinū meum qđ letificat deū et hominies: et inter ligna cetera cōmoueri? Dixerūtq; omnia ligna ad rannū. Veni et impera sup nos. Que respondit eis. Si uere me regē uobis constituitis uenite et sub umbra mea requiescite: si autem nō uultis: egrediatur ignis de ramno et deuoret cedros libani. Nūc igitur si recte et absq; pcō cōstituistis sup uos regem abimelech et bene egistis cū ierobaal et cū domo eius: et reddidistis uicem beneficijs ei⁹ qui pugnauit pro uobis z animam suam dedit periculis: ut eueret uos de manu madian: qui nunc surrexistis contra domū patris mei et interfecistis filios eius septuagīta uiros sup unū

lapidem: et cõstituistis regem abimelech filiũ ancille eius super habitatores sichem eo qõ frater vester sit: si ergo recte et absq; vitio egistis cũ ierobaal et domo eius hodie letemini in abimelech et ille letetur in vobis. Si autem peruerse: egrediatur ignis ex eo et consumat habitatores sichem et oppidũ mello: egrediaturq; ignis de viris sichem et de oppido mello et deuoret abimelech. Que cũ dixisset fugit et abiit in bera: habitauitq; ibi ob metũ abimelech fratris sui. Regnauit itaq; abimelech super isrl tribus annis. Misitq; dominꝰ spiritũ pessimũ inter abimelech et habitatores sichem: qui ceperunt eũ detestari: et scelus infectionis septuaginta filiorũ ierobaal et effusionẽ sanguinis eorũ conferre in abimelech fratrem suũ: et in ceteros sichimorũ principes qui eum adiuuerãt. Posuerunt; insidias aduersum eũ in summitate montiũ: et dũ illiꝰ prestolabãtur aduentũ exercebãt latrocinia: agentes predas de pretereuntibus. Nunciatũq; est abimelech. Venit aũt gaal filiꝰ obed cũ fratribus suis: et transiuit in sichimã. Ad cuius aduentũ erecti habitatores sichem egressi sunt in agros vastãtes vineas uuasq; calcãtes: et factis cantantiũ choris ingressi sunt phanũ dei sui: et inter epulas et pocula maledicebant abimelech clamãte gaal filio obed. Quis est iste abimelech et que est sichem ut seruiamꝰ ei? Nunquid non est filiꝰ ierobaal? Et constituit principem zebul seruũ suũ super viros emor patris sichem. Cur ergo seruiemus ei? Vtinã daret aliquis populum istũ sub manu mea: ut auferrem de medio abimelech. Dictũq; est abimelech. Cõgrega exercitus multitudinem et veni. Zebul cui princeps ciuitatis auditis sermonibus gaal filij obed iratꝰ est valde: et misit clam ad abimelech nuncios dicens. Ecce gaal filiꝰ obed venit in sichimam cũ fratribus suis: et oppugnat aduersũ te ciuitatẽ. Surge itaq; nocte cũ populo qui tecũ ẽ et latita in agro: et primo mane oriente sole irrue super ciuitatem. Illo aũt egrediente aduersum te cum populo suo: fac ei qõ poteris. Surrexit itaq; abimelech cũ omni exercitu suo nocte: et tetendit insidias iuxta sichimam in quatuor locis. Egressusq; est gaal filiꝰ obed: et stetit in introitu porte ciuitatis. Surrexit aũt abimelech et omnis exercitꝰ cũ eo de insidiarũ loco. Cumq; vidisset populum gaal: dixit ad zebul. Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respõdit. Umbras montium vides quasi capita hominũ: et hoc errore deciperis. Rursumq; gaal ait. Ecce populus de umbilico terre descendit: et unus cuneus venit per viã que respicit quercũ. Cui dixit zebul. Vbi est nũc os tuũ quo loquebaris: quis est abimelech ut seruiamus ei? Nõne hic est populus quem despiciebas? Egredere et pugna cõtra eũ. Abiit ergo gaal exspectante sichimorũ populo et pugnauit contra abimelech: qui persecutus est eũ fugientem in urbẽ compulit. Cecideruntq; ex parte eius plurimi usq; ad portã ciuitatis: et abimelech sedit in ruma. Zebul aũt gaal et socios eius expulit de urbe: nec in ea passus est cõmorari. Sequenti ergo die egressus est populus in campũ: qõ cũ nunciatum esset abimelech tulit exercitũ suum et diuisit in tres turmas: tenẽs insidias in agris. Vidensq; ut egrederetur populus de ciuitate surrexit et irruit in eo cũ cuneo suo oppugnans et obsidens ciuitatẽ: due

aūt turme palātes per cāpum aduſa-
rios perſequebātur. Porro abimelech
oīū die illo oppugnabat urbē: quā ce-
pit interfectis habitatoribz ei⁹: ipſa q̄z
deſtructa ita ut ſal i ea diſpergeret. Qđ
cū audiſſent qui habitabant in turre
ſichimoz: ingreſſi ſunt phanū dei ſui
berith ubi fedus cū eo pepigerant et re
eo locus nomē acceperat: qui erat mu-
nitus valde. Abimelech quoq; audi-
ens viros turris ſichimoz pariter con-
globatos aſcendit in mōtem ſelmon
cū oīū pplo ſuo: et arrepta ſecuri pre-
cidit arboris ramū impoſitūq; ferens
humero dixit ad ſocios. Quod me vi-
diſtis facere cito facite. Igit̄ certatim
ramos de arboribus p̄cidentes ſeque-
bantur ducem. Qui circūdātes preſi-
dium ſuccenderūt: atq; ita factū eſt ut
fumo et igne mille hoīnū necarent̄
viri pariter et mlieres habitatoz turris
ſichem. Abimelech aūt inde pfiſcen⁹
venit ad oppidū thebes: qđ circūdans
obſidebat exercitu. Erat aūt turris ex-
celſa in media ciuitate: ad quā confu-
gerant ſimul viri ac mulieres et oīes⁹
p̄ncipes ciuitatis clauſa firmiſſime
ianua: et ſup turris tectū stātes p pro-
pugnacla. Accedēſq; abimelech iuxta
turrim pugnabat fortiter: ⁊ appropin-
quans hoſtio ignē ſupponere nitebat̄.
Et ecce una mulier fragmen mole de-
ſuper iaciens illiſit capiti abimelech:
et confregit cerebrū eius. Qui vocauit
cito armigerū ſuū: et ait ad eū. Euagi-
na gladiū tuū et percute me: ne forte di-
catur ꝙ a femina interfectus ſim. Qui
iuſſa pficiens interfecit eū. Illoq; mor-
tuo oīes qui cū eo erant de iſrahel re-
uerſi ſunt in ſedes ſuas: ⁊ reddidit de-
us malū quod fecerat abimelech con-
tra patrem ſuū interfectis ſeptuaginta
fratribz ſuis. Sichimitis q̄z qđ opera-
ti erant rettibutū eſt: et venit ſuper eos
maledictio ioathan filij ierobaal. C. x.

Poſt abimelech ſurrexit dux i iſra-
hel thola filius phua patrui abi-
melech vir de iſachar qui habitauit i
ſamir mōtis ephraim: et iudicauit iſ-
rahel viginti et tribz ānis: mortuuſq;
eſt ac ſepultus in ſamir. Huic ſucceſſit
iair galaadites qui iudicauit iſrahel
per viginti et duos annos: habēs tri-
ginta filios ſedētes ſup trigīta pullos
aſinarū et p̄ncipes triginta ciuitatū:
que ex nomine ei⁹ ſūt appellate auoth
iair id eſt oppida iair uſq; in p̄ſentem
diem in terra galaad. Mortuuſq; eſt
iair: ac ſepult⁹ in loco cui eſt vocabu-
lum camon. Filij aūt iſrl peccatis ve-
teribus iungentes noua fecerūt malū
in cōſpectu dñi: et ſeruierūt ydolis ba-
alim et aſtharoth ⁊ diis ſirie ac ſidonis
et moab et filioz ammon et philiſtijm:
dimiſerūtq; dñm et nō coluerunt eum.
Contra quos iratus tradidit eos in
manus philiſtijm ⁊ filiorum ammon:
afflictiq; ſunt et vehementer oppreſſi p
annos decem et octo. oīes qui habi-
tabant trans iordanen in terra amor-
rei que eſt in galaad. intantū ut filij
ammon iordane tranſimſſo vaſtarent
iudā et beniamin ⁊ ephraim. Afflictus
q; eſt iſrl nimis. Et clamantes ad do-
minum dixerūt. Peccauimus tibi: q̄a
dereliquimus dñm deū noſtrū et ſeruī-
mus baalim. Quibz locut⁹ eſt dñs.
Numquid nō egipti ⁊ amorrei filijq;
ammon et philiſtijm ſidonij quoq; ⁊
amalech ⁊ chanaan oppreſſerunt vos.
et clamaſtis ad me et eruī vos de ma-
nu eoz: Et tamen reliquiſtis me: et co-
luiſtis deos alienos. Idcirco nō addā
ut ultra vos liberem. Ite et inuocate

deos quos elegistis. Ipsi vos liberēt in tempore angustie. Dixerunt q; filij israhel ad dñm. Peccauim⁹: redde tu nobis quicquid placet tibi: tantū nūc libera nos. Que dicentes oīa de finibus suis alienoz deorū ydola proiecerunt: et seruierūt dño deo: qui doluit sup miseriis eoz. Itaq; filij ammon cōclamantes in galaad fixere tētoria: contra quos congregati filij israhel in maspha castrametati sunt. Dixeruntq; principes galaad singuli ad proximos suos. Qui primus ex nobis cōtra filios ammon cepit dimicare: erit dux populi galaad. C·xi·

Fuit itaq; illo in tempore iepthe galaadites vir fortissimus atq; pugnator filius mulieris meretricis: qui nat⁹ est de galaad. Habuit autē galaad uxorem de qua suscepit filios: qui postq; creuerant eiecerūt iepthe dicentes. Heres in domo patris nri esse nō poteris: quia de adultera matre nat⁹ es. Quos ille fugiens atq; deuitans habitauit in terra thob. Congregatiq; sunt ad eū viri inopes et latrocinantes: et quasi principē sequebātur. In illis diebus pugnabāt filij ammon contra israhel: quibz acriter instantibus· perrexerūt maiores natu de galaad ut tollerent in auxiliū sui iepthe de terra thob. Dixerūtq; ad eum. Veni et esto princeps noster: et pugna ⁊tra filios ammon. Quibz ille respondit. Nōne vos estis qui odistis me et eiecistis de domo pris mei: et nūc venistis ad me necessitate cōpulsi. Dixerūtq; principes galaad ad iepthe. Ob hāc igitur causam nūc ad te venim⁹ ut proficiscaris nobiscū: et pugnes ⁊tra filios ammon: fiesq; dux omniū qui habitant in galaad. Iepthe quoq; dixit eis. Si vere venistis ad me ut pugnem pro vobis contra filios ammon· tradideritq; eos dñs in man⁹ meas: ego ero vester princeps? Qui respondērūt ei. Dominus qui hec audit ipse mediator ac testis est: q nostra pmissa faciam⁹. Abiit itaq; iepthe cū principibz galaad: fecitq; eū oīs pplus principē sui. Locutusq; est iepthe omnes sermones suos coram dño in maspha. Et misit nūcios ad regē filioz ammon: qui ex psona sua dicerent. Quid michi et tibi est q̄a venisti contra me ut vastares terram meam? Quibus ille respondit. Quia tulit israhel terrā meam quādo ascendit de egipto: a finibus arnon usq; iabboc atq; iordanen. Nunc ergo cū pace redde michi eam. Per quos rursum mandauit iepthe: et imperauit eis ut dicerēt regi ammon. Hec dicit iepthe. Nō tulit israhel terrā moab nec terrā filioz ammon: sed quādo de egipto conscenderunt ambulauit per solitudinē usq; ad mare rubrū: et venit in cades. Misitq; nūcios ad regem edom dicēs. Dimitte me ut trāseam terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoq; ad regem moab: qui et ipse transitū prebere cōtempsit. Mansit itaq; i cades: et circuiuit ex latere terrā edom et terrā moab. Venitq; ad orientalem plagā terre moab et castrametat⁹ est trans arnon nec voluit intrare terminos moab. Arnon quippe confinium est terre moab. Misit itaq; israhel nuncios ad seon regē amorreoz qui habitabat in esebon: et dixerūt ei. Dimitte ut transeam per terram tuā usq; ad fluuium. Qui et ipse israhel verba despiciens nō dimisit eum transire per terminos suos: sed infinita multitudine congregata egressus est cōtra eum

in ialla:z fortiter reliſtebat. Tradiditq; eum dñs in manu iſrl cum oñi exercitu ſuo et pcuſſit eū: et poſſedit oñem terram amorrei habitatoris regionis illius et uniuerſos fines ei⁹ de arnon uſq; iaboc:z de ſolitudine uſq; ad iordanen. Dominus ergo deus iſrahel ſubuertit amorreū pugnāte cōtra illū pplo ſuo iſrl. Et tu nunc uis poſſidere terrā eius? Nonne ea que poſſedit chamos de⁹ tuus tibi iure debetur? Que aūt dominus deus noſter victor obtinuit: in noſtrā cedent poſſeſſionē. Nūq; forte melior es balac filio ſephor rege moab·aut docere potes q̄ iurgar⁹ ſit cōtra iſrahel et pugnauerit contra eū quādo habitauit in eſebon et viculis eius et in aroer et villis illius: uel in cūctis ciuitatibz iuxta iordanen p̄ trecentos annos? Quare tanto tempore nichil ſup hac repetitione temptaſtis? Igitur nō ego pecco in te: ſed tu contra me male agis·indicēs michi bella nō iuſta. Iudicet dñs arbiter huius diei inter iſrl et inter filios ammon. Noluitq; acquieſcere rex filioz ām on uerbis iepthe que per nūcios mādauerat. Factus eſt ergo ſup iepthe ſpiritus domini: et circuiens galaad et manaſſe maſpha quoq; galaad: et inde tranſiens ad filios ammon votum uouit dño dicens. Si tradideris filios ammon in manus meas: quicūq; prim⁹ fuerit egreſſus de foribus domus mee· michiq; occurrerit reuertenti cū pace a filijs ammon: eū holocauſtū offerā domino. Trāſiuitq; iepthe ad filios ammon ut pugnaret contra eos: quos tradidit dñs in man⁹ eius: percuſſitq; ab aroer uſq; dū venias in mennith viginti ciuitates: et uſq; ad abel que ē vineis cōſita plaga magna nimis: humiliatiq; ſunt filij ammon a filijs iſrahel. Reuertēti aūt iepthe i maſpha domū ſuā occurrit ei unigenita filia cū tympanis et chꝛis. Non em̄ habebat alios liberos. Qua viſa: ſcidit veſtimenta ſua et ait. Heu me filia mi: decepiſti me·et ipa decepta es. Aperui enim os meū ad dūm: et aliud facere non potero. Cui ille reſpondit. Pater mi·ſi aperuiſti os tuum ad dūm·fac michi quodcūq; pollicit⁹ es: conceſſa tibi ultione atq; victoria de hoſtibus tuis. Dixitq; ad patrem. Hoc ſolum michi preſta qđ deprecor. Dimitte me ut duobus menſibz circueam mōtes: et plāgam virginitatē meā cū ſodalibus meis. Cui ille reſpōdit. Vade. Et dimiſit eā duobus menſibus. Cunq; abiſſet cū ſocijs et ſodalibus ſuis: flebat virginitatem ſuā in mōtibus. Expletiſq; duobus menſibus reuerſa eſt ad patrem ſuū: et fecit ei ſicut uouerat. Que ignorabat virū. Exinde mos increuit in iſrl et conſuetudo ſeruata eſt: ut poſt anni circulū conueniant in unum filie iſrahel et plangant filiā iepthe galaadite diebz quatuor. C. xn·

Ecce autē in ephraim orta eſt ſedicio. Nam tranſeuntes contra aquilonem·dixerunt ad iepthe. Quare vadens ad pugnā cōtra filios ām on uocare nos noluiſti: ut pergeremus tecum? Igitur incendem⁹ domū tuam. Quibz ille reſpondit. Diſceptatio erat michi z pplo meo contra filios ām on uehemens: uosq; uocaui ut preberetis michi auxiliū: et facere noluiſtis. Qđ cernens poſui animā meā in manibz meis: trāſiuiq; ad filios ām on: et tradidit eos dñs in manus meas. Quid cōmetui: ut aduerſum me conſurgatis in prelium? Vocatis itaq; ad ſe cunctis

uirīs de galaad pugnabat contra ephraīm. Percusserūtq; uiri galaad ephraīm: quia dixerat fugitiu⁹ est galaad de ephraīm ⁊ habitat in medio ephraīm et manasse. Occupauerunt galaadite uada iordanis per que ephraīm reuersurus erat. Cunq; uenisset ad ea de ephraīm numero fugiēs. atq; dixisset obsecro ut me transire permittas: dicebant ei galaadite. Numquid ephrateus es? Quo dicente non sum: interrogabāt eū. Dic ergo sebbolech: qđ interpretat̄ spica. Qui respondebat thebbolech: eadē littera spicam exprimere non valens: statimq; apprehensum iugulabāt in ipso iordanis transitu. Et ceciderūt in illo tēpore de ephraīm quadragīta duo milia. Iudicauit itaq; iepthe galaadites israhel sex annis: ⁊ mortuus est ac sepult⁹ in ciuitate sua galaad. Post hunc iudicauit israhel abessan de bethleem: qui habuit trigīta filios et totidem filias. Quas emittēs foras maritis dedit: ⁊ eiusdem numeri filijs suis accepit uxores: introducens in domū suā. Qui septem annis iudicauit israhel: mortu⁹ q; est ac sepult⁹ in bethleem. Cui successit ahialon zabulonites: et iudicauit israhel decem ānis: mortuusq; est ac sepultus in zabulon. Post hūc iudicauit isrl' abdon filius hellel pharatonites qui habuit quadraginta filios ⁊ triginta ex eis nepotes ascendentes super septuaginta pullos asinarum: et iudicauit israhel octo annis: mortuusq; est ac sepultus in pharaton terre ephraīm in monte amalech.

Rursumq; filij isrl' fecerūt malum in conspectu dñi: q̄ tradidit eos in manus philistinoꝝ quadraginta annis. Erat aūt quidā uir de saraa Exm. et de stirpe dan nomine manue habēs uxorem sterilem: cui apparuit angelus dñi: et dixit ad eam. Sterilis es et absq; liberis: sed concipies et paries filiū. Caue ergo ne bibas uinū ac siceram nec immūdum quicq̄ comedas: quia concipies et paries filiū: cui⁹ nō tāget caput nouacula. Erit enim nazareus dei ab infantia sua et ex matris utero: et ipe incipiet liberare israhel de manu philistinoꝝ. Que cū uenisset ad maritum suū: dixit ei. Uir dei uenit ad me habens uultum angelicum: terribilis nimis. Quē cum interrogassem quis esset ⁊ unde uenisset ⁊ quo nomine uocaretur noluit michi dicere: sed hoc respondit. Ecce concipies et paries filiū. Caue ne uinū bibas nec siceram: ⁊ ne aliquo uescaris immūdo. Erit enī puer nazareus ab infantia sua et ex utero matris sue: usq; ad diē mortis sue. Orauit itaq; manue dñm et ait. Obsecro dñe ut uir dei quē misisti ueniat iterū: et doceat nos quid nos debeam⁹ facere de puero q̄ nasciturus est. Exaudiuitq; dñs deprecāteꝫ manue: et apparuit rursū angelus dñi uxori eius sedenti ī agro. Manue aūt marit⁹ eius non erat cū ea. Que cū uidisset angelū festinauit et cucurrit ad uirū suū: nunciauitq; ei dicēs. Ecce apparuit michi uir quē ante uideram. Qui surrexit et secut⁹ est uxorem suā: uenientsq; ad uirum dixit ei. Tu es q̄ locut⁹ es mulieri? Et ille respondit. Ego sū. Cui manue. Quando inquit sermo tuus fuerit expletus: quid uis ut faciat puer aut a quo se obseruare debebit? Dixitq; angelus dñi ad manue. Ab oīb⁹ que locutus sum uxori tue abstineat se: et quicquid ex uinea nascitur non comedat: uinū et siceram non bibat: nullo

uelcatur ĩmmũdo·et qđ ei ꝓcepi ĩpleat atq; cuſtodiat. Dixĩt ĩtaq; manue ad angelũ dñi. Obſecro te ut acquieſcas precibꝫ meis:et faciam⁹ tibi hedũ de capris. Cui reſpõdit angelus. Si me rogis nõ comedã panes tuos: ſi aũt vis holocauſtũ facere offer illud domino. Et neſciebat manue qđ angel⁹ dñi eſſet. Dixitq; ad eũ. Qđ eſt tibi nomen:ut ſi ſermo tu⁹ fuerit expleꝫ honoremus te? Cui ille reſpõdit. Cur queris nomẽ meũ qđ eſt mirabile? Tulit ĩtaq; manue hedum de capris et libamenta:et poſuit ſup petrã offerẽs dño qui facit mirabilia. Ipſe aũt et uxor eius intuebant. Cũq; aſcenderet flamma altaris in celũ:angel⁹ dñi pariter in flãma aſcendit. Qđ cũ uidiſſet manue ⁊ uxor ei⁹·proni ceciderũt in terrã: et ultra eis non apparuit angel⁹ dñi. Statimq; intellexit manue angelum dñi eſſe:et dixit ad uxorẽ ſuã. ſſMorte moriemur:quia uidim⁹ dñm. Cui reſpõdit mulier. Si dñs nos uellet occidere·de manibꝫ nr̃is holocauſtũ et libamenta non ſuſcepiſſet:nec oſtendiſſet nobis hec omnia:neq; ea q̃ ſunt uenitura dixiſſet. Peperit ĩtaq; filium: et uocauit nomẽ eius ſamſon. Creuitq; puer et benedixit ei dominus: cepitq; ſpiritus domini eſſe cum eo in caſtris dan:in terra ſaraa ⁊ eſthaol. C. xm

Deſcendit ergo ſamſon ī thamnatha: uidensq; ibi mulierẽ de filiabus philiſtiim aſcendit et nũciauit patri ſuo et matri ſue dicẽs. Vidi mulierem in thãnatha de filiabꝫ philiſtinoꝝ:quã queſo ut michi accipiatis uxorem. Cui dixerũt pater et mater ſua. ſſũquid nõ eſt mulier ī filiabꝫ fratrũ tuoꝝ et in oñi pplo tuo:qã uis accipere uxorẽ de philiſtiim qui incircũciſi ſunt? Dixitq; ſamſon ad prem ſuum. Hãc michi accipe quia placuit oculis meis. Parẽtes aũt ei⁹ neſciebãt q̃ res a dño fieret:et quereret occaſionẽ ꝺcra philiſtiim. Eo enĩ tpe dñabantur philiſtiim iſrahel. Deſcendit ĩtaq; ſamſon cũ pre ſuo ⁊ matre in thãnatha. Cũq; uenilſent ad uineas oppidi apparuit catulus leonis ſeuus et rugiens:et occurrit ei. Irruit aũt ſpir⁹ dñi in ſamſon:et dilacerauit leonẽ quaſi hedum in fruſta decerperet nichil omnino habens ī manu:et hoc pri et matri noluit indicare. Deſcenditq; et locut⁹ eſt mulieri que placuerat oculis ei⁹. Et poſt aliquot dies reuertens ut acciperet eã: declinauit ut uideret cadauer leonis. Et ecce examen apum in ore leonis erat:ac fau⁹ mellis. Quẽ cũ ſumpſiſſet in manibꝫ comedebat ī uia:uenienſq; ad prem ſuũ et matrẽ dedit eis partẽ qui et ipſi comederũt:nec tamẽ eis uoluit indicare q̃ mel de corpore leonis aſſumpſerat. Deſcendit ĩtaq; pater ei⁹ ad mulierem:et fecit filio ſuo ſamſon cõuiuiũ. Sic enim iuuenes facere conſueuerãt. Cũ ergo ciues loci illi⁹ uidiſſent eũ dederũt ei ſodales triginta qui eſſent cũ eo. Quibꝫ locut⁹ eſt ſamſon. Proponã uobis queſtionis problema: qđ ſi ſolueritis michi ĩtra ſeptẽ dies conuiuij dabo uobis triginta ſyndones et totidẽ tunicas. Sinautẽ nõ potueritis ſoluere:uos dabitis michi triginta ſyndones ⁊ eiuſdẽ numeri tunicas. Qui reſpõderunt ei. Propone problema ut audiamus. Dixitq; eis. De comedẽte exiuit cibꝫ:et de forti egreſſa eſt dulcedo. ſſnec potuerũt p tres dies propoſitionẽ ſoluere. Cũq; adeſſet dies ſeptim⁹:dixerũt ad uxorẽ ſamſon. Blãdire uiro tuo:et ſuade ei ut indicet

ribi quid significet problema. Quod si facere nolueris: incendem⁹ te ⁊ domū pris tui. An idcirco vocastis nos ad nuptias ut spoliaretis. Que fundebat apud samson lacrimas: ⁊ querebatur dicēs. Odisti me et nō diligis: idcirco problema qđ proposuisti filijs ppli mei nō vis michi exponere. At ille respōdit. Patri meo et mri nolui dicere: et tibi indicare potero? Septē igit̄ diebs conuiuij flebat āte eū: tandēq; die septimo cū ei esset molesta exposuit. Que statim indicauit ciuibs suis. Et ille dixerūt ei die septimo āte solis occubitū. Quid dulci⁹ melle: et quid fortiꝰ leone? Qui ait ad eos. Si nō arasseris in vitula mea: non inuenisseris propositionem meam. Irruit itaq; in eum spirit⁹ domini: descēditq; ascalonē et percussit ibi triginta viros: quoq; ablatas vestes dedit hijs qui pblema soluerāt. Iratus q; nimis ascendit in domum patris sui: uxor autem eius accepit maritū unum de amicis ei⁹ et pnubis. Cxv.

Post aliquantū aūt temporis cū dies messis instarent venit samson inuisere volēs uxorē suā: et attulit ei hedū de capris. Cūq; cubiculū ei⁹ solito vellet intrare: phibuit illū pater illi⁹ dicēs. Putaui q odisses eā: et ideo tradidi illā amico tuo. Sed habet sororē q̄ iunior et pulcrior illa est: sit tibi pro ea uxor. Cui samson respōdit. Ab hac die nō erit culpa in me cōtra philistheos. Faciā em̄ vobis mala. Perrexitq; ⁊ cepit trecentas vulpes: caudasq; eaꝝ vinxit ad caudas et faces ligauit in medio: quas igne succendens dimisit ut huc illucq; discurrerent. Que statim pretexerūt in segetes philistinoꝝ. Quibs succensis et cōportate iam fruges et adhuc stantes in stipula cōcremate sūt: intātū ut vineas quoq; ⁊ oliueta flāma cōsumeret. Dixerūtq; philistijm. Quis fecit hāc rem? Quibs dictum est. Samson gener thamnathei: qā tulit uxorē ei⁹ et alteri tradidit hec operat⁹ est. Ascenderūtq; philistijm: et cōbusserūt tā mulierē quā patrē ei⁹. Quibs ait samson. Licet hec feceritis tamē adhuc ex vobis expetā ultionē: et tūc quiescā. Percussitq; eos ingenti plaga: ita ut stupētes surā femori imponerent. Et descendēs habitauit in spelūca petre etham. Igit̄ ascendētes philistijm in terrā iuda castrametati sunt in loco qui postea vocat⁹ est lechi id est maxilla: ubi eoꝝ fusus est exercit⁹. Dixerūtq; ad eos de tribu iuda. Cur ascendistis adūsum nos? Qui respōderunt. Vt ligemus samson venim⁹: et reddam⁹ ei que in nos operat⁹ est. Descenderūt ergo tria milia viroꝝ de iuda ad specū silicis ethā. Dixerūtq; ad samson. Nescis q philistijm imperent nobis? Quare hoc facere voluisti? Quibus ille ait. Sicut fecerūt michi: sic feci eis. Ligare inquiūt te venim⁹: et tradere in man⁹ philistinoꝝ. Quibs samson iurate ait ⁊ spondete michi: q nō occidatis me. Dixerūt. Nō te occidem⁹: sed vinctū tradem⁹. Ligauerūtq; eū duobus nouis funibs: ⁊ tulerūt eū de petra etham. Qui cū venisset ad locū maxille ⁊ philistijm vociferātes occurrissent ei irruit spiritus dñi in eū: et sicut solēt ad odorē ignis ligna cōsumi: ita vincula quibs ligat⁹ erat dissipata sūt et soluta. Inuentāq; maxillā id est mandibulā asini que iacebat arripiens: interfecit in ea mille viros et ait. In maxilla asini in mādibula pulli asinarū deleui eos: et percussi mille viros. Cūq; hec verba caneret complesser: proiecit

mandibulā de manu: et uocauit nomen loci illi⁹ ramathlechi: qđ īterpretatur eleuatio maxille. Sitiēsq; valde clamauit ad dñm et ait. Tu dedisti in manu serui tui salutē hāc maximam atq; uictoriā: et en siti morior: incidāq; in man⁹ circūcisoꝝ. Aperuit itaq; dñs molarē dentē in maxilla asini: et egressa sūt ex eo aque. Quibꝫ hausttis refocillauit spiritū: et uires recepit. Idcirco appellatum est nomen loci illius īuocantis fons de maxilla: usq; in p̄sentem diem. Judicauitq; israhel in diebus philistiim uiginti ānis. C. xvi.

Abiit quoq; i gazam et uidit ibi mulierē meretricē: ingressusq; est ad eā. Qđ cū audissēt philistiim et perstrepuissent apud eos. intrasse urbem samson: circūdederūt eū positis i porta ciuitatis custodibꝫ: et ibi tota nocte cū silentio prestolāres ut facto mane exeuntem occideret. Dormiuit autē samson usq; ad mediū noctis: et inde consurgēs appēdit ābas portę fores cū postibꝫ suis et sera: impositasq; humeris suis portauit ad uerticē mōtis qui respicit hebron. Post hec amauit mulierē q̄ habitauit in ualle sorech: et uocabat̄ dalila. Venerūtq; ad eā p̄cipes philistinoꝝ atq; dixerūt. Decipe eū et disce ab illo in quo habeat tantā fortitudinē: et quomō eū superare ualeamus et uinctū affligere. Qđ si feceris: dabim⁹ tibi singli mille argēteos. Locuta ē ergo dalila ad sāson. Dic michi obsecro in quo sit tua maxima fortitudo: et qđ sit quo ligat⁹ erūpere nequeas. Cui respōdit samson. Si septem neruiceis funibꝫ necdū siccis et adhuc humētibꝫ ligat⁹ fuero: infirm⁹ ero ut ceteri hmines. Attulerūtq; ad eā satrapę philistinoꝝ septem funes ut dixerat: quibus uinxit eū latentibꝫ apud se insidijs: et in cubiculo finē rei expectātibꝫ. Clamauitq; ad eū. Philistiim super te samson. Qui rupit uincla quomodo si rūpat quis filū de stuppa tortū sputamine cū odorē ignis acceperit: et nō est cognitū in quo esset fortitudo eius. Dixitq; ad eū dalila. Ecce illusisti michi: et falsum locut⁹ es. Valē nunc indica michi quo ligari debeas. Cui ille respōdit. Si ligat⁹ fuero nouis funibꝫ qui nūq̄ fuerūt in opere: infirm⁹ ero et alioꝝ hominū similis. Quibus rursū dalila uinxit eū: et clamauit philistiim sup te samson: in cubiculo insidijs preparatis. Qui ita rupit uincula: quasi fila telaꝝ. Dixitq; dalila rursum ad eū. Usquequo decipis me et fallū loqueris? Ostende de quo uinciri debeas. Cui respōdit samson. Si inquit septē crines capitis mei cū licio plexueris et clauū hijs circūligatū terre fixeris: infirm⁹ ero. Qđ cū fecisset dalila: dixit ad eū. Philistiim sup te sāson. Qui cōsurgens de somno extraxit clauū cū crinibus et licio. Dixitq; ad eū dalila. Quomodo dicis q̄ amas me cū anim⁹ tu⁹ nō sit mecū? Per tres uices mēti⁹ es michi: et noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo tua. Cumq; molesta ei esset et p multos dies iugiter adhereret: spaciū ad quietē nō tribuēs: defecit anima ei⁹ et ad mortē usq; lassata ē. Tūc aperiens ueritatem rei dixit ad eā. Ferrū nūq̄ ascendit sup caput meū: quia nazareus id est cōsecrat⁹ dño sum de utero mris mee. Si ralū fuerit caput meum recedat a me fortitudo mea et debilitā: eroq; sicut ceteri hmines. Uidēsq; illa q̄ cōfessus ei esset omnem animū suū: misit ad p̄cipes philistinoꝝ ac mādauit. Ascendite adhuc semel: qā

nūc mihi aperuit os suū. Qui abscendē-
rūt: assūpta pecunia quā promiserāt. At
illa dormire eū fecit sup genua sua: et
i sinu suo reclinare caput. Vocauitq;
cōsorē z rasit septē crines eius: z cepit ab-
igere eū et a se repellere. Statī enī de eo
fortitudo discessit. Dixitq; philisthim
sup te sāson. Qui de somno cōsurgēs
dixit i animo suo. Egrediar sicut ātea
feci z me excutiā: nesciens q recessisset
ab eo dñs. Quē cū apphendissent phili-
sthim statim eruerūt oculos eius: et duxe-
rūt gazā uinctū cathenis: et clausū in
carcere molere fecerūt. Iāq; capilli eius
renasci ceperāt: et principes philistinoꝝ
cōuenerūt i unū ut immolarēt hostias
magnificas dagon deo suo z epularen-
tur dicētes: tradidit deus noster inimicū
nrm sāson i manus nras. Dū etiā ppls
uidēs laudabat deū suū: eadēq; dicebat.
Tradidit deus noster aduersariū nrm in
manus nras: q deleuit terrā nrām: z oc-
cidit plurimos. Ietāsq; per cōuiuia
iuptis iā epulis pceperūt ut uocaretur
sāson: et ātea eos luderet. Qui adduct⁹
de carcere ludebat ātea eos: fecerūtq; eū
stare inter duas colūnas. Qui dixit
puero regēti gressus suos. Dimitte me
ut tangā colūnas quibꝫ oīis immi-
net dom⁹. z reclinet sup eas et paululū
requiescā. Dom⁹ aūt erat plena uiro-
rū ac mulierū: z erāt ibi oēs principes
philistinoꝝ: ac de tecto z solario circi-
ter tria milia utriusq; sexus spectabāt
ludentē sāson. At ille inuocato dño
ait. Dñe deus me⁹ memēto mei: z redde
michi nūc fortitudinē pristinā deus me⁹
ut ulciscar me de hostibꝫ meis: z p amis-
sione duorū luminū unā ultionē recu-
piā. Et apprehēdēs ābas colūnas qui-
bus innitebat dom⁹: alterāq; eaꝝ de-
xtera. et alterā leua tenēs ait. Moriat
anima mea cū philisthim. Cōcussitq;
fortiter colūnis cecidit dom⁹ sup oēs
principes et ceterā multitudinē q ibi erat.
Multoq; plures interfecit mortis: q̄s
āte uiu⁹ occiderat. Descendētes aūt fres
eius et uniuersa cognatio tulerūt corpus
eius: et sepelierunt inter saraa z estahol
in sepulcro patris sui manue: iudica-
uitq; israhel uiginti annis. C. xvm.

Fuitq; eo tpe uir quidā de mōte e-
phraim nomine michas: q dixit
mri sue. Mille cētū argēteos qs separa-
ueras et sup quibꝫ me audiēte iuraue-
ras ecce ego habeo: z apud me sūt. Cui
illa respōdit. Benedict⁹ filius me⁹ dño.
Reddidit ergo eos mri sue: q dixerat ei.
Cōsecraui z uoui hoc argentū dño. ut
de manu mea suscipiat filius meus et
faciat sculptile atq; cōflatile: z nūc tra-
do illud tibi. Reddidit igit eos mri sue.
Que tulit ducētos argēteos et dedit e-
os argentario: ut faceret ex eis sculptile
atq; cōflatile qd fuit in domo michē.
Qui ediculā q̄s in ea deo separauit: et fe-
cit ephod theraphim id est uestē sacer-
dotalē z ydola. Impleuitq; uni⁹ filioꝝ
suoꝝ manū: et fact⁹ ē ei sacerdos. In di-
ebus illis non erat rex in isrl: sed unus-
quisq; qd sibi rectū uidebat hoc faciebat.
Fuit q̄s in tpe illo alter adolescēs de be-
thleem iuda ex cognatione eius eratq;
ipe leuites et habitabat ibi. Egressusq;
de ciuitate bethleem: peregrinari uoluit
ubicūq; sibi cōmodū reppērisset. Cūq;
uenisset in mōtē ephraim iter facies z
declinasset parūper i domo michē: in-
terrogat⁹ ē ab eo unde uenisset. Qui re-
spōdit. Leuita sū de bethleem iuda: z ua-
do ut habitē ubi potuero z utile michi
esse pspexero. Mane apud me inquit
et esto michi parēs ac sacerdos: dabo
q tibi p ānos singl'os decē argēteos

ac vestē duplicē:z q̄ ad victū sūt necessaria. Acq̄euīt et mālit apud hominē: fuitq; illi q̄si un⁹ de filijs. Impleuitq; micha manum ei⁹:z habuit puerum sacerdotem apud se:nunc scio dicens q̄ bene faciet michi deus. habenti leuitici generis sacerdotem. C. xvm.

In diebz illis nō erat rex i isrl:z tribz dan q̄rebat possessionē sibi ut habitaret i ea. Vsq; ad illū em̄ diē inter ceteras tribus sortē nō acceperat. Misērūt ergo filijs dan stirpis z familie sue quīq; viros fortissimos de saraa z esthaol: ut explorarent terrā et diligenter inspicerēt. Dixerūtq; eis. Ite z cōsiderate terrā. Qui cū pergerēt venissēt in mōtē ephraim et intrassēt domū micheː requieuerūt ibi. Et agnoscētes vocē adolescētis leuite. utēteslq; illi⁹ diuersorio: dixerūt ad eū. Quis te huc adduxit? Quid hic agis? Quāobcausā huc venire voluisti? Qui respōdit eis. Hec z hec prestitit michi michas:z me mercede cōduxit ut sim ei sacerdos. Rogauerūtq; eū ut cōsuleret dñm:z scire posset an pspero iter agere pgerēt. z rs habaret affectū. Qui respōdit eis. Ite cū pace. Dñs respicit viam vram:et iter quo pgitis. Euntes igit̄ quīq; viri venerūt lais: viderūtq; pplm habitātē in ea absq; vllo timore iuxta cōsuetudinē sydoniorū:securi et quietū nullo eis pmit⁹ resistēte magnarūq; opū:z procul a sydone atq; a cūctis hominibz separatū. Reūsiq; ad frēs suos in saraa et esthaol: z q̄d egissēt scisitātibz respōderūt. Surgite et ascēdamus ad eos. Vidim⁹ em̄ terrā valde opulētā z uberē. Nolite negligere:nolite cessare. Eam⁹ z possideam⁹ eā: null⁹ erit labor. Intrabim⁹ ad securos i regionē latissimā:tradetq; nobis dñs locū i quo nulli⁹ rei est penuria eoz que gignūtur in terra. Profecti igit̄ sūt de cognatone dan de saraa z esthaol sexcēti viri accincti armis bellicis:ascēdētesq; māserūt in chariathiarim iude:q̄ loc⁹ ex eo tpe castroz dan nomē accepit. z est post tergū chariathiarim. Inde trāsierūt i mōtē ephraim. Cūq; venissēt ad domū miche: dixerūt quīq; viri q̄ prius missi fuerāt ad cōsiderandā terrā lais ceteris tribz suis. Nostis q̄ in domibz istis sit ephod et theraphim z sculptile atq; cōflatile? Videte quid vobis placeat. Et cū paululū declinassēt ingressi sūt domū adolescētis leuite q̄ erat in domo miche: salutauerūtq; eū verbis pacificis:sexcēti aūt viri ita ut erāt armati stabāt āte ostiū. At illi qui ingressi fuerāt domū iuuenis sculptile z ephod et theraphim atq; cōflatile tollere nitebātur:z sacerdos stabat āte ostiū:sexcētis viris fortissimis hijs pcul exspectātibz. Tulerūt igit̄ q̄ intrauerāt sculptile ephod z ydola atq; cōflatile. Quibz dixit sacerdos. Quid facitis? Cui respōderūt. Tace z pone digitū sup os tuū: veniq; nobiscū:ut habeam⁹ te pīem ac sacerdotē. Quid tibi melius ē ut sis sacerdos in domo uni⁹ viri:an i una tribu et familia i isrl? Quod cū audisset acquieuit sermonibz eoz:z tulit ephod et ydola ac sculptile z processit ē cū eis. Qui cū pgerēt z āte se ire fecissent paruulos ac iumēta z oīa qđ erat preciosū iā a domo miche essēt procul:viri q̄ habitāt in edibus miche cōclamāte? secuti sūt: et post tergū clamare cepērūt. Qui cū respexissent dixerūt ad michā. Quid tibi vis? Cur clamas? Qui respōdit. Deos meos q̄s michi feci nulistis et sacerdotē z oīa q̄ habeo:z dicitis quid tibi est? Dixerūtq; ei filij dan. Caue ne ultra loquaris ad nos: et veniāt ad

re viri animo cōcitati: et ipe cū oīb̄ domo tua ptias. Et sic repto itinere pre-
xerūt. Vidēs aūt micha q fortiores se
essent: reūsus ē in domū suā. Receti
aūt viri tulerūt sacerdotē et q̄ supradi-
xim⁹: venerūtq; in lais ad pplm quie-
scentē atq; secur et prostrauerūt eos in ore
gladij: urbēq; incēdio tradiderūt nul-
lo penit⁹ ferēte plidiū: eo q̄ procul habi-
tarēt a sydone et cū nullo hominū ha-
berēt quicq̄ societatis ac negocij. Erat
aūt ciuitas sita in regione roob quā
rursū extruētes habitauerūt i ea voca-
to nomīe ciuitatis dan iuxta vocabu-
lū pris sui quē genuerat isrl̄ q̄ pri⁹ lais
dicebat. Posuerūtq; sibi sculptile: et io-
nathan filium gersan filij moysi ac fi-
lios eius sacerdotes in tribu dan: usq;
ad diem captiuitatis sue. Mansitq;
apud eos ydolum miche omni tempo-
re quo fuit domus dei in silo. In die-
bus illis non erat rex in isrl̄. C Rex

Fuit quidā vir leuites habitās in
latere montis ephraim· qui acce-
pit uxorē de bethleē iuda. Que reliquit
eū et reūsa ē in domū pris sui bethleem:
mānitq; apud eū quatuor mēsibz. Re-
cutusq; ē eā vir suus volēsq; reconcilia-
ri ei atq; blādiri et secū reducere: habēs
in comitatu puer et duos asinos. Que
suscepit eū: et introduxit in domū pris
sui. Qđ cū audisset socer ei⁹ eūq; vidis-
set occurrit ei let⁹: et āplexat⁹ ē hmōi.
Mānitq; gener i domo soceri trib̄ die-
bus comedēs cū eo et bibēs familiari-
ter: die aūt quarto de nocte cōsurgēs
proficisci voluit. Quē retinuit socer: et
ait ad eū. Gusta pri⁹ pusillū panis et
cōforta stomachū: et sic proficiscēris. Re-
cerūtq; simul: ac comederūt et biberūt.
Dixitq; pater puelle ad generū suum.
Queso te: ut hodie hic maneas pernoq;
letemur. At ille cōsurgēs cepit velle p-
ficisci. Et nichilomin⁹ obnixe eū socer
retinuit: et apud se fecit manere. Mane
aūt facto parabat leuites iter. Cui socer
rursū. Obsecro inquit ut paululū cibi
capias: et assūptis viribz donec incre-
scat dies· postea proficiscaris. Comede-
rūt ergo simul: surrexitq; adolescēs ut
pgeret cū uxore sua et puero. Cui rursū
locut⁹ est socer. Cōsidera q̄ dies ad oc-
casū declinior sit: et pernoct ad vespe-
rū. Mane apud me etiā hodie et duc
letū diē: et cras proficiscēris ut vadas in
domū tuā. Noluit gener acquiescere
mōnibz ei⁹: sed stratū prexit et venit cō-
tra iebus que altero nomīe vocat̄ ihe-
rusalē: ducēs secū duos asinos onu-
stos et cōcubinā. Iāq; aderāt iuxta ie-
bus et dies mutabat̄ in nocte. Dixitq;
puer ad dnm suū. Veni obsecro decli-
nem⁹ ad urbē iebuseox: et maneamus
in ea. Cui respōdit dns. Nō ingredi-
ar oppidū gētis aliene q̄ nō est de filij⁹
isrl̄: sed trānsibo usq; gabaa et cū illuc
puenero manebim⁹ i ea: aut certe i or-
be rama. Trānsierūt ergo iebus et reptū
carpebāt iter: occubuitq; eis sol iuxta
gabaa q̄ est i tribu beniamin: diuertērūt
q; ad eā ut manerēt ibi. Quo cū intras-
sent sedebāt i platea ciuitatis: et nullus
eos recipere voluit hospitio. Et ecce ap-
paruit homo senex reuertēs de agro et
de opere suo vespere: q̄ et ipe de mōte e-
rat ephraim: et peregrin⁹ habitabat i
gabaa. Homines aūt regionis illius
erāt filij iemini. Eleuatisq; oculis⁹ vidit
senex sedentē hmōi cū sarcinulis suis
in platea ciuitatis: et dixit ad eū. Unde
venis: et quo vadis? Qui respōdit ei.
Profecti sum⁹ de bethleē iuda: et pergi-
mus ad locū nrm q̄ est i latere mōtis
ephraim unde ieram⁹ bethleē. Et nūc

vadim⁹ ad domū dei: nulluſq; ſub tecto ſuo nos vult recipere · habentes paleas & fenū in aſinoꝝ pabulū: & panē ac vinū ī meos et ācille tue vlus & puerī q̄ mecū ē. ſNulla re indigem⁹ niſi hoſpitio. Cui reſpōdit ſenex. Pax tecū ſit. Ego pīebo oīa q̄ neceſſaria ſūt: tantū ꝙſo ne in platea maneas. Introduxitq; eū in domū ſuā: & pabulū aſinis pbuit: ac poſtq̄ lauerūt pedes ſuos recepit eos in cenaculū. Illis epulātibz et poſt laborē ināneris cibo & potu reficiētibz corpora: venerūt viri ciuitatis illi⁹ filij belial id ē abſq; iugo: & circūdātes domū ſenis fores pulſare ceperūt clamātes ad dīm dom⁹ atq; dicētes. Educ virū q̄ ingreſſus eſt domū tuā: ut abutamur eo. Egreſſuſq; ē ad eos ſenex & ait. ſNolite fres nolite facere malū hoc: q̄a ingreſſus ē hō hoſpitiū meū: & noſſate ab hac ſtultitia. Habeo filiā virginē · & hic hō habet cōcubinā: educā eas ad vos ut humilietis eas & vīam libidinē cōpleatis: tātū obſecro ne ſcel⁹ hoc cōtra naturā oprem̄ini ī virū. ſNolebāt acq̄eſcere ſermonibz illi⁹. Cū cernēs hō adduxit ad eos cōcubinā ſuā: & eis tradidit illudendā. Quā cū tota nocte abuſi eſſēt: dimiſerūt eā mane. At mulier recedētibz tenebris venit ad oſtium dom⁹ vbi manebat dñs ſuus: & ibi corruit. ſMane facto ſurrexit hō et aperuit oſtiū ut reptā expleret viā: & ecce cōcubina eius iacebat ante oſtiū ſparſis ī limine manibz. Cui ille putās eā quieſcere loquebat. Surge ut ābulem⁹. Qua nichil reſpōdēte intelligēs q̄ erat mortua · tulit eā et īpoſuit aſino: reūſuſq; ē ī domū ſuam. Quā cū eſſet ingreſſus arripuit gladiū: & cadauer vxoris cū oſſibz ſuis in duodecī partes ac frusta cīdēs miſit in oīes īminos iſrl. Qd cū vidiſſent ſingli cōclamabāt. ſNūq̄ res talis facta ē in iſrahel ex eo die quo aſcēderunt patres noſtri de egipto uſq; ī preſens tempus. ſFerte ſententiam: et in commune decernite quid facto op⁹ ſit. C. xx.

Egreſſi itaq; ſūt omnes filij iſrl & pariter cōgregati ꝙſi vir vn⁹ de dan uſq; berſabee & terra galaad ad dominū ī maſpha: oīes q̄ ā guli ppl⁹ et cūcte tribz iſrl in eccleſiā ppli dei cōuenerūt ꝙdringēta milia peditū pugnatoꝝ. ſNec latuit filios beniamin: cp aſcēdiſſet filij iſrl in maſpha. Interrogatus q; leuita marit⁹ mulieris īterfecte · quomodo tātū ſcel⁹ pperatū eſſet reſpōdit. Veni ī gabaa beniamin cū vxore mea: illucq; dūxi. Et ecce homines ciuitatis illi⁹ circūdederūt nocte domū ī qua manebā volētes me occidere: & vxorē meā incredibili furore libidinis vexātes: deniq; mortua ē. Quā arreptā in frusta concidi: miſiq; partes ī oīes īminos poſſeſſionis vre: q̄a nūq̄ tātū nefas et tā grāde piaculū factū ē in iſrl. Adeſte oīes filij iſrl: decernite q̄d facere debeatis. Stāſq; oīis ppl⁹ et ꝙſi vni⁹ hominis vnone reſpōdit. ſNō recedem⁹ in tabernacla nra: nec ſuā quiſquā intrabit domū: ſed hoc ꝟba gabaa in cōmune faciem⁹. Decē viri eligāt e centū ex oīibz tribubz iſrl et centū de mille et mille de decē milibus ut cōportēt ex̄citui cibaria: & poſſim⁹ pugnare ꝟba gabaa beniamin: & reddere ei p ſcelere q̄ merē. Conuenitq; vniuſus iſrl ad ciuitatē ꝙſi homo vn⁹ eadē mēte vno q; cōſilio: & miſerūt nūcios ad oīem tribū beniamin q̄ dicerēt. Cur tātū nefas ī vobis repertū ē? Tradite homines de gabaa q̄ hoc flagitiū pperarūt ut moriant: et auferat malū de iſrl. Qui

noluerũt fratrũ suoꝝ filioꝝ isrl audire
mãdatũ:sed ex ciuitis urbibus q̃ sortis
sue erãt cõuenerũt i gabaa ut illis fer-
rẽt auxiliũ:z otra vniũlũ pplm israhel
dimicarẽt. Inuentiq; sũt viginiquiq;
milia de beniamin educentũ gladiũ
preter habitatores gabaa q̃ septigenti
erant viri fortissimi ita sinistra ut de-
xtra plãtes:et sic fundis lapides ad
certũ iacientes ut capillũ q̃ posset percute-
re: z nequaq̃ i alterã partẽ ictus lapi-
dis deferret. Virorũ q̃ isrl absq; filijs
beniamin inuenta sũt quadrigẽta mi-
lia educentũ gladios z paratorũ ad
pugnã:qui surgẽtes venerũt in domũ
dei vbi ẽ in silo:cõsuluerũtq; dñm atq;
dixerũt. Quis erit in exercitu nro prin-
ceps certaminis otra filios beniamin?
Quibz respondit dñs. Iudas sit dux
vester. Statimq; filij isrl surgẽtes ma-
ne castrametati sũt iuxta gabaa:et in-
de ꝓdẽtes ad pugnã otra beniamin
urbẽ oppugnare ceperũt. Egressiq; filij
beniamin de gabaa: occiderũt de filijs
isrl die illo viginiduo milia virorum.
Rursũ filij isrl z fortitudine z numero
cõfidẽtes in eodẽ loco in quo prio cer-
tauerũt acie direxerũt:ita tamẽ ut prio
ascenderẽt et flerẽt corã dño usq; ad no-
ctem:cõsulerãtq; eũ z dicerẽt. Debeo ul-
tra ꝓdere ad dimicandũ otra filios
beniamin fres meos an non? Quibz
ille respõdit. Ascendite ad eos:z inite
certamẽ. Cũq; filij isrl altera die cõtra
filios beniamin ad pliũ ꝓcessissent·e-
ruperũt filij beniamin de portis gabaa:
et occurrẽtes eis rãta i illos rede bachha-
ti sũt·ut decẽ z octo milia virorũ educẽ-
tium gladiũ ꝓsternerent. Quãobrem
oĩes filij isrl venerũt in domũ dei:et
sedẽtes flebãt corã dño. Ieiunauerũt
q; die autem illo usq; ad vesperam:
et obtulerunt ei holocausta atq; pacifi-
cas victimas: et super statu suo inter-
rogauerũt. Eo tempore ibi erat archa fe-
deris dñi:et phinees filio eleazari filij
aaron prepositꝰ domꝰ. Cõsuluerunt
igit dñm atq; dixerũt. Exire ultra debe-
mus ad pugnã otra filios beniamin
fratres nros an quiescere? Quibz ait
dñs. Ascendite. Cras enim tradã eos in
manꝰ vras. Posuerũtq; filij isrl insidi-
as p circuitũ urbis gabaa: z tercia vice
sicut semel z bis otra beniamin exercitũ
produxerũt. Sed z filij beniamin au-
dacter eruperũt de ciuitate:et fugientes
aduersarios lõgius ꝓsecuti sunt:ita ut
vulnerarẽt ex eis sicut primo die et secũ-
do: z redirẽt p duas semitas vertente
terga quaꝝ una ferebat in bethel et al-
tera in gabaa:atq; ꝓsternerent triginta
circiter viros. Putauerũt enim solito eos
more cedere. Qui fugã arte simulãtes
inierũt cõsiliũ ut abstraherẽt eos de ci-
uitate:et ĩsti fugientes ad supradictas
semitas ꝓducerẽt. Omnes itaq; filij isrl
surgentes de sedibz suis retenderũt aci-
em in loco q̃ vocat baalthamar: insi-
die q; que circa urbẽ erat paulatim se
aperire ceperũt et ab occidẽtali urbis
parte ꝓdere. Sed et alia decẽ milia
virorꝝ de vniũso isrl habitatores urbis
ad certamina ꝓuocabãt:ingrauatũ
q; ẽ bellũ cõtra filios beniamin:z non
intellexerũt q̃ ex oĩ parte illis instaret
interitꝰ. Percussitq; eos dñs i cõspectu
filiorꝝ isrl:z interfecerũt ex illis in illo die
viginiquiq; milia z centũ viros oĩes
bellatores et educentes gladium. Filij
aũt beniamin cum se inferiores esse vi-
dissent ceperũt fugere. Qd cernẽtes filij
isrl dederunt eis ad fugiendũ locũ:ut
ad ꝓparatas insidias deuenirẽt quas
iuxta urbem posuerãt. Qui cum repẽte

de latibulis surrexissent et beniamin
terga redentibus daret: ingressi sut ciuitatē
et percusserūt eam in ore gladij. Signū
aūt dederāt filij israhel his quos in insi-
dijs collocauerāt: et postq̄ urbē reple-
sent ignē accenderent: ut ascendente in
altū fumo captā urbem demōstrarēt.
Quod cū cernerent filij israhel in ipo certa-
mine positi · putauerūt eos filij beniā-
min eos fugere et instantius perseque-
bantur · cesis de exercitu eoz triginta vi-
ris: et viderūt quasi columnā fumi de
ciuitate cōscendere: beniamin quoq; re-
spiciens retro cū captā cernerent ciuita-
tem et flāmas in sublime ferri: qui pri-
us simulauerāt fugā · uersa facie fortius
resistebāt. Quod cū vidissent filij
beniamin in fugā uersi sunt: et ad uiā
deserti ire ceperūt: illuc quoq; eos ad-
uersarijs psequentibus. Sed et his qui
urbē succenderāt occurrerunt eis: atq;
ita factū est ut ex utraq; parte ab hosti-
bus cederent: nec erat ulla requies mo-
rientiū. Cecidērūt atq; pstrati sunt ad
orientalē plagam urbis gabaa. Fue-
runt aūt qui in eodē loco interfecti sunt
decem et octo milia uiroz: oēs robu-
stissimi pugnatores. Quod cum vidis-
sent qui remānserant de beniamin fuge-
rūt in solitudinē: et pegebāt ad petrā
cui⁹ vocabulū est remmon. In illa q̄;
fuga palantes et in diuersa tendētes
occiderūt quīq; milia uiros. Et cum
ultra tenderēt psecuti sunt eos: et inter-
fecerūt etiam alia duo milia. Et sic fa-
ctum est ut oēs qui ceciderāt de beni-
amin i diuisis locis essēt uigintiquīq;
milia pugnatores ad bella promptis-
simi. Remānserūt itaq; de oī numero
beniamin qui euadere potuerunt et fu-
gere in solitudinē ad petrā uiri: sederūtq;
in petra remmon mensibus quatuor.

Regressi aūt filij israhel oēs reliquias ci-
uitatis a uiris usq; ad iumēta gladio
percusserūt: cūctasq; urbes et uicos beia-
min vorax flāma consumpsit. C. xxi.
Iurauerāt quoq; filij israhel in maspha: et
dixerūt. Nullus nostrum dabit filijs
beniamin de filiabus suis uxorem. Ve-
nerūtq; omnes ad domū dei in silo: et
in cōspectu eius sedentes usq; ad vespe-
ram leuauerunt vocem: et magno ulu-
latu ceperūt flere dicentes. Quare dñe
deus israhel factū est hoc malū in popu-
lo tuo: ut hodie una tribus auferretur
ex nobis? Altera aūt die diluculo cō-
surgentes extruxerūt altare: obtulerūt
q; ibi holocausta et pacificas victimas:
et dixerūt. Quis non ascendit in exerci-
tum dñi de uniūsis tribubus israhel?
Grandi enī iuramēto se cōstrinxerant
cū essent in maspha · interfici eos qui
defuissent: ductiq; penitentia filij isra-
hel sup fratri suo beniamin ceperūt di-
cere. Ablata est tribus una de israhel. Un-
de uxores accipient? Omnes enī in cō-
mune iurauimus non daturos nos
his filias nostras. Idcirco dixerunt.
Quis est de uniuersis tribubus israhel
qui non ascendit ad dominū in mas-
pha? Et ecce inuēti sunt habitatores
iabis galaad in illo exercitu non fuis-
se. Eo quoq; tempore cū essent in silo
null⁹ ex eis ibi repertus est. Misserunt
itaq; decē milia uiros robustissimos:
et preceperūt eis. Ite et protite habita-
tores iabis galaad i ore gladij · tam
uxores quā paruulos eoz: et hoc erit
quod obseruare debebitis. Omne ge-
neris masculini et mulieres que cogno-
uerūt uiros interficite: uirgines reser-
ue. Inuente sunt de iabis galaad qua-
dringente uirgines que nescierūt uiri
thorum: et adduxerant eas ad castra

in sylo in terrā chanaan. Miseruntqꝫ
nūcios ad filios bēiamin qui erāt in
petra rēmon: et ꝑceperūt eis ut eos sus-
ciperēt ī pace. Veneruntqꝫ filij bēiamin
in illo tempore: et date sūt eis uxores de
filiabꝫ iabis galaad: alias aūt non
reppererūt quas simili modo traderent.
trādā philistheos in manu tua. Abiit ergo dauid ⁊ viri ei⁹ in ceila: et pugnauit aduersum philistheos. Et abegit iumenta eorū ⁊ percussit eos plaga magna: et saluauit dauid habitatores ceile. Porro eo tempore quo fugiebat abiatar filius achimelech ad dauid in ceilam: ephot secū habēs descenderat. Nūciatū est autē saul: quod venisset dauid i ceilam. Et ait saul. Tradidit eū dñs in manus meas: conclusus q; est introgressus urbem: in qua porte et sere sūt. Et p̄cepit saul oī ppo: ut ad pugnam descenderet in ceilam: et obsideret dauid et uiros eius. Quod cū cognouisset dauid quia p̄pararet ei saul clā malū: dixit ad abiatar sacerdotē. Applica ephot. Et ait dauid. Domine deus isrl audiuit famā seruus tuus q; disponat saul uenire ad ceilā: ut euertat urbem p̄ter me. Si tradēt me uiri ceile in manus eius: et si descēdet saul sicut audiuit seruus tuus: dñe de⁹ isrl indica seruo tuo. Et ait dñs. Descēdet. Dixitq; rursum dauid. Si tradēt me uiri ceile: et uiros qui sūt mecū in manus saul? Et dixit dominꝰ. Tradent. Surrexit ergo dauid et uiri eius quasi sexcenti: et egressi de ceila huc atq; illuc uagabant incerti. Nūciatūq; est saul quod fugisset dauid de ceila et saluatꝰ esset: quamobrem dissimulauit exire. Morabatur autē dauid in deserto in locis firmissimis: manitq; in monte solitudinis ziph in mōte opaco. Querebat eū tamen saul cūctis diebꝫ: ⁊ nō tradidit eū dñs in manꝰ eiꝰ. Et uidit dauid q; egressus esset saul: ut quereret aīam eiꝰ. Porro dauid erat in deserto ziph i silua. Et surrexit ionathas filiꝰ saul et abiit ad dauid in siluam: et cōfortauit manus eius in deo: dixitq; ei. Ne timeas. Neq; enim inueniet te manus saul patris mei. Et tu regnabis sup isrl: ⁊ ego ero tibi secūs. Sed ⁊ saul p̄ meus scit hoc. Percussit ergo uterq; fedus coram dño. Mansitq; dauid in silua: ionathas autem reuersus est in domū suam. Ascenderūt autē ziphei ad saul in gabaa dicentes. Nōne ecce dauid latitat apud nos i locis tutissimis silue i colle achille: q̄ est ad dextrā deserti? Nūc ergo iuxta desiderauit aīa tua ut descenderes descende: nrm autē erit ut tradamus eū in manus regis. Dixitq; saul. Benedicti uos a domino: quia doluistis uicem meā. Abite ergo oro et diligentius p̄parate: ⁊ curiosius agite: et cōsiderate locū ubi sit pes eius: uel quis uiderit eū ibi ubi dixistis. Recogitat enim de me: q; callide insidiet ei. Cōsiderate et uidete oīa latibula eius in quibꝫ abscōdit: ⁊ reūtimini ad me ad rem certā: ut uadā uobiscū. Quod si ceilā in terram se obstruxerit: perscrutabor eū in cūctis milibꝫ iuda. At illi surgentes abierūt in ziph ante saul. Dauid autē et uiri eius erant in deserto maon in cāpestribꝫ: ad dextrā iesimuth. Iuit ergo saul et socij eiꝰ ad querendū eū. Et nūciatum est dauid: statimq; descendit ad petrā et uersabat in deserto maon. Quod cum audisset saul: p̄secutꝰ est dauid i deserto maon. Et ibat saul ⁊ uiri eius ad latꝰ mōtis ex parte una: dauid autē et uiri eiꝰ erāt in latere mōtis ex parte altera. Porro dauid desperabat se posse euadere a facie saul. Itaq; saul et uiri eius in modū corone cingebant dauid ⁊ uiros eius: ut caperent eos. Et nuncius uenit ad saul dicens. Festina et ueni: quoniā inſuderunt se philisthim super terram. Reuersus est ergo saul desistens p̄sequi

dauid: et preẽit in occursũ philistinoꝝ. Propter hoc vocauerunt locũ illum petram diuidentem. C· xxiii·

Hscendit ergo dauid inde: ⁊ habitauit ī locis rutissimis engaddi. Cũq; reũsus esset saul postq; persecutꝰ est philisteos: nũciauerunt ei dicentes. Ecce dauid in deserto ẽ engaddi. Assumens ergo saul tria milia electoꝝ virorum ex oĩi isrl' pperẽit ad inuestigandum dauid ⁊ viros eius: etiam super abruptissimas petras q̃ solis ibicibus pruie sunt. Et venit ad caulas ouiũ q̃ se offerebãt uianti· erat q; ibi spelũca: quã ingressus ẽ saul ut purgaret ventrem. Porro dauid ⁊ viri eiꝰ ī interiore parte spelunce latebãt. Et dixerũt sui dauid ad eũ. Ecce dies de qua locutꝰ ẽ dñs ad te: ego tradã tibi inimicũ tuũ ut facias ei sicut placuerit ī oculis tuis. Surrexit ergo dauid: et pcidit oram clamidis saul silẽter. Post hec pcussit cor suũ dauid: eo q; abscidisset oram clamidis saul. Dixitq; ad viros suos. Propicꝰ sit michi dñs ne faciã hanc rem dño meo xpo dominũ ut mittam manũ meã in eũ: quia xps dñi est. Quiuit dñs: quia nisi dñs percusserit eũ· aut dies eius venerit ut moriatur· aut descendẽs in preliũ pierit: ppicius michi sit dñs ut nõ mittam manum meam ī xpm dñi. Et confregit dauid viros suos sermonibus istis: et non pmisit eos ut cõsurgerẽt in saul. Porro saul exurgens de spelunca: pgebat repto itinere. Surrexit autẽ dauid post eũ: et egressus de spelũca clamauit post tergũ saul dicẽs. Dñe mi rex. Et respexit saul post se: et inclinãs se dauid pnꝰ in terram adorauit. Dixitq; ad saul. Quare audis verba hoĩm loquentiũ: dauid q̃rit malũ aduersũ te? Ecce hodie uiderũt oculi tui· qꝰ tradiderit te dñs in manu mea in spelunca: et cogitaui ut occiderem te: sed pepercit tibi oculus meꝰ. Dixi enim. Nõ extendã manũ meam in dominũ meũ: quia xps dñi est. Quin pciꝰ pater mi vide et cognosce oram clamidis tue in manu mea: quomõ cũ preciderẽ simitatẽ clamidis tue· nolui extendere manũ meã ī te. Animaduerte et vide: q̃ non est ī manu mea malũ neq; iniquitas: neq; peccaui ī te. Tu autẽ insidiaris aie mee: ut auferas eam. Iudicet dominus inter me et te et ulciscatur me dñs ex te: manꝰ autẽ mea nõ sit in te sicut dicitur in pũbio ãtiquo. Ab impijs egredietur impietas. Manus ergo mea nõ sit in te. Quem psequeris rex isrl' quẽ psequeris? Canẽ mortuũ psequeris: et pulicem unum. Sit dñs iudex et iudicet inter me et te: et videat et iudicet causam meam: et eruat me de manu tua. Cum autem cõpleret dauid loquens sermones huiuscemodi ad saul: dixit saul. Numq̃d vox hec tua ẽ fili mi dauid? et leuauit saul vocem suam· et fleuit: dixitq; ad dauid. Iustior tu es quam ego. Tu enim retribuisti michi bona: ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti michi hodie que feceris michi bona: quõ tradiderit me dñs in manu tua: et nõ occideris me. Quis enim cũ inuenerit inimicũ suũ dimittet eum ī via bona? Sed dñs reddat tibi vicissitudinẽ hãc: pro eo qõ hodie operaꝰ es ī me. Et nũc quia scio q; certissime regnaturꝰ sis et habiturꝰ in manu tua regnũ isrl' iura michi in dño ne deleas semẽ meũ post me: neq; auferas nomẽ meũ de domo pris mei. Et iurauit dauid sauli. Abiit ergo saul in domum suã: et dauid ⁊ viri eius ascenderũt ad rutiora loca.

Mortuus est autē samuel: ℭ.xxv
et cōgregatus est uniuersus isrl
et planxerūt eū nimis: ⁊ sepelierūt eū i
domo sua in ramatha. Cōsurgensq;
dauid: descendit in desertum pharan.
Erat autē vir quispiam i solitudine
maon· et possessio eius in carmelo: et
homo ille magnus nimis: eratq; ei
oues tria milia et mille capre. Et acci-
dit ut tonderetur greꝫ eius in carmelo.
Nomen autē viri illius erat nabal: ⁊
nomē uxoris ei⁹ abigail. Eratq; mu-
lier illa prudētissima· et speciosa. Vi-
ro uir ei⁹ durus et pessim⁹: et malīgo-
sus. Erat autē de genere caleph. Cum
autē audisset dauid in deserto q; ton-
deret nabal gregē suū: misit decē iuue-
nes ⁊ dixit eis. Ascendite in carmelū:
et uenietis ad nabal et salutabitis eū·
ex nōie meo pacifice: et sic dicetis. Sit
fratribz meis et tibi pax· et domui tue
pax: et oīnibz quecūq; habes sit pax.
Audiui q; tonderent pastores tui gre-
ges tuos qui erant nobiscū in deserto.
Nūq; eis molesti fuim⁹: nec aliq̄ndo
defuit eis quicq̄ de grege ōni tpe quo
fuerunt nobiscū in carmelo. Interoga
pueros tuos: ⁊ indicabūt tibi. Nunc
ergo inueniāt pueri mei gratiā i oc-
lis tuis. In die enī bona uenimus ad te.
Quicūq; inuenerit man⁹ tua da seruis
tuis: et filio tuo dauid. Cūq; uenissēt
pueri dauid· locuti sūt ad nabal ōnia
uerba hec ex nomine dauid: ⁊ siluerūt.
Respōdēs autē nabal pueris dauid· ait.
Quis est dauid ⁊ quis est filius ysai?
Hodie increuerūt serui· q̄ fugiūt dnōs
suos. Tollā ergo panes meos et aq̄s
meas et carnes pecoꝫ q̄ occidi tonsori-
bus meis: et dabo uiris quos nescio
unde sunt? Regressi sunt autem pueri
dauid per uiā suā: et reuersi uenerunt·
et annūciauerunt ei omnia uerba que
dixerat nabal. Tunc ait dauid pueris
suis. Accingatur unusquisq; gladio
suo. Et accincti sunt singuli gladijs
suis. Accinctus q; est et dauid ense suo:
et secuti sunt dauid q̄si quadringenti
uiri. Porro ducēti remānserūt ad sarci-
nas. Abigail autē uxori nabal· nūcia-
uit unus de pueris suis dicens. Ecce
dauid misit nūcios de deserto ut bene-
dicerent dño nro: et auersatus est eos.
Homines isti boni satis fuerūt nobis
et non molesti: nec quicq̄ aliquando
periit omni tpe quo fuim⁹ conuersati
cum eis i deserto· p̄ muro erant nobis
tam in nocte q̄ in die omnibz diebus
quibus pauimus apud eos greges.
Quāobrem cōsidera ⁊ recogita quid
facias: quoniā completa est malicia
aduersum uirū tuū ⁊ aduersum domū
tuā: ⁊ ipe filius est belial· ita ut nemo
possit ei loq̄. Festinauit igit̄ abigail·
⁊ tulit ducentos panes· ⁊ duos utres
uini ⁊ quinq; arietes coctos ⁊ quinq;
sata polente: et centum ligaturas ue-
passe· et ducentas massas caricarū· ⁊
posuit super asinos: dixitq; pueris suis.
Precedite me: et ecce ego post tergum
sequar uos. Viro autē suo nabal nō
indicauit. Cū ergo ascēdisset asinū et
descenderet ad radicem mōtis: dauid
et uiri eius descendebāt in occursū eius.
Quibus et illa occurrit. Et ait dauid.
Vere frustra seruaui omnia que hui⁹
erant in deserto: et nō periit quicq̄ de
cunctis q̄ ad eū pertinebant: et reddidit
michi malū pro bono. Hec faciat dns
inimicis dauid et hec addat: si reliq̄o
de omnibz que ad eum pertinent usq;
mane mingēteꝫ ad parietē. Cū autē
uidisset abigail dauid festinauit et de-
scendit de asino: et p̄cidit corā dauid

sup faciem suā ⁊ adorauit supra terrā: et recidit ad pedes eius·et dixit. In me sit dñe mi hec iniquitas. Loquat̄ obsecro ancilla tua in auribz tuis: et audi uba famule tue. Ne ponat oro dñs meus reg cor suū super virū istum iniquū nabal·qm̄ scdm nomē suum stult⁹ ē: et ē stultitia cū eo. Ego autem ancilla tua nō uidi pueros tuos dñe mi·quos mīsisti. Nunc ergo dñe mi uiuit dominus et uiuit anima tua q̄ prohibuit te ne uenires in sanguinē: ⁊ saluauit manū tuā tibi. Et nūc fiāt sicut nabal inimici tui: ⁊ qui querunt dño meo·malū. Quapropter suscipe benedictionē hāc quā attulit ancilla tua tibi domino meo: ⁊ da pueris qui sequunt̄ te dñm meū. Auser iniquitatē famule tue. Faciens enim faciet dñs tibi dño meo domū fidelē: quia plia dñi dñe mi tu pliaris. Malicia ergo nō inueniatur in te: oīnibz diebz uite tue. Si enī surrexerit aliquādo homo psequens te uel q̄rens animā tuā: erit anima domini mei custodita quasi i fasciculo uiuentiū apud dñm deū tuū. Porro inimicorum tuorum anima rotabitur·q̄si i impetu ⁊ circulo funde. Cū ergo fecerit tibi dñs domino meo omnia hec que locut⁹ est bona de te·⁊ constituerit te ducē sup isrl: nō erit tibi hoc in singultū et in scrupulū cordis domino meo q̄ effuderis sanguinem innoxiū: aut ipe te ultus fueris. Et cū benefecerit dñs dño meo·recordaberis ancille tue: et tu bñfacies ei. Et ait dauid ad abigail. Benedictus dominus de⁹ isrl' qui misit te hodie in occursum meum: et benedictū eloquium tuū: et benedicta tu que phibuisti me hodie ne irem ad sanguinem ⁊ ulciscerer me manu mea. Alioquin uiuit dominus deus israhel·qui prohibuit me ne malum facerem tibi: nisi cito uenisses in occursū michi·non remansisset nabal usq; ad lucem mane tinam mingens ad parietem. Suscepit ergo dauid de manu ei⁹·oīa que attulerat ei: dixitq; ei. Vade pacifice in domum tuā. Ecce audiui uocem tuā: et honorauī faciē tuā. Venit autē abigail ad nabal. Et ecce erat ei cōuiuiū in domo ei⁹ quasi cōuiuiū regis: et cor nabal iocūdum. Erat enim ebrius nimis: ⁊ non indicauit ei uerbum pusillum aut grande· usq; mane. Diluculo autē cū digessisset uinū nabal: indicauit ei uxor sua uerba hec. Et emortuū est cor ei⁹ intrinsecus: ⁊ factus est quasi lapis. Cumq; ptransissent decē dies: percussit dominus nabal et mortuus est. Qd cū audisset dauid mortuum esse nabal·ait. Benedictus dñs qui iudicauit causam opprobrij mei de manu nabal: et seruū suum custodiuit a malo: ⁊ maliciam nabal reddidit dominus in caput eius. Misit ergo dauid et locut⁹ est ad abigail: ut sumeret eā sibi in uxorem. Et uenerūt pueri dauid ad abigail in carmelum: ⁊ locuti sunt ad eam dicentes. Dauid misit nos ad te: ut accipiat te sibi i uxorē. Que cōsurgēs adorauit prona in terrā: ⁊ ait. Ecce famula tua sit in ancillā: ut lauet pedes seruorum dñi mei. Et festinauit ⁊ surrexit abigail et ascēdit sup asinū: ⁊ quinq; puelle ierunt cum ea pedisseque ei⁹. Et secuta ē nūcios dauid: ⁊ facta ē illi uxor. Sed et achinoem accepit dauid de iesrahel: et fuit utraq; uxor ei⁹. Saul autē dedit michol filiā suā uxorem dauid·falthi filio lais: q̄ erat de gallim. C. xxvi.

Et uenerūt ziphei ad saul i gabaa· dicentes. Ecce dauid absc̄ōditus

est in colle achille: q̄ est ex̄aduerso soli-
tudinis. Et surrexit saul et descēdit in
desertū ziph cū eo tria milia uiroꝝ de
electis isrl: ut quereret dauid in deserto
ziph. Et castrametat⁹ ē saul i gabaa
achille: que erat ex̄adūso solitudinis
i uia. Dauid aut̄ habitabat in deser-
to. Videns aut̄ q̄ uenisset saul post se in
desertū: misit exploratores ⁊ didicit q̄
illuc uenisset certissime. Et surrexit da-
uid clā: et uenit ad locū ubi erat saul.
Cūq; uidisset locū in quo dormiebat
saul et abner filiꝰ ner principē milicie
eius. et saulem dormientē in tentorio
et reliquū uulgus p̄ circuitū eius: ait
dauid ad achimelech ethæum ⁊ abisai
filiū saruie fratrem ioab dicens. Quis
descēdet mecū ad saul i castra? Dixitq;
abisai. Ego descendā tecū. Venerunt
ergo dauid et abisai ad pp̄lm nocte: ⁊
inuenerūt saul iacētem et dormientem
in tentorio. et hastā fixam in terra ad
caput eiꝰ: abner aut̄ ⁊ pp̄lm dormientes
i circuitu eiꝰ. Dixitq; abisai ad dauid.
Conclusit deꝰ inimicū tuum hodie in
manus tuas. Nūc ergo perfodiā eum
lancea in terra semel: et secūdo opus nō
erit. Et dixit dauid ad abisai. Ne in-
terficias eū. Quis enī extendet manū
suam in x̄pm dñi: et innocēs erit? Et
dixit dauid. Viuit dñs: quia nisi dñs
percusserit eū aut dies eius uenerit ut
moriat̄. aut in p̄liū descēdens perierit:
propicius michi sit dñs ne extendam
manū meā i x̄pm dñi. Nūc igit̄ tolle
hastam q̄ est ad caput eius et ciphum
aque: et abeamus. Tulit igitur dauid
hastā. ⁊ ciphū aque qui erat ad caput
eius: et abierūt. Et nō erat qui⁹q; qui
uideret et intelligeret et euigilaret: sed
oēs dormiebāt: quia sopor dominī
inuerat sup eos. Cūq; trāsisset dauid
ex̄aduerso. et stetisset in uertice montis
delonge et esset grāde intercuallū inter
eos: clamauit dauid ad populum et
ad abner filiū ner dicēs. Nonne rīde-
bis abner? Et rīdēs abner ait. Quis
es tu qui clamas: ⁊ inquietas regem?
Et ait dauid ad abner. Nūquid non
uir tu es? et quis alius similis tui in
isrl? Quare ergo non custodisti dñm
tuū regem? Ingressus est enī unus de
turba: ut interficeret regē dñm tuū. Nō
est bonū hoc quid fecisti. Viuit dñs
quoniam filij mortis estis uos: quia
non custodistis dñm uestrū x̄pm dñi.
Nunc ergo uide ubi sit hasta regis: ⁊
ubi sit ciphus aque qui erat ad caput
eius. Cognouit autem saul uocem da-
uid: et dixit. Nūquid uox hec tua fili
mi dauid? Et ait dauid. Vox mea
dñe mi rex̄. Et ait. Quāobrem dñs
meꝰ p̄sequit̄ seruū suū? Quid feci: aut
quod est malū in manu mea? Nunc
ergo audi oro dñe mi rex̄ uba serui tui.
Si dñs incitat te aduersum me: odoret̄
sacrificiū. Si aut̄ filij hominū: male-
dicti sunt in conspectu dñi qui eiecerūt
me hodie ut nō habitem in hereditate
dñi. dicētes: uade serui dijs alienis. Et
nūc nō effundatur sanguis meus in
terra coram dño: quia egressus ē rex̄ isrl
ut quereret pulicem unū sicut p̄sequit̄
perdix̄ i montibz. Et ait saul. Peccaui.
Reuertere fili mi dauid. Nequaq; enim
ultra tibi malefaciā. eo q̄ p̄ciosa fuerit
aīa mea in oculis tuis hodie. Apparet
enim quod stulte egerim: et ignoraue-
rim multa nimis. Et rīdens dauid
ait. Ecce hasta regis: trāseat unus de
pueris regis et tollat eam. Dominus
aut̄ retribuet unicuiq; secm iusticiā
suā et fidē. Tradidit enī te dñs hodie
in manū meā: et noluī ex̄tendere manū

mea i xpm dñi. Et sicut magnificata
est anima tua hodie in oculis meis: sic
magnificetur anima mea in oculis
domini: et liberet me de oni angustia.
Ait ergo saul ad dauid. Benedictus
tu fili mi dauid. Et quidem faciens fa-
cies: et potens poteris. C. xxvi.

Abiit autem dauid in via sua:
et saul reuersus est in locu suum.
Et ait dauid in corde suo. Aliquando
incidā una die in manꝰ saul. Nonne
melius e ut fugiam: et saluer in terra
philistinorū: ut desperet saul: cessetq;
me qrere in cunctis finibs israhel: Fugiā
ergo manus eius. Et surrexit dauid:
et abiit ipe et sexcenti viri cu eo ad achis
filiu maoch regem geth. Et habitauit
dauid cu achis in geth: ipe et viri eiꝰ: et
domꝰ eiꝰ et due uxores eiꝰ: achinoem
iesrahelitis: et abigail uxor nabal car-
meli. Et nunciatum est saul qꝺ fugisset
dauid in geth: et non addidit ultra
qrere eu. Dixit autem dauid ad achis.
Si inueni gratiā in oculis tuis: detur
mihi locus in una urbium regionis
huius ut habitē ibi. Cur enim manet
seruus tuꝰ i ciuitate regis tecu? Dedit
itaq; ei achis i die illa sicelech. Propt
quam causam facta est sicelech regum
iuda: usq; in diem hanc. Fuit autem
numerꝰ dieꝝ quibs habitauit dauid
in regione philistinorꝝ qtuor mensiu.
Et ascendit dauid et viri eiꝰ: et agebāt pꝛ-
das de gesuri: et de gezre: et de amalechitis.
Hi enī pagi habitabant in terra anti-
quitus: eūtibs sur usq; ad terrā egipti.
Et pcussit dauid omnem terrā illorū
nec reliquebat uiuētem uirū et mulierē:
tollēsq; oues et boues et asinos et ca-
melos et uestes reuertebat: et ueniebat
ad achis. Dicebat autem ei achis. In
quē irruistis hodie? Rndebat dauid.
Contra meridiē iude et cōtra meridiē
hieramel: et cōtra meridiem cini. Virū
et mulierem nō uiuificabat dauid: nec
adducebat in geth dicens: ne forte lo-
quantur aduersū nos. Hec fecit dauid:
et hoc erat decretū illi omnibus diebs
quibs habitauit i regione philistinorꝝ.
Credidit ergo achis dauid dicēs. Mul-
ta mala operatꝰ e contra pplm suū israh.
Erit igitur michi seruus sempiternus.

Factū est autē in diebs C. xxviii.
illis: congregauerūt philistim
agmina sua ut ppararent ad bellum
contra israhel. Dixitq; achis ad dauid.
Scies nūc sine dubio: qm mecū egredieris
in castris: tu et uiri tui. Dixitq; dauid
ad achis. Nūc scies qꝺ faciat seruus
tuus. Et ait achis ad dauid. Et ego
custodē capitis mei ponam te cūctis
diebus. Samuel autem mortuus est
planxitq; eu omnis israh: et sepelierunt
eu i ramatha urbe sua. Et saul abstu-
lit magos et ariolos de terra: et inter-
fecit eos qꝺ phitones habebāt in uētre.
Cōgregatiq; sūt philistim: et uenerūt
et castrametati sunt in sunā. Cōgrega-
uit autē et saul uniuersum israh: et uenit
in gelboe. Et uidit saul castra philisti-
im et timuit: et expauit cor eius nimis.
Cōsuluitq; dnm: et nō rndit ei neq; pꝛ
somnia neq; pꝛ sacerdotes neq; pꝛ pphe-
tas. Dixitq; saul seruis suis. Querite
mihi mulierem habentem phitonem:
et uadam ad eā et sciscitabor pꝛ illā. Et
dixerūt serui eiꝰ ad eu. Est mulier phito-
nem habens in endor. Mutauit ergo
habitū suū: uestituſq; ē aliis uestimen-
tis: et abiit ipe et duo uiri cum eo: vene-
runtq; ad mulierē nocte: et ait illi. Di-
uina mihi in phitone: et suscita mi-
hi quem dixero tibi. Et ait mulier ad
eu. Ecce tu nosti quanta fecerit saul: et

quomō eraserit magos et ariolos de terra. Quare ergo insidiaris aīe mee ut occidar? Et iurauit ei saul in dño dicens. Viuit dñs: quia non eueniet tibi quicq̄ mali pter hāc rem. Dixitq; ei mlier. Quē suscitabo tibi? Qui ait. Samuelē suscita mihi. Cū autem uidisset mulier samuelē: exclamauit uoce magna: et dixit ad saul. Quare imposuisti mihi? Tu es enī saul. Dixitq; ei rex. Noli timere. Quid uidisti? Et ait mulier ad saul. Deos uidi ascendentes de terra. Dixitq; ei. Qualis est forma ei? Que ait. Vir senex ascendit: et ipe amictus est pallio. Et intellexit saul quod samuel esset: et inclinauit se sup faciem suā in terra: et adorauit. Dixit autem samuel ad saul. Quare inquietasti me ut suscitarer? Et ait saul. Coartor nimis. Bi quidē philistijm pugnāt aduersum me: et deus recessit a me: et exaudire me noluit neq; in manu pphetaq; neq; per somnia. Vocaui ergo te: ut ostendes mihi q̄d faciā. Et ait samuel. Quid interrogas me cū dñs recesserit a te: et trānierit ad emulū tuū? Faciet enī tibi dñs sicut locut? ē i manu mea: et scindet regnū tuū de manu tua: et dabit illud proximo tuo dauid: quia nō obedisti uoci dñi: neq; fecisti irā furoris ei? in amelech. Idcirco q̄ pateris fecit tibi dñs hodie: et dabit dñs et iā isrl' tecū i manu philistijm. Cras autem tu et filij tui mecum eritis: sed et castra isrl' tradet dñs in manus philistijm. Statimq; saul cecidit porrect? i terrā. Exterruerat enī uba samuelis et robur nō erat in eo: q̄a nō comederat panem tota die illa. Ingressa est itaq; mlier illa ad saul. Cōturbat? enī erat valde. Dixitq; ad eum. Ecce obedīuit ancilla tua uoci tue: et posui aīam meā i manu mea: et audiui sermones tuos quos locutus es ad me. Nunc igitur audi et tu uocē ancille tue: et ponam coram te buccellā panis ut comedens conualescas: et possis iter agere. Qui renuit et ait. Nō comedam. Coegerūt autem eū serui sui et mulier: et tandem audita uoce eorum surrexit de terra: et sedit sup lectū. Mulier autē illa habebat uitulū pascualē in domo: et festinauit et occidit eum. Tollensq; farinam misciuit eam et coxit azima: et posuit ante saul et ante seruos eius. Qui cū comedissent surrexerunt: et ambulauerunt per totam noctem illam. C. xxix.

Congregata sunt ergo agmina philistijm uniuersa agmina in aptec. Isrl' castrametatus ē sup fontem qui erat in iezrahel. Et satrape quidem philistijm incedebāt i centuriis et milibus: dauid autē et uiri ei? erāt in nouissimo agmine cū achis. Dixerunt q; principes philistijm ad achis. Quid sibi uolunt hebrei isti? Et ait achis ad principes philistijm. Nūq̄d ignoratis dauid q̄ fuit seru? saul regis isrl' et ē apud me mltis diebs uel ānis? Et non inueni in eo quicq̄ ex die qua transfugit ad me: usq; ad diem hanc. Iratiq; sunt autem aduersus eū principes philistijm: et dixerūt ei. Reuertatur uir et sedeat i loco suo i quo cōstituisti eū: et nō descendat nobiscū in plīū: ne fiat nobis aduersarius cū plīari reperimus. Quō enim aliter poterit placare dñm suū: nisi i capitibs nrīs? Nonne iste est dauid cui cantabāt in choris dicentes percussit saul in milibs suis: et dauid i decē milibs suis? Vocauit ergo achis dauid: et ait ei. Viuit dñs quia rectus es et bonus in cōspectu meo: et exitus tu? et introitus tu? mecū est in castris.

Et nō inuenī in te quicq̄ mali-ex die qua venisti ad me usq; in diem hanc: sed satrapis nō places. Reūtere ergo ⁊ vade in pace: et nō offendas oculos satrapārū philistiim. Dixitq; dauid ad achis. Quid enī feci: et quid inuenisti in me seruo tuo a die qua fui ī cōspectu tuo usq; in diem hanc-ut non veniā et pugnem cōtra inimicos dn̄i mei regis? Rndens autē achis-locut⁹ est ad dauid. Bn̄o quia bonus es tu in oculis meis sicut angelus dei: sed principes philistinoꝝ dixerunt. Non ascendet nobiscū in plium. Igitur cōsurge mane tu et serui dn̄i tui q̄ venerūt tecū: et cū diluxerit pergite. Surrexit itaq; dnō dauid ipse et viri ei⁹: ut pficiscerent̄ mane ⁊ reuerterent̄ ad terrā philistiim. Philistiim autē ascenderunt ī iezrahel.

Cxxx. Cumq; venissent dauid et viri ei⁹ in sicelech die tercia: amalechite impetum fecerunt ex parte australi in sicelech: et pcusserāt sicelech et incenderunt eam igni. Et captiuas duxerūt mlieres ex ea a mīnimo usq; ad magnū: et nō interfecerūt quenq̄: sed secū duxerūt et pgebant itinere suo. Cū ergo venisset dauid et viri eius ad ciuitatē et inuenissent eam succensam igni ⁊ uxores suas et filios suos ⁊ filias ductas esse captiuas: leuauerunt dauid et pplus qui erat cum eo voces suas: et planxerūt donec deficerent in eis lacrime. Siquidem et due uxores dauid captiue ducte fuerant: achinoē iezrahelites-et abigail uxor nabal carmeli. Et contristatus est dauid valde. Volebat enī eū pplus lapidare: quia amara erat anima unīuscuiusq; viri sup filiis suis et filiabz. Confortatus est autem dauid ī dn̄o deo suo: et ait ad abiathar sacerdotē filiū achimelech. Applica ad me ephot. Et applicauit abiathar ephot ad dauid: et cōsuluit dauid dn̄m dicēs. Persequar latrūculos hos et comprehendā eos an non? Dixitq; ei dominꝰ. Persequere: absq; dubio enī comphendes eos: et ex̄cucies pdam. Abiit ergo dauid-ipe ⁊ sex̄centi viri qui erant cū eo et venerūt usq; ad torrentē besor: et lassi quidā sistiterūt. Persecutus est autē dauid: ipe et quadringēti viri cum eo: substiterāt enim ducenti: qui lassi transire nō poterant torrentem besor. Et inuenerunt virum egiptiū in agro: et adduxerūt eum ad dauid. Dederūtq; ei panē ut comederet et biberet aquā: sed et fragmen masse caricarū et duas ligaturas uuepasse. Qui cum comedisset reuersus est spūs ei⁹: et refocillat⁹ est. Nō enī comederat panē neq; biberat aquā: tribz diebus et tribz noctibus. Dixit itaq; ei dauid. Cuius es tu uel unde: et quo pergis? Qui ait. Puer egipci⁹ ego sum: seruus viri amelechite. Dereliquit autem me dn̄s meus: quia egrotare cepi nudiustercius. Siquidem nos erupimus ad australē plagā cerethi-et contra iudā et ad meridiē caleph: ⁊ sicelech succēdimus igni. Dixitq; ei dauid. Poces me ducere ad istū cuneum? Qui ait. Jura mihi per deū-quod non occidas me-et non tradas me in manus dn̄i mei: ⁊ ego ducā te ad cuneū istum. Et iurauit ei dauid. Qui cum duxisset eū: ecce illi diffundebant super faciem uniuerse terre-comedentes et bibentes et ysi festū celebrantes die-p cūcta pda ⁊ spolijs q̄ reperāt de terra philistiim: ⁊ de terra iuda. Et pcussit eos dauid a uespa usq; ad uespam alteri⁹ diei: et nō euasit ex eis quisq̄ nisi tantū quadringenti

uiri adolescētes q̄ ascenderāt camelos et fugerant. Ceruit ergo dauid omnia q̄ tulerant amalechite: ⁊ duas uxores suas ceruit. ℔ec defuit quisq̄ a paruo usq; ad magnū tam de filijs quam de filiabꝫ ⁊ de spolijs: ⁊ quecūq; rapuerāt omnia reduxit dauid: ⁊ tulit uniuſos greges ⁊ armēta ⁊ minauit ante faciē suam. Dixerūq;. Hec est preda dauid. Uenit autē dauid ad ducētos uiros qui lassi subsistere nec sequi poterant dauid: ⁊ residere eos iusserat i torrente besor. Qui egressi sunt obuiā dauid: et pꝫo q̄ erat cū eo. Accedēs autē dauid ad populū: salutauit eos pacifice. Respondensq; oīs uir pessimus ⁊ iniquus de uiris q̄ erant cū dauid dixit. Quia non uenerūt nobiscū nō dabimus eis quicq̄ de p̄da quā ceruimus: sed sufficiat unicuiq; uxor sua ⁊ filij: quos cum acceperint: recedāt. Dixit autē dauid. ℔ō sic facietis fratres mei de hijs que tradidit nobis dñs et custodiuit nos: et dedit latrunculos qui eruptrant aduersum uos in manꝰ nostras: nec audiet uos quisq̄ super sermone hoc. Equa em̄ pars erit descendentis ad prelium et remanētis ad sarcinas: et similiter diuident. Et factū est hoc ex die illa et deinceps constitutū et p̄scriptū et quasi lex in isrl: usq; in diē hanc. Uenit ergo dauid in sicelech: et misit dona de p̄da senioribus iuda proximis suis dicēs. Accipite benedictionē de p̄da hostium dñi. Hijs qui erant in bethel· et qui in ramoth ad meridiem: ⁊ qui in gether· et qui in aroer ⁊ qui in sephamot· et q̄ in esthamoa ⁊ qui in rachal ⁊ q̄ i urbibꝫ iherameli· et qui in urbibꝫ cini· et q̄ in rama· et q̄ i lacu asan· et qui i athach· et q̄ i ebron: ⁊ reliqs q̄ erāt i hijs locis i q̄bꝫ cōmoratꝰ fuerat dauid et uiri eiꝰ.

C. xxxi

Philistijm autē pugnabant aduersū isrl. Et fugerūt uiri isrl ante faciē philistijm: ⁊ ceciderunt interfecti i mōte gelboe. Irruerūtq; philistijm i saul ⁊ i filios eius: et percusserūt yonathan· ⁊ aminadab· et melchisue filios saul: totūq; pōdus p̄lij versū est i saul. Et cōsecuti sūt eū uiri sagittarij: ⁊ uulneratꝰ est ꝑ uehementer a sagittarijs. Dixitq; saul ad armigerū suū. Euagina gladiū tuū et interfice me: ne forte ueniant incircūcisi isti ⁊ interficiāt me illudētes mihi. Et noluit armiger eiꝰ: fuerat em̄ nimio terrore p̄territus. Arripuit itaq; saul gladiū suū: et irruit sup eū. Quod cū uidisset armiger eius uidelicet q̄ mortuus esset saul: irruit et ipe sup gladiū suū ⁊ mortuus est cum eo. ℔ortuus est ergo saul et tres filij eius et armiger illius: et uniuersi uiri eius in die illa pariter. Uidentes autē filij isrl qui erant trans uallem ⁊ trans iordanem quod fugissent uiri isrlite· et q̄ mortuꝰ esset saul ⁊ tres filij eius: reliquerūt ciuitates suas et fugerunt. Uenerūtq; philistijm: ⁊ habitauerunt ibi. ℔acta autē die altera uenerunt philistijm ut expoliarēt interfectos: ⁊ inuenerūt saul ⁊ tres filios eiꝰ iacētes in monte gelboe. Et precidērūt caput saul et expoliauerūt eū armis: et miserunt in terrā philistinoꝝ p̄ circuitum: ut annūciarēt in templo ydoloꝝ et in pplis. Et posuerūt arma eius in tēplo astaroth: corpus uero eiꝰ suspenderūt in muro bethsan. Quod cū audissent habitatores iabes galaad quecunq; fecerāt philistijm saul: surrexerūt oīs uiri fortissimi ⁊ ābulauerūt tota nocte et tulerunt cadauera saul et cadauera filioꝝ eiꝰ de muro bethsan. Uenerūtq; uiri iabes galaad: et combusserūt ea

ignī et tulerunt ossa eoꝝ et sepelierunt in nemore iabes: et ieiunauerūt septem diebus. Explicit ꝑmꝰ regū incipit liber regum secundus cap̄m

FActum ē autē postq̄ mortuus est saul ut dauid reuerteretur a cede amalech: et maneret in siceleth duas dies. Ipsa die autem tercia apparuit homo uenīēs de castris saul uste cōscissa: et puluere cōsperſus caput. Et ut uenit ad dauid cecidit sup faciem suam: et adorauit. Dixitq; ad eū dauid. Unde uenis? Qui ait ad eū. De castris israhel fugi. Et dixit ad eū dauid. Quod est uerbū quod factum ē? Indica michi. Qui ait. Fugit ꝑplus ex ꝑlio: et nīa corruerūt e ꝑplo mortui sunt: sed et saul et ionathas filius eius mortui sunt. Dixitq; dauid ad adolescentē qui nūciabat ei. Unde scis quia mortuus est saul et ionathas filius eius? Ait adolescens qui nūciabat ei. Casu uenī in mōtem gelboe. et saul incūbebat sup hastam suā: porro currus et equites appropinquabāt ei: et conuīsus post tergū suū. uidensq; me uocauit. Cui ego respōdi. Ecce assum: dixit michi. Quis nā es tu? Et aio ad eū. Amalechites ego sum. Et locutꝰ est michi. Sta sup me. et interfice me q̄m tenet me āgustie: et adhuc tota aīa mea ī me ē. Stansq; sup eū. occidi illū. Sciebam enī quod uiuere nō poterat post ruinā. Et tuli diadema quod erat in capite eius: et armillā de brachio illiꝰ: et attuli ad te domine meū huc. Apprehendens autē dauid uestimenta sua scidit. omnesq; uiri q̄ erāt cū eo: et planxerūt et fleuerūt et ieiunauerūt usq; ad uesperam super saul et sup ionathan filiū eius et sup ꝑplm dñi. et sup domū israel: eo q̄ corruissēt gladio. Dixitq; dauid ad iuuenē q̄ nūciauerat ei. Unde es tu? Qui rīdit. Filius hominis aduene amalechite ego sū. Et ait ad eū dauid. Quare nō timuisti mittē manū tuā. ut occideres ẋpm dñi? Vocāsq; dauid unū de pueris suis ait. Accedens irrue in eum. Qui percussit illū: et mortuꝰ est. Et ait ad eū dauid. Sanguis tuꝰ sup caput tuū. Os enī tuū locutum est aduersum te dicēs: ego interfeci ẋpm dñi. Plāxit autē dauid planctū hūiuscemodi sup saul et sup ionathan filiū eius: et ꝑcepit ut docerent filios iuda planctum sicut scriptū est in libro iustoꝝ. Et ait. Cōsidera israel ꝑ hijs q̄ mortui sūt: sup excelsa tua uulnerati. Inclite israel super montes tuos interfecti sūt. Quomodo ceciderunt fortes? Nolite āmūciare in geth. neq; āmūcietis in cōpitis ascalonis: ne forte letētur filie philisthijm. ne exultēt filie incircūcisoꝝ. Montes gelboe nec ros nec pluuia. ueniāt super uos. Neq; sint agri ꝑmiciarū: q̄a ibi abiectus est clipeus fortium: clipeus saul quasi nō esset unctus oleo a sanguine interfectorum ab adipe fortium. Sagitta ionathe nunq̄ rediit retrorsum: et gladius saul nō ē reuersus inanis. Saul et ionathas amabiles et decori ualde ī uita sua: ī morte q̄; nō sūt diuisi. Aq̄lis uelociores: leonibs fortiores. Filie israel sup saul flete qui uestiebat uos coccino in delicijs: qui prebebat ornamenta aurea cultui uestro. Quomodo ceciderunt fortes in prelio? Ionathas in excelsis tuis occisus ē. Doleo super te frater mi ionatha decore nimis: et amabilis sup amorē mulierū. Sicut mater unicū amat filiū suum: ita ego te diligebam. Quomodo ceciderunt

robusti: et perierūt arma bellica. C. ij. Igitur post hec consuluit dauid dñm dicens. Ascendā in unā de ciuitatibus iuda? Et ait dñs ad eū. Ascende. Dixitq; dauid. Quo ascendā? Et rūdit ei. In hebron. Ascendit ergo dauid et due uxores ei⁹ achinoem iesrahelites et abigail uxor nabal carmeli: sed et uiros qui erant cū eo duxit dauid singulos cū domo sua: et manserunt in opidis hebron. Uenerūtq; uiri iuda et unxerūt ibi dauid: ut regnaret super domū iuda. Et nūciatū est dauid: q̄ uiri iabes galaad seppliss̄et saul. Misit ergo dauid nūcios ad uiros iabes galaad: dixitq; ad eos. Benedicti uos a dño q̄ fecistis misericordiam hanc cū dño uro saul: et sepelistis eū. Et nūc retribuet quidem uobis dñs misericordiā et ueritatem: et ego reddā gratiā eo q̄ fecistis uerbū istud. Confortent manus uestre: et estote filij fortitudinis. licet enī mortuus sit dñs uester saul: tamē me unxit domus iuda in regē sibi. Abner autē filius ner princeps exercitus saul tulit hisboseth filiū saul. et circūduxit eū per castra: regemq; constituit super galaad et super iessuri et sup iesrahel et super ephraim. et super beniamin et super isrl̄ uniuersum. Quadraginta annorū erat hisboseth filius saul cum regnare cepisset sup isrl̄: et duobz āni⁹ regnauit. Sola autem domus iuda sequebat̄ dauid. Et fuit numer⁹ dier⁹ quos cōmorat⁹ est dauid impans in hebron sup domū iuda: septem ānoz et sex mensiū. Egressusq; est abner filio ner et pueri hisboseth filij saul de castris in gabaon: porro ioab filius sarue et pueri dauid egressi sūt. et occurrerūt eis iuxta piscinā gabaon. Et cū in unū cōuenissent: ex regione sederūt hij in una parte piscine: et illi ex altera. Dixitq; abner ad ioab. Surgant pueri: et ludāt coram nobis. Et rūdit ioab. Surgant. Surrexerūt ergo et transierūt numero duodeci de beniamin ex parte hisboseth filij saul: et duodecim de pueris dauid. Apprehensoq; unusquisq; capite cōparis sui defixit gladiū in latus cōtrarij: et ceciderūt simul. Unde et cōtū est nomē loci illius. ager robustoz in gabaon. Et ortū est bellū durū satis in die illa: fugatusq; est abner et uiri isrl̄ a pueris dauid. Erant autē ibi tres filij sarue: ioab et abisai et asahel. Porro asahel cursor uelocissimus fuit: quasi unus ex capreis que morant̄ in siluis. Persequebatur autem asahel abner: et non declinauit: ad dexteram siue ad sinistrā omittēs persequi abner. Respexit itaq; abner post tergum suū. et ait. Tu ne es asahel? Qui rūdit. Ego sum. Dixitq; ei abner. Uade ad dexteram siue ad sinistrā et apprehende unū de adolescentibus: et tolle tibi spolia eius. Noluit autē asahel omittere: quin urgeret eū. Rursumq; locutus ē abner ad asahel. Recede et noli me sequi: ne forte compellar confodere te in terrā: et leuare non potero faciē meā ad ioab fratrem tuū. Qui audire cōtempsit: et noluit declinare. Percussit ergo eum abner aūsa hasta in inguine et transfodit: et mortuus est in eodem loco. Omnesq; qui transibant p locū illū in quo ceciderat asahel et mortu⁹ erat substitebāt. Persequentibz autē ioab et abisai fugientem abner: sol occubuit. Et uenerunt usq; ad collē aque duct⁹: q̄ ē ex aduerso uallis et itineris deserti i gabaon. Congregatiq; sūt filij beniamin ad abner: et conglobati in unū cuneū. steterūt i summitate tumuli uni⁹. Et exclamauit

abner ad ioab: et ait. ſtū uſq; ad internicionem tuus mucro deſeuiet? An ignoras q̄ periculoſa ſit deſperacio? uſquequo non dicis pp̄lo ut omittat perſequi frēs ſuos? Et ait ioab. Q̄ uiuit dñs: ſi locut⁹ fuiſſes mane: receſſiſſet pp̄lus perſequēs fratrē ſuū. Inſonuit ergo ioab bucina ⁊ ſteterūt omnis exercitus: nec p̄ſecuti ſunt ultra iſrl: neq; inierē certamen. Abner autē et uiri eius abierūt p̄ cāpeſtria moab tota nocte illa ⁊ tranſierūt iordanem: et luſtrata oī bethron uenerūt ad caſtra. Porro ioab reuerſus omiſſo abner cōgregauit omnē pp̄lm: et defuerunt de pueris dauid decē ⁊ nouē uiri exceptis aſahele. Berui autē dauid p̄uſſerūt de bēiamin et de uiris q̄ erāt cū abner trecentos lxa ginta: qui et mortui ſunt. Tuleruntq; aſahel: ⁊ ſepelierūt eū in ſepulcro p̄ris ſui in bethleem. Et ambulauerūt tota nocte ioab et uiri qui erant cum eo: et in ip̄o crepuſculo q̄uenerūt in hebron.

Facta ē ergo lōga ꝺcertatio: C. m. inter domū dauid et inter domū ſaulis: dauid proficiēs et ſemp̄ ſeipſo robuſtior: domus autē ſaul decreſcēs cotidie. ſtatiq; ſūt filij dauid i hebron. ſuitq; primogenit⁹ eius amon de achinoem iezrahelite: ⁊ poſt eū chaleab de abigail uxore nabal carmeli. Porro tertius abſolon: filius maacha filie tholomai regis geſſur. Quartus autē adonias filius agith: et quintus ſaphatias filius abithal. Sextus quoq; iethraam: de egla uxore dauid. Hij nati ſūt dauid in hebron. Cum ergo eſſet p̄liū inter domū ſaul et domū dauid: abner filius ner regebat domū ſaul. ſuerat autem ſauli concubina nomen reſpha filia achia: ingreſſuſq; eſt ad eā abner. Dixitq; iſtboſeth ad abner. Quare ingreſſus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter uerba iſtboſeth: ait. ſtunq̄d caput canis ego ſum aduerſum iudā hodie q̄ feceri miſericordiam ſuper domū ſaul patris tui et ſup frēs et proximos eius: ⁊ non tradidi te in manu dauid et tu requiſiſti in me q̄ argueres p̄ muliere hodie? Hec faciat deus abner et hec addat ei: niſi quō iurauit dñs dauid ſic faciā cum eo ut trāſferat regnū de domo ſaul: et eleuet tronus dauid ſuper iſrl ⁊ ſuper iudā a dan uſq; berſabee. Et nō potuit rēdere ei quicq̄: q̄a metuebat illū. ſtiſit ergo abner nuncios ad dauid in hebron pro ſe dicētes. Cui⁹ ē terra? et ut loquerentur. ſtac mecū amicicias ⁊ erit manus mea tecū: et reducā ad te uniūſū iſrl. Qui ait optime. Ego faciā tecum amicicias: ſed unā rem peto a te dicēs. ſtō uidebis faciē meā anteq̄ adduxeris michol filiā ſaul: et ſic ueniēs ⁊ uidebis me. ſtiſit autē dauid nūcios ad iſtboſeth filiū ſaul dicens. Redde uxorem meā michol: quam deſponſi mihi centū p̄puciis philiſtiim. ſtiſit ergo iſtboſeth: ⁊ tulit eam a uiro ſuo faltihel filio lais. Sequebaturq; eam uir ſuus ploras uſq; baurim: ⁊ dixit ad eū abner. Vade et reuertere. Qui reuerſus ē. Sermonem q̄q; intulit abner ad ſeniores iſrl dicēs. Tā heri q̄q; nudiuſtercius q̄rebatis dauid ut regnaret ſup uos. ſtūc ergo facite: q̄m dominus locut⁹ eſt ad dauid dicens. In manu ſerui mei dauid ſaluabo pp̄lm meum iſrahel: de manu philiſtiim et oīm inimicoꝝ eius. Locutus ē autē abner etiam ad beniamin. Et abiit ut loq̄rē ad dauid i hebron oīa q̄ placuerāt iſrli et uniuerſo beniamin: uenitq; ad dauid in hebron cū uiginti uiris. Et

fecit dauid abner et viris eius q̄ venerāt
cū eo conuiuiū. Et dixit abner ad dauid.
Surgam ut cōgregē ad te dñm meū
regem omnē isrl̄ z ineam tecū fedus: z
imperes omnibz sicut desiderat anima
tua. Cum ergo deduxisset dauid abner:
et ille isset in pace: statim pueri dauid
z ioab venerūt relisis latronibz cū preda
magna nimis. Abner autem nō erat
cū dauid i hebron: qa iam dimiserat
eū et profectus fuerat in pace: et ioab z
omnis exercitus qui erāt cū eo: postea
venerant. Nūciatum est itaq; ioab a
narrātibz. Venit abner filius ner ad
regem: et dimisit eū et abiit in pace. Et
ingressus ē ioab ad regē et ait. Quid
fecisti? Ecce venit abner ad te. Quare
dimisisti eū z abiit z recessit? Ignoras
abner filiū ner qm̄ ad hoc venit ad te
ut deciperet te: et sciret exitū tuū et intro-
itum tuū: et nosset oīa q̄ agis? Egres-
sus itaq; ioab a dauid misit nūcios
post abner: et reduxit eū a cisterna sira
ignorante dauid. Cūq; rediisset abner
in hebron seorsum abduxit eum ioab
ad mediū porte ut loqueret ei in dolo:
et percussit illū ibi in inguine et mortu⁹
ē: in vltionem sanguinis asahel fris
eius. Quod cū audiisset dauid rem ia
gestam: ait. Mundus ego sū z regnū
meū apud deū usq; in sempiternum a
sanguine abner filij ner: et veniat sup
caput ioab: et sup omnē domū patris
eius: nec deficiat de domo ioab fluxū
seminis sustinens z leprosus: et tenēs
fusum: et cadens gladio et indigens
pane. Igitur ioab et abisai frater eius
interfecerūt abner: eo q̄ occidisset asahel
fratrem eorū in gabaon in pl̄io. Dixit
autē dauid ad ioab: z ad omnē pplm
q̄ erat cū eo. Scindite vestimenta vra
et accingimini saccis: et plāgite ante
exequias abner. Porro rex dauid seque-
batur feretrū. Cūq; sepelissent abner in
hebron leuauit rex dauid vocē suā: z
fleuit sup tumulū abner. Fleuit autē
et oīs ppls. Plangensq; rex et lugens
abner: ait. Sequaq̄ ut mori solent
ignaui: morieris es abner. Manus
tue ligate nō sunt et pedes tui nō sunt
compedibz aggrauati: sed sicut solent
cadere coram filijs iniquitatis sic corruisti.
Congeminās q; oīs ppls: fleuit sup
eū. Cūq; venisset universa multitudo cibū
capere cū dauid clara adhuc die: iura-
uit dauid dicens. Hec faciat michi de⁹
et hec addat: si ante occasū solis gusta-
uero panē uel aliud quicq̄. Omnisq;
ppls audiuit: z placuerūt eis cūcta q̄
fecit rex i ꝺspectu oīs ppli. Et cognouit
oīe vulgus et universus isrl̄ i die illa:
qm̄ nō actū fuisset a rege ut occideretur
abner filius ner. Dixit q; rex ad seruos
suos. Num ignoratis qm̄ princeps et
maximus cecidit hodie i israhel? Ego
autem adhuc delicatus et unctus rex.
Porro viri isti filij sarue duri michi
sunt. Retribuat dominus facienti ma-
lum iuxta malitiam suam.

Audiuit autē hisboseth filius saul
q̄ cecidisset abner in hebron et
dissolute sunt manus eius: omnesq;
israhel perturbatus est. Duo autem viri
principes latronū erāt filio saul: nomē
uni baana et nomen alteri rechab filij
remmon berothite de filijs beniamin.
Siquidē et beroth reputata est in ben-
iamin. Et fugerūt berothite i gethaim:
fuerunt q; ibi aduene usq; ad tempus
illud. Erat autē ionathe filio saul filius
debilis pedibz. Quinquennis enī fuit
quādo venit nūcius de saul et ionatha
ex iesrahel. Tollens itaq; eū nutrix sua
fugit. Cūq; festinaret ut fugeret cecidit:

ꝛ claudus effcūs ē: habuitq; vocabulū miphiboseth. Venientes igit̄ filij remmon berothite rechab ꝛ baana ingressi sunt feruente die domū hisboseth. Qui dormiebat sup stratū suū meridie: et ostiaria domus purgās triticū obdormiuit. Ingressi sunt aut̄ domū latenter assumētes spicas triticī: ꝛ percusserūt eum i inguine rechab et banaa frater ei9: et fugerūt. Cū aut̄ ingressi fuissent domū ille dormiebat sup lectū suum in cōclauī: et percutientes interfecerunt eū. Sublatoq; capite eius abierūt per viā deserti tota nocte: ꝛ attulerūt caput hisboseth ad dauid i hebron. Dixerūtq; ad regem. Ecce caput hisboseth filij saul inimici tui q̄ q̄rebat animā tuā: et dedit dn̄s dn̄o nostro regi vlcionē hodie: de saul et de semine eius. Rñdens aut̄ dauid rechab et banaa fratri eius filijs remmon berothite: dixit ad eos. Viuit dn̄s q̄ ecuit animā meā de oī angustia: qm̄ eū q̄ āmūciauerat michi ꝛ dixerat mortuus est saul q̄ putabat se prospera nūciare tenui ꝛ occidi eū i siceleth: cui oportebat me mercedē dare pro nuncio. Quanto magis nunc cū hoīes impij interfecerūt virū innoxiū in domo sua sup lectū suū nō querā sanguinē ei9 de manu nr̄a: et auferā vos de tra? Precepit itaq; dauid pueris suis: ꝛ interfecerūt eos: p̄cīdentesq; man9 ꝛ pedes eoꝝ suspenderūt eos sup piscinā i hebron. Caput aut̄ hisboseth tulerūt: ꝛ sepelierunt in sepulcro abner i hebron. C. v Et venerūt omnes tribꝰ israhel ad dauid in hebron dicentes. Ecce nos os tuū ꝛ caro tua sumus. Sed ꝛ heri ꝛ nudiustercius cum esset saul rex sup nos: tu eras educēs et reducēs israhel. Dixit aut̄ dn̄s ad te. Tu pasces populum meum israhel: ꝛ tu eris dux sup israhel. Venerūt quoq; ꝛ seniores israhel ad regē: et percussit cum eis rex dauid fedus in hebron coram dn̄o: unxerūtq; dauid i regē sup israhel. Filius triginta annoꝝ erat dauid cū regnare cepisset: et quadraginta ānis regnauit. In hebron regnauit sup iudam septem annis: ꝛ sex mensibus: in ihrlm aut̄ regnauit triginta tribus annis sup oēm israhel et iudam. Et abijt rex ꝛ oēs viri q̄ erāt cū eo in ihrlm ad iebuseū habitatorē terre. Dictumq; est dauid ab eis. Nō ingredieris huc nisi abstuleris cecos ꝛ claudos dicētes. Nō ingredietur dauid huc. Cepit autem dauid arcem syon: hec ē ciuitas dauid. Proposuerat enī dauid in die illa p̄miū qui percussisset iebuseū: et corigisset domatū fistulas: ꝛ abstulisset cecos et claudos odientes animā dauid. Idcirco dicit i p̄uerbio. Cecus et claudus nō intrabūt i templū. Habitauit aut̄ dauid in arce syon ꝛ vocauit eā ciuitatē dauid: ꝛ edificauit p girū a mello et intrinsec9. Et egrediebatur proficiens atq; succrescens: et dn̄s deus exercituū erat cū eo. Misit q; hiram rex tiri nuncios ad dauid et ligna cedrina: ꝛ artifices lignorū: artifexq; lapidum ad parietes: ꝛ edificauerunt domū dauid. Et cognouit dauid q̄m cōfirmasset eū dn̄s regem sup israhel: et q̄m exaltasset regnū eius sup plm̄ suū israhel. Accepit ergo dauid adhuc cōcubinas et uxores de ihrlm: postq; venerat de hebron. Natiq; sūt dauid et alij filij et filie: et hec noīa eorū qui nati sūt ei i ihrlm. Samua et sobab: et nathan: et salomon: et ibaar: et helisua: et nepheg: et raphia: ꝛ helisama: ꝛ helida: et helifeleth. Audierūt ergo philistijm q̄ unxissent dauid in regē sup israhel: et ascenderūt omnes ut q̄rerēt dauid.

9

Quod cū audisset dauid: descendit in presidiū. Philistiim autem venientes diffusi sunt in valle raphaim. Et cōsuluit dauid dñm dicens. Si ascendā ad philistiim·et si dabis eos ī manu mea? Et dixit dñs ad dauid. Ascende: qā tradens dabo philistiim in manu tua. Venit ergo dauid ad baalpharasim: et percussit eos ibi et dixit. Diuisit dñs inimicos meos corā me: sicut diuidunt aque. Propterea vocatū ē nomen loci illi⁹ baalpharasim. Et reliq̄runt ibi sculptilia sua: q̄ tulit dauid et viri ei⁹. Et addiderunt adhuc philistiim ut ascenderent: et diffusi sūt ī valle raphaim. Cōsuluit autē dauid dñm. Si ascendā cōtra philisteos: ↄ trada⁹ eos in manus meas? Qui rndit. Nō ascendas cōtra eos sed gira post tergū eorū: ↄ venies ad eos ex aduso pirorū. Et cū audieris sonitū clamoris gradientis ī cacumine pirox: tūc inibis pliū: qā tūc egredietur dñs ante faciē tuā: ut percutiat castra philistiim. Fecit itaq; dauid sicut p̄cepat ei dñs: ↄ percussit philistiim de gabaa usq; dū venias gezer.

Congregauit autē rursum C·vi· dauid oēs electos ex isrl triginta milia. Surrexitq; dauid et abiit et universus pplus qui erat cū eo de viris iuda ut adducerent archam dei: super quā inuocatū est nomē dñi exercituū sedētis ī cherubin sup eā. Et imposuerunt archam dei sup plaustrū nouū. Tulerūtq; eam de domo aminadab: qui erat in gabaa. Oza autē et haio filij aminadab minabant plaustrū nouū. Cūq; tulisset eam de domo aminadab qui erat in gabaa· custodiens archam dei·haio p̄cedebat archā dei: dauid autē et oēs isrl ludebāt corā domino: in oībz lignis fabrefactis et citharis·ↄ liris·ↄ timpanis·ↄ sistris·et cymbalis. Postq; autē venerunt ad aream nachor extendit oza manū ad archā dei et tenuit eā: q̄m calcitrabāt boues ↄ declinauerūt eā. Iratusq; est indignatione dñs contra ozā: ↄ percussit eū super temeritate: q̄ mortuus est ibi: iuxta archam dei. Cōtristatus ē autē dauid eo q̄ percussisset dñs ozam: et vocatū est nomen loci illius percussio oza usq; ī diē hāc. Et extimuit dauid dñm ī die illa dicēs. Quō ingredietur ad me archa dñi? Et noluit diuertere ad se archam dñi in ciuitatem dauid: sed diuertit eam in domū obededom gethei. Et habitauit archa dñi ī domo obededom gethei tribus mensibus: ↄ benedixit dñs obededom·et omnē domum eius. Nūciatūq; est regi dauid: q̄ bēdixisset dñs obededom et omnia eius p̄ter archam dei. Dixitq; dauid. Ibo: et reducā archam cū benedictione in domū meam. Abiit ergo dauid: et adduxit archā dei de domo obededom in ciuitatem dauid cū gaudio·et erāt cū dauid septē chori: et victima vituli. Cūq; trāscendissent q̄ portabāt archā dñi sex passus immolabāt bouem et ouem et ariete: et dauid percutiebat in organis: et saltabat toris viribz ante dominū. Porro dauid erat accinctus ephot lineo: ↄ dauid et oēs domus israhel ducebant archam testamenti dñi ī iubilo ↄ ī clangore buccine. Cūq; intrasset archa dñi in ciuitatē dauid: michol filia saul despiciēs per fenestrā vidit regē dauid sultiantē atq; salientē corā dño: ↄ despexit eū ī corde suo. Et introduxerūt archā dñi: ↄ imposuerūt eā ī loco suo ī medio tabernaculi q̄ tetenderat ei dauid: et obtulit dauid holocausta coram dño et pacifica. Cumq;

cōplesset offerēs holocausta et pacifica:
benedixit pp̄lo ī noīe dñi exercituū. Et
partitus est mlitudinī uniuersē israhel
tam viro q̄ mlieri singulis collyridā
panis unā: t assaturā bubale carnis
unā: et similā frixā oleo. Et abiit oīs
pp̄ls: unusquisq; ī domū suā. Reuersusq;
est dauid: ut benediceret domui suę: t
egressa michol filia saul in occursum
dauid·ait. Quā gloriosus fuit hodie rex
israhel discooperiens se ante ancillas
seruoꝝ suoꝝ: et nudatus ē q̄si si nudet̄
unus de scurris. Dixitq; dauid ad mi-
chol. Viuit dñs: q̄a ludā ante dñm q̄
elegit me pociꝰ q̄ṁ p̄rem tuū t q̄ṁ omnē
domū eiꝰ: et p̄cepit michi ut essem dux
sup pp̄lm dñi ī israł. Et ludā t vilior fiā
plus q̄ fcūs sū· t ero humilis ī oculis
meis: et cū ancillis de quibꝫ locuta es
glorior apparebo. Igit̄ michol filie saul
nō ē natus filiꝰ: usq; ī diē mortis sue.

Factum est autē cū sedisset T. vn
rex ī domo sua: et dñs dedisset
ei requiē undiq; ab uniuersis inimicis
suis: dixit ad nathan pp̄ham. Vides
ne q̄ ego habitem in domo cedrina: t
archa dei posita sit in medio pelliū?
Dixitq; nathan ad regē. Omne quod
est in corde tuo vade fac: q̄a dñs tecū
est. Factū est autē in illa nocte: et ecce
sermo dñi ad nathan dicens. Vade
t loquere ad seruū meum dauid. Hec
dicit dominꝰ. Numquid tu edificabis
michi domū ad habitandū? neq; enī
habitauī ī domo ex die illa qua eduxi
israł de terra egipti usq; ī diem hāc: sed
ambulabā ī tabernaculo t ī tentorio
per cūcta loca q̄ trāsiui cū oīnibꝫ filijs
israł. Numquid loquēs locutus sum ad
unā de tribubꝫ israł· cui p̄cepi ut pasceret
pp̄lm meū israł· dicens. Quare nō edifi-
casti michi domū cedrinam? Et nūc
hec dices seruo meo dauid. Hec dicit
dñs exercituum. Ego tuli te de pascuis
sequentem greges ut esses dux sup po-
pulum meū israł: et fui tecū ī omnibus
ubicūq; ambulasti: t interfeci uniuersos
inimicos tuos a facie tua: feciq; tibi
nomen grande iuxta nomē magnoꝝ
qui sunt ī terra. Et ponam locū pp̄lo
iores natu isrl cū principibꝫ tri-
buum ⁊ duces familiarꝝ filiorꝝ isrl ad
regē salomonē in ihrlm:ut deferrent
archam federis dñi de ciuitate dauid
id est de syon. Conueneruntq; ad regē salo-
monem uniuersus isrl in mense bethā-
nim ī solēni die:ipe ē mēsis septimus.

Venerūtq; cūcti ſenes de iſrł: et tulerūt archā ſacerdotes: et portauerūt archā dñi et tabernaculū federis ⁊ oīa vaſa ſanctuarij que erāt ī tabernaculo: ⁊ ferebant ea ſacerdotes et leuite. Rex autē ſalomon et oīs multitudo iſrł q̄ conuenerat ad eū gradiebat cū illo ante archā: et īmolabāt oues et boues abſq; eſtimatione ⁊ numero. Et intulerunt ſacerdotes archā federis dñi in locū ſuū ī oraculū tēpli ī ſanctū ſanctorum: ſubter alas cherubīn. Siquidē cherubin expandebāt alas ſuper locū arce: et pregebāt archā: et vectes eius deſup. Cūq; eminerēt vectes et apparerent ſūmitates eorū foris ſanctuariū ante oraculū: non apparebāt vltra exterīſecus: qui et fuerūt ibi uſq; in preſentē diē. In archa autē nō erat aliud niſi due tabule lapidee quas poſuerat īn ea moyſes in oreb: quādo pepigit dñs fedus cū filijs iſrł. cum egrederentur de terra egipti. Factū eſt autē cū exiſſent ſacerdotes de ſanctuario. nebula impleuit domū dñi: et nō poterant ſacerdotes ſtare. ⁊ miniſtrare propter nebulā. Impleuerat enī gloria dñi domum dñi. Tunc ait ſalomon. Dominus dixit ut habitaret ī nebula. Edificans edificaui domū et habitaculū tuū: firmiſſimū ſoliū tuū ī ſempiternū. Conuertitq; rex faciē ſuam: et bñdixit omni ecclie ī iſrł. Omnis enim eccla iſrł ſtabat. Et ait ſalomon. Bñdictus dñs deus iſrł: qui locutus eſt ore ſuo ad dauid patrē meū: et in manibus ei⁹ perfecit dicēs. A die qua eduxi ppl'm meū iſrł de egipto. nō elegi ciuitatē de oīb⁹ tribubz iſrł ut edificaret̄ dom⁹. et eſſet nomē meū ibi: ſed elegi dauid: ut eſſet ſuper ppl'm meū iſrł. Et olnitq; dauid pater meus edificare domum nomini dñi dei iſrł: et ait dñs ad dauid patrē meū. Quod cogitaſti ī corde tuo edificare domū nomini meo: bene feciſti hoc ipm mēte tractās. Verūtamen tu nō edificabis mihi domum: ſed filius tuus q̄ egredietur de renibz tuis: ipe edificabit domū nomini meo. Cōfirmauit dñs ſermonē ſuū quē locutus eſt: ſtetiq; p dauid patre meo. et ſedi ſup thronū iſrł ſicut locut⁹ eſt dñs: et edificaui domū nomini dñi dei iſrł: et cōſtitui ibi locū arche in qua fedus dñi eſt. quod percuſſit cū patribz nr̄is. quādo egreſſi ſunt de terra egipti. Stetit autē ſalomō ante altare dñi ī conſpectu ecclie iſrł: et expādit manus ſuas in celū et ait. Dñe deus iſrł nō ē ſimilis tui deus ī celo deſup. ⁊ ſup terrā deorſū: qui cuſtodis pactū et miſericordiam ſeruis tuis qui ambulāt corā te ī toto corde ſuo: qui cuſtodiſti ſeruo tuo dauid patri meo que locut⁹ es ei. Ore locut⁹ es et manibz perfeciſti: ut hec dies ꝓbat. Nūc igit̄ dñe deus iſrł. cōſerua famulo tuo dauid patri meo que locut⁹ es ei dicēs. Nō auferet̄ de te vir corā me. q̄ ſedeat ſup thronū iſrł: ita tamen ſi cuſtodierint filij tui viā ſuā. ut ambulēt corā me. ſicut tu ambulaſti ī cōſpectu meo. Et nūc dñe deus iſrł firmet̄ur verba tua: que locut⁹ es ſeruo tuo dauid patri meo. Ergo ne putandū ē quod vere deus habitet ſup terrā? Si enī celū ⁊ celi celoz te capere nō poſſūt: quāto magis dom⁹ hec quā edificaui. Sed reſpice ad oratiōnē ſeruī tui. et ad preces eius dñe deus meus. Audi ymnū ⁊ oratiōnē quā ſeru⁹ tu⁹ orat corā te hodie: ut ſint oculi tui aperti ſup domū hāc nocte ac die: ſuper domū de qua dixiſti erit nomē meū ibi: ut exaudias oratiōnē quā orat in loco iſto ad te

seruus tuꝰ: ut exaudias deprecationē
serui tui et ꝑpli tui isrl. qcūqꝫ orauerit
in loco isto: et exaudies ī loco habita-
culi tui in celo: ⁊ cū exaudieris ꝓpicius
eris. Si peccauerit homo ī proximū
suū et habuerit aliquod iuramētum
quo teneat astrictus. ⁊ venerit ꝑ iu-
ramentū corā altari tuo ī domū tuā:
tu exaudies ī celo ⁊ facies. et iudicabis
seruos tuos. cōdemnās impiū. et red-
dens viā suā sup caput eiꝰ: iustificāsqꝫ
iustū. et retribuēs ei scōm iustitiā suā.
Si fugerit ꝑplus tuꝰ isrl inimicos suos
quia peccaturi sunt tibi: et agentes pēi-
tentiā et cōfitentes nomini tuo. vene-
rint ⁊ adorauerit et deprecati te fuerint
in domo hac exaudi ī celo. et dimitte
peccatū ꝑpli tui isrl: et reduces eos ī ter-
ram quā dedisti patribz eorū. Si clau-
sum fuerit celū ⁊ nō pluerit ꝑter pecca-
ta eoꝝ. et orātes ī loco isto pēitentiā
egerint nomini tuo et a peccatis suis
cōuersi fuerint ꝑter afflictionē suā: ex-
audi eos in celo et dimitte peccata ser-
uorum tuoꝝ ⁊ ꝑpli tui isrl. ⁊ ostēde eis
viā bonā ꝑ quā ambulent: ⁊ da plu-
uiam sup terrā. quā dedisti ꝑplo tuo ī
possessionē. ſFames si oborta fuerit ī
terra aut pestilentia aut corrupt⁹ aer.
aut erugo. aut locusta uel rubigo. ⁊ af-
flixerit eū inimicꝰ eiꝰ portas obsidēs:
oīis plaga. oīsq; infirmitas. quic-
qd deuotatio et imꝓcatio ꝙ accideri
omni homini de ꝑplo tuo isrl: si quis
cognouerit plagā cordis sui. ⁊ expā-
derit manus suas ī domo hac. tu exau-
dies in celo ī loco habitationis tue. ⁊
repropiciaberis: ⁊ facies ut des unicui-
qꝫ scōm oīes vias suas. sicut videris
cor eiꝰ. quia tu nosti solus cor omniū
filioꝝ hoīm: ut timeāt te cūctis diebus
quibz vixerūt sup facē ire. quā dedisti
patribz nostris. ¶Insuper et alienigena
qui nō ē de ꝑplo tuo isrl cū venerit de
terra longinqua ꝓpter nomē tuū: audi-
etur enī nomē tuū magnū et manus
tua fortis. ⁊ brachiū tuū extentū ubiqꝫ
cū venerit ergo et orauit ī hoc loco. tu
exaudies in celo in firmamēto habita-
culi tui: et facies oīa ꝙ quibz invoca-
uerit te alienigena ut discant uniūsi
ꝑpli terraꝝ nomē tuū timere sicut ꝑplus
tuꝰ isrl: et probēt ꝙa nomē tuū invo-
catum ē sup domū hāc quā edificaui.
Si egressus fuerit ꝑplus tuꝰ ad bellum
contra inimicos suos ꝑ viā quacūqꝫ
miseris eos: orabūt te ꝓra viā civita-
tis. quā elegisti. et contra domū quā
edificaui nomini tuo: et exaudies in
celo orationes eoꝝ et pces eoꝝ. et fa-
ces iudiciū eoꝝ. Quod si peccauerit ti-
bi: nō ē enī homo qui nō peccet: ⁊ ira-
tus tradideris eos inimicis suis. et ca-
ptiui ducti fuerit ī terrā inimicoꝝ lōge
uel prope: et egerint pēitentiā ī corde
suo in loco captiuitatis. et cōuersi de-
precati te fuerint in captiuitate sua di-
centes. peccauimꝰ. inique egimus. im-
pie gessimꝰ: et reuersi fuerint ad te ī uni-
uerso corde suo. et tota anima sua in
terra inimicoꝝ suorū ad quā captiui
ducti fuerint: et orauerint te cōtra viā
terre sue quā dedisti patribz eorū. et ci-
uitatis quā elegisti. ⁊ templi quod edifi-
caui nomini tuo: exaudies ī celo ī fir-
mamēto solii tui. orationes eoꝝ ⁊ pces
eoꝝ: ⁊ facies iudiciū eoꝝ. et ꝓpiciaberis
ꝑplo tuo ꝙ peccauit tibi. et oīibz ini-
quitatibz eoꝝ quibz ꝓuaricati sūt ī te:
et dabis miserationē corā eis. ꝙ eos ca-
ptiuos habuerit ut misereant eis. ¶Po-
pulus enim tuus est. et hereditas tua
quos eduxisti de terra egipti. de medio
fornacis ferree: ut sint oculi tui aperti

ad deprationē ſeruī tuī et ppli tui iſrl:
7 exaudies eos in uniuſis p quibz in-
uocauerint te. Tu enī ſeparaſti eos tibi
in hereditatē de uniuſis ppls terre: ſi-
cut locutus es per moyſen ſeruū tuū:
quādo eduxiſti patres nros de egipto
dñe deꝰ. Factū ē autē cū cōpleſſet ſalo-
mon orans dñm omnē orationē et
deprationē hāc: ſurrexit de cōſpectu al-
taris dñi. Uterq; enī genu in terrā fixe-
rat: et manꝰ expāderat ad celū. Steteꝛ
ergo et bñdixit omni ecclie iſrl: uoce
magna dicēs. Bñdictus dñs q dedit
requiē pplo ſuo iſrl: iuxta oīa que lo-
cutus ē. Nō cecidit ne unꝰ quidē ſmo-
ex oniibz bonis q locutꝰ eſt p moyſen
ſeruū ſuū. Sit dñs deꝰ noſter nobiſcū
ſicut fuit cum patribz nris: nō derelin-
quens nos neq; proicies: ſed inclinet
coꝛda nra ad ſe: ut ambulemꝰ in uni-
uerſis uijs eiꝰ: et cuſtodiamꝰ mādata
eius: 7 cerimonias 7 iudicia quecūq;
mādauit patribz nris: 7 ſint ſmones
mei iſti quibz deprcatus ſum coꝛā dño
appropīquātes coꝛā dño deo nro: die
ac nocte: ut faciat iudiciū ſeruo ſuo 7
pplo ſuo iſrl: per ſingl'os dies: et ſciāt
oēs ppli terre q̄a dñs ipe ē deꝰ: et nō
eſt ultra abſq; eo: ſit q; coꝛ nrm pfectū
cū dño deo nro: ut ambulemꝰ in decre-
tis eiꝰ 7 cuſtodiamꝰ mādata eiꝰ: ſicut
et hodie. Igitur rex 7 oīs iſrl cū eo im-
molabāt victimas coꝛā dño. Mactauit
q; ſalomō hoſtias pacificas quas
immolauit dño: boū uigīti duomīlia
et ouiū centūuigintimilia. Et dedi-
cauerunt templū dñi rex et filij iſrl. In
die illa ſāctificauit rex mediū atriꝰ: qđ
erat ante domū dñi. Fecit quippe olo-
cauſtū ibi 7 ſacrificiū 7 adipē pacifico-
rum: quīā altare ereū qđ erat coꝛā dño
minꝰ erat: 7 capere nō poterat oloꝛcauſtū.
et ſacrificiū et adipē pacificorū. Fecit
ergo ſalomon i tpe illo feſtiuitatē cele-
breꝫ: 7 oīs iſrl cū eo mltitudo magna
ab introitu emath uſq; ad riuū egipti
coꝛā dño deo nro ſeptē diebz 7 ſeptē di-
ebus: id eſt ñtuordecim diebz: et in die
octauo dimiſit pplos. Qui bñdicēres
regi pfecti ſūt i tabernacla ſua: letātes
7 alacriq; coꝛde ſup oniibz bonis q fece-
rat dñs dauid ſuo ſuo 7 iſrl pplo ſuo.

Factū eſt autē cū perfeciſſet C vc.
ſalomō edificiū domꝰ dñi 7 edi-
ficiū regis: et omne quod optauerat
et uoluerat facere: apparuit ei dñs ſe-
cundo ſicut apparuerat ei in gabaon.
Dixitq; dñs ad eū. Exaudiui oratio-
nem tuā et deprationē tuā: quā dēpca-
tus es coꝛā me. Sanctificaui domū
hāc quā edificaſti: ut ponerē nomen
meū ibi i ſempiternū: et erūt oculi mei
et coꝛ meū ibi cūctis diebz. Tu q; ſi am-
bulaueris coꝛā me ſicut ambulauit pa-
ter tuꝰ in ſimplicitate coꝛdis: 7 in equi-
tate et feceris oīa que p̄cepi tibi 7 iudi-
cia mea ſeruaueris 7 legitima mea: po-
nam thronū regni tui ſuper iſrl in ſem-
piternū ſicut locutꝰ ſum dauid patri
tuo dicēs: nō auferet vir de genere tuo
de ſolio iſrl. Si autē auerſione auerſi
fueritis vos et filij veſtri nō ſequentes
me: nec cuſtodientes mādata mea: et
cerimonias quas ꝓpoſui vobis: ſed
abieritis et coluerītis deos alienos et
adoraueritis eos: auferam iſrl de ſu-
perficie terre quā dedi eis: 7 templū qđ
ſāctificaui nomini meo ꝓiciā a cōſpe-
ctu meo: eritq; iſrl in prouerbiū 7 i fabu-
lam cūctis pplis: et domꝰ hec erit i exem-
plum. Omnis q̄ trāſierit p eā ſtupebit:
7 ſibilabit 7 dicet. Quare fecit dñs ſic
terre huic et domui huic? Et rñdebūt.
Quia derelinq̄runt dñm deū ſuū qui

eduxit patres eoꝝ de terra egipti·et secuti sunt deos alienos et coluerũt eos ꝛ adorauerũt eos:idcirco induxit dñs sup eos omne malũ hoc. Expletis autem annis viginti postq̃ edificauerat salomon duas domos id est domũ dñi ꝛ domũ regis·hiram rege tyri prebente salomoni ligna cedrina ꝛ abiegna et aurũ iuxta omne qđ opus habuerat:tũc dedit salomõ hirã viginti opida in terra galilee. Et egressus est hiram de tyro·ut videret opida q̃ dederat ei salomon:et nõ placuerũt ei. Et ait. Hyeccine sunt ciuitates quas dedisti michi frater? Et appellauit eas terrã chabul usq; in diẽ hãc. Misit ergo hiram ad regẽ salomonẽ centũviginti talenta auri. Hec est summa expẽsarũ quã obtulit salomon rex ad edificandum domũ dñi ꝛ domũ suã ꝛ mello. et murũ ihrlim: et eser et mageddo et gazer. Pharao rex egipti ascendit·et cepit gazer succenditq; eã igni: et chananeum q̃ habitabat in ciuitate interfecit:et dedit eã in dotem filie sue uxori salomonis. Edificauit ergo salomõ gazer·ꝛ bethoron inferiorẽ·et baalath· ꝛ palmirã i terra solitudinis:et omnes uicos q̃ ad se pertinebãt·et erãt absq; muro munuit:et ciuitates curruũ·et ciuitates equitũ ꝛ qđcũque ei placuit· ut edificaret in ihrlim ꝛ in libano·et i omni terra potestatis sue. Hniusum pplm q̃ remanserat·de amorreis et de ethei et pherezeis·et euei et iebuseis· q̃ nõ sunt de filijs isrl:horũ filios qui remãserant i terra quos scilicet nõ potuerãt filij isrl exterminare fecit salomõ tributarios·usq; in diẽ hãc. De filijs autẽ isrl nõ cõstituit salomon seruire quẽquã:sed erant uiri bellatores ꝛ ministri ei⁹ et principes et duces et pfecti curruũ ꝛ equoꝝ. Erant autẽ principes sup oĩa opa salomonis ꝓpositi quingenti quinq̃ginta:q̃ habebãt subiectũ pplm·et statutis operibz imperabant. Filia autẽ pharaonis ascẽdit de ciuitate dauid i domũ suã:quã edificauerat ei salomõ. Tunc edificauit mello. Offerebat aũt salomõ tribz uicibz p annos singulos holocausta et pacificas uictimas super altare qđ edificauerat dño:et adolebat thimiama coram domino. Perfectũq; est templũ. Classem quoq; fecit rex salomon in asion gaber que ẽ iuxta aylam in litore maris rubri:in terra ydumee. Misitq; hiram i classe illa suos seruos uiros nauticos et gnaros maris·cũ seruis salomonis: qui cũ uenissent i ophir:sumpserũ inde aurũ quadringẽtoꝝ uiginti talentoꝝ detulerũt ad regẽ salomonem. C x

Sed et regina saba audita fama salomonis in nõe dñi: uenit temptare eũ i enigmatibz. Et ingressa ihrlim mlto cũ comitatu ꝛ diuitijs·camelis portantibz aromata et auꝝ infinitũ nimis ꝛ gemmas pretiosas uenit ad regẽ salomonẽ:et locuta est ei uniuersa que habebat in corde suo. Et docuit eã salomon oĩa uerba q̃ ꝓposuit. Hnũ fuit sermo q̃ regẽ posset latere: et nõ responderet ei. Hidens autẽ regina saba omnẽ sapientiã salomonis et domũ quã edificauerat ꝛ cibos mẽse ei⁹·et habitacla seruoꝝ et ordines ministrantiũ uestesq; eoꝝ et pincernas·ꝛ holocausta q̃ offerebat i domo dñi nõ habebat ultra spiritũ:dixitq; ad regẽ. Uerus est sermo quem audiui i terra mea sup sermonibz tuis et sup sapientia tua:et nõ credebã narrãtibz michi donec ipsa ueni et uidi oculis meis: et probaui quod media pars michi

3?.

nūciata nō fuerit. ſMaior est ſapiētia et opera tua: ꝯ rumor quem audiui. Beati viri tui et beati ſerui tui hiꝭ qui ſtant corā te ſemp: et audiūt ſapiētiā tuā. Bit dñs deus tu⁹ benedictus qui cōplacuiſti: ⁊ poſuit te ſup thronū iſrl' eo quod dilexerit dñs iſrl' in ſempiternum: et cōſtituit te regē ut faceres iudiciū ⁊ iuſtitiam. Dedit ergo regi centumuiginti talenta auri: et aromata mlta nimis: et gēmas pciosas. ſNon ſūt allata ultra aromata tam mlta: quam ea ꝙ dedit regina ſaba regi ſalomoni. Sed ⁊ claſſis hiram que portabat auꝝ de ophir·attulit ex ophir ligna thiina mlta nimis: et gemmas pciosas. ſFecitq; rex de lignis thiinis fulcra dom⁹ dñi et dom⁹ regine: et citharas liraſq; cantoribꝫ. ſNō ſunt allata huiuſcemodi ligna thiina: neq; viſa uſq; in presentē diē. Rex autē ſalomon dedit regine ſabe oīa que voluit et petiuit ab eo: exceptis hiis que ultro obtulerat ei munere regio. Que reūſa ē: ⁊ abiit i terrā ſuā cū ſuis ſuis. Erat autē pond⁹ auri quod offerebat ſalomoni per annos ſinglos·ſexcentorum ſexaginta ſex talentoꝝ auri: exceptо eo quod offerebāt viri ꝙ ſuper vectigalia erāt et negociatores·vniuerſiq; ſcruta vendētes: et oēs reges arabie ducesq; terre. ſFecit q; rex ſalomon ducenta ſcuta de auro puriſſimo. Trecentos auri ſiclos dedit i laminas ſcuti uni⁹: et trecentas pcras ex auro ꝓbato. Trecentosq; mine auri: ona pelta vestiebāt. Poſuitq; eas rex i domo ſalcus libani. ſFecit eciā rex ſalomon thronū de ebore grandē: ⁊ vestiuit eū auro fulvo nimis: ꝙ habebat sex grad⁹. Et ſummitas throni rotūda erat i parte poſteriori·et due manus hinc atque inde tenentes ſedile: et duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas: ⁊ duodecim leunculi ſtantes ſup ſex gradus hinc atq; inde. ſNō est factū tale opus i oniuersis regnis. Sed et oīa vaſa de quibus potabat rex ſalomō erāt aurea: et oniūſa ſuppellex dom⁹ ſalt⁹ libani de auro puriſſimo. ſNō erat argentū nec alicui⁹ pcij putabat in diebꝫ ſalomonis: quia claſſis regis p mare cū claſſe hiram ſemel per tres annos ibat in tharſis: deferēs inde aurū et argentum·et dentes elephantoꝝ ⁊ ſimias et pauos. ſMagnificat⁹ est ergo rex ſalomon ſup oēs reges terre diuitiis et ſapientia: et oniūſa terra deſiderabat vultū ſalomonis·ut audiret ſapientiam eius quā dederat de⁹ i corde ei⁹: et ſinguli deferebant ei munera·vaſa argentea et aurea·veſtes et arma bellica·aromata ꝯ et equos et mulos per annos ſingulos. Cōgregauitq; ſalomon currus et equites et facti ſunt ei millequadringēti curr⁹ et duodecimmilia equitū: ⁊ diſpoſuit eos p ciuitates munitas: ⁊ cū rege in ihrlm. ſFecitq; ut tanta eſſet abundantia argenti in ihrlm quāta et lapidū: et cedroꝝ pbuit mltitudinē: quaſi ſicomoros que naſcunt in campeſtribꝫ. Et educebantur equi ſalomoni de egipto ⁊ de choa. ſNegociatores eni regis emebāt de choa: et ſtatuto precio perducebāt. Egrediebat autē quadriga ex egipto ſexcēt⁹ ſiclis argenti: et equus cēt⁹ quinquaginta. Atq; in hūc modū cūcti reges ethey ⁊ ſirie equos venūdabāt.

Rex autē ſalomō amauit C·xx· mulieres alienigenas multas: filiā q; pharaonis: et moabitidas ⁊ ammonitidas·ydumeas et ſydonias·. et cetheas: de gentibꝫ ſup quibꝫ dixit

dñs filijs ifrł. ſſNon ingredientini ad eas: neq; de illis ingredient ad vras. Certissime enī auertent corda vra: ut sequamini deos eaz. Hijs itaq; copulatus ē salomon ardentissimo amore. ſſuerūtq; ei vxores ñſi regine septingente: et cōcubine trecēte. Et auertērūt mlieres cor ei9. Cūq; iam esset senex deprauatū ē cor eius p mlieres ut sequeretur deos alienos: nec erat cor ei9 perfectum cū dño deo suo sicut cor dauid pris ei9: sed colebat salomon astharthen deam sydoniox-et chamos deū moabitarū et moloch ydolū ammonitarū. ſſeciq; salomō quod nō placuerat corā dño: et nō adimpleuit ut sequeret dñm sicut dauid pater eius. Tūc edificauit salomō fanū chamos ydolo moab in monte q̄ est cōtra ihrlem: et moloch ydolo filiox ammon. ſſtq; i hūc modū fecit vniūsis vxoribz suis alienigenis: q̄ adolebāt thura et immolabant dijs suis. ſſgit iratus ē dñs salomoni-quod auersa esset mens ei9 a dño deo ifrł q̄ apparuerat ei bis: et preceperat de verbo hoc ne sequeret deos alienos: et nō custodiuit q̄ mandauit ei dñs. Dixit itaq; dñs salomoni. Quia habuisti hoc apud te et non custodisti pactū meū ⁊ pcepta mea q̄ mādaui tibi: dilrūpens scindam regnū tuū-⁊ dabo illud seruo tuo: verūtamen in diebz tuis nō faciā propter dauid patrē tuū. De manu filij tui scindā illud: nec totū regnū auferam sed tribū vnā dabo filio tuo: propter dauid seruū meū et ihrlm quam elegi. Bulcitauit autē dñs adūsariū salomoni adad ydumeū de semine regio: qui erat i edom. Cū enī esset dauid in ydumea ⁊ alcēdisset ioab princeps milicie ad sepeliendū eos qui fuerant interfecti-et occidisset omne masculinū i ydumea: sex enī mensibz ibi moratus est ioab-et oīs ifrł donec interimeret omne masculinū in ydumea: fugit adad ipe et viri ydumei de seruis pris ei9 cū eo-ut ingrederet egiptū. Erat autem adad puer paruul9. Cūq; surrexissent de madian: venerūt in pharan. Tulerūtq; secū viros de pharan: et introierūt egiptū-ad pharaonē regē egipti. Qui dedit ei domū: et cibos cōstituit: et terram delegauit. Et inuenit adad gratiā corā pharaone valde: intantū ut daret ei vxorē sororē vxoris sue germanā rafines regine. Genuitq; ei soror rafines genebath filiū: et nutriuit eū rafines i domo pharaonis. Eratq; genebath habitans apud pharaonem cū filijs ei9. Cūq; audisset adad in egipto dormisse dauid cū patribus suis: et mortuū esse ioab principē milicie: dixit pharaoni. Dimitte me: ut vadā in terrā meā. Dixitq; ei pharao. Qua enī re apud me indiges: ut queras ire ad terrā tuā? At ille respondit. ſſulla. Sed obsecro te: ut dimittas me. Bulcitauit quoq; ei de9 adūsariū razon filiū eliadan qui fugerat adadezer regē soba dñm suū: et cōgregauit cōtra eū viros ⁊ factus est princeps latronū cū interficeret eos dauid: abierūtq; damascū et habitauerūt ibi: ⁊ cōstituerūt eū regē i damasco: eratq; adūsari9 ifrł cūctis diebz salomonis. Et hoc est malū adad ⁊ odiū contra ifrł: regnauitq; in syria. ſſheroboam q̄ fili9 nabath ephrateus de sareda-seruus salomonis cui9 mater erat nomine sua mulier vidua: leuauit manum cōtra regē. Et hec causa rebellionis aduersus eū: quia salomon edificauit mello: ⁊ coequauit voraginem

ciuitatis dauid patris sui. Erat autē
iheroboā vir fortis et potens. Vidēsq;
salomon adolescentē bone indolis ⁊
industriū cōstituerat eū pfectū super tri-
buta uniuerse domꝰ ioseph. Factum est
igit̄ in tpe illo ut iheroboā egrederet̄ de
ihrlim: ⁊ inueniret eū ahias silonites
prophet̄a in via opert̄ pallio nouo.
Erāt autē duo tantū i agro. Apphen-
densq; ahias pallium suū nouū quo
coopert̄ erat scidit in duodecim par-
tes: et ait ad iheroboā. Tolle tibi decē
scissuras. Hec enī dicit dñs deus isra-
hel. Ego scindā regnū de manu salo-
monis: et dabo tibi decē tribus. Por-
ro una tribus remanebit ei ꝓpter seruū
meū dauid ⁊ ihrlim ciuitatē quā elegi
ex omnibꝫ tribubꝫ isrl: eo qꝫ dereliq̄rit
me et adorauerit astharthen deam sy-
doniorꝫ et chamos deū moab et mo-
loch deū filiorꝫ ammon: et nō ambu-
lauerit in viis meis ut faceret iustitiā
corā me et ꝑcepta mea et iudicia sicut
dauid pater ei. Nec auferā omne re-
gnum de manu ei: sed ducē ponā eū
cūctis diebꝫ vite sue ꝓpter dauid seruū
meū quē elegi: qꝫ custodiuit mādata
mea ⁊ ꝑcepta mea. Auferā autē regnū
de manu filij ei ⁊ dabo tibi decē tribus:
filio autē ei dabo tribū unā: ut rema-
neat lucerna dauid seruo meo cūctis die-
bus corā me in ihrlim ciuitate quam
elegi ut esset nomē meū ibi. Te autē as-
sumam: et regnabis sup oīa q̄ deside-
rat anima tua: eritq; rex super isrl. Si
igit̄ audieris oīa que precepero tibi et
ambulaueris in viis meis ⁊ feceris qđ
rectū est corā me custodiēs mandata
mea et ꝑcepta mea sicut fecit dauid ser-
uus meus ero tecū: et edificabo tibi do-
mum fidelē quō edificaui dauid do-
mum et tradā tibi isrl et affligā semen
dauid sup hoc: uerūtamen nō cūctis
diebꝫ. Voluit ergo salomon interfice-
re iheroboam. Qui surrexit et affugit
in egiptū ad sesac regē egipti: ⁊ fuit in
egipto usq; ad mortē salomonis. Re-
liquū autē uerborꝫ salomonis et oīa
que fecit et sapientia eius: ecce uniuersa
scripta sunt in libro uerborꝫ dierū salo-
monis. Dies autē quos regnauit sa-
lomon in ihrlim super omnē isrl: qua-
draginta anni sunt. Dormiuitq; sa-
lomon cū patribꝫ suis: et sepult9 est i
ciuitate dauid patris sui: regnauitq;
roboam filius eius pro eo. C. xii

Venit autē roboā in sichem. Illuc
enī cōgregatus erat oīs populꝰ
isrl ad cōstituendū eū regem. At uero
iheroboam filius nabath cū adhuc
esset in egipto profugus a facie salo-
monis regis: audita morte eius reuer-
sus est de egipto. Miseruntq; ⁊ voca-
runt eū. Venit ergo iheroboā et oīs
multitudo isrl: et locuti sunt ad roboā
dicentes. Pater tuus durissimū iugū
imposuit nobis: tu itaq; nunc immi-
nue paululū de imperio patris tui du-
rissimo et de iugo grauissimo qđ impo-
suit nobis: et seruiemus tibi. Qui ait
eis. Ite usq; ad tertiū diem: et reuertimi-
ni ad me. Cūq; abisset ꝓpls: iniit cōsi-
lium rex roboam cum senioribꝫ qui
assistebāt corā salomone patre eius
cū adhuc uiueret: et ait. Quod datis
cōsiliū ut rēdeam ꝓplo? Qui dixerunt
ei. Si hodie obedieris ꝓplo huic et ser-
uieris et petitioni eius responderis: locutus-
q; fueris ad eos uerba lenia: erūt tibi
famuli cūctis diebꝫ. Qui dereliquit cōsiliū
senum quod dederāt ei: et adhibuit
adolescentes qui nutriti fuerant cū eo ⁊
assistebant illi: dixitq; ad eos. Quod
michi datis consiliū ut rēdeam ꝓplo

huic. qui dixerũt michi leui⁹ hec iugũ
quod iposuit pater tu⁹ super nos?
Et dixerũt ei iuuenes q̃ nutriti fuerant
cũ eo. Sic loquere ꝓplo huic: qui locu-
ti sunt ad te dicẽs. Pater tu⁹ aggra-
uauit iugũ nr̃m: tu releua nos. Sic
loq̃ris ad eos. ℳinimus digit⁹ me⁹
grossior est dorso p̃ris mei. Et nũc pa-
ter meus posuit sup vos iugũ graue:
ego autẽ addã super iugũ vr̃m. Pater
me⁹ cecidit vos flagellis: ego autẽ ce-
dam vos scorpionibꝫ. Venit ergo ihe-
roboam. & oĩs ꝓplus ad roboã die ter-
cia: sicut locut⁹ fuerat rex dicẽs. reuerti-
mini ad me die tercia. Rñditq; rex po-
pulo dura. derelicto cõsilio senioꝝ qđ
ei dederãt: & locut⁹ est eis scđm cõsiliũ
iuuenũ dicens. Pater me⁹ aggrauauit
iugũ vr̃m: ego autẽ addam iugo vr̃o.
Pater me⁹ cecidit vos flagellis: ego
autẽ cedã vos scorpionibꝫ. Et nõ acq̃e-
uit rex ꝓplo quõ auersat⁹ fuerat eum
dñs: ut sustãtaret verbũ suũ qđ locut⁹
fuerat ĩ manu ahie silonite ad ihero-
boam filiũ nabath. Videns itaq; po-
pulus quod noluisset eos audire rex:
rñdit ei dicens. Que nobis pars ĩ da-
uid. uel que hereditas ĩ filio ysai? Va-
de in tabernacla tua isrl. ℳũc vide do-
mum tuã dauid. Et abiit isrl ĩ taberna-
cula sua. Sup filios autẽ isrl. quicũq;
habitabãt in ciuitatibus iuda. regnaui-
uit roboã. ℳisit ergo rex roboã adu-
ram q̃ erat super tributa: et lapidauit
eũ oĩs isrl: et mortu⁹ est. Porro rex ro-
boam festinus ascendit curruũ et fugit
in ihrlm: recessitq; isrl a domo dauid
usq; ĩ presentẽ die. ℳactũ est autẽ cũ au-
disset oĩs isrl quod reuersus esset ihero-
boam miserũt et vocauerũt eũ congre-
gato retu: et cõstituerũt eũ regem super
omnẽ isrl: nec secut⁹ ẽ quisquã domũ
dauid ꝑter tribũ iuda solam. Venit
autẽ roboã ihrlm & congregauit uni-
uersam domũ iuda et tribũ beniamin
centũoctogintamilia electoꝝ viroꝝ et
bellatorũ: ut pugnarẽt contra domũ
isrl: et reducerent regnũ roboam filio
salomonis. ℳactũ est autẽ sermo dñi
ad semeiã virũ dei dicẽs. Loquere ad
roboã filiũ salomonis regẽ iuđ. & ad
omnẽ domũ iuda & beniamin et reli-
quos de ꝓplo dicẽs. Hec dicit dominꝰ.
ℳõ ascendetis: nec bellabitis contra
fratres vr̃os filios isrl. Reũtatur vir ĩ
domũ suã. ℳa me enĩ factũ ẽ verbũ hoc.
Audierũt sermonẽ dñi: & reuersi sunt
de itinere sicut eis preceperat dñs. Edi-
ficauit autẽ iheroboã sychem ĩ mõte
effraim: & habitauit ibi. Et egressus in-
de edificauit phanuel. Dixitq; iheroboa
ĩ corde suo. ℳũc reũtetur regnũ ad
domũ dauid. si ascenderit ꝓplus iste ut
faciat sacrificia in domo dñi ĩ ihrlm:
et conuertet cor ꝓpli hui⁹ ad dñm suũ
roboam regẽ iuda: interficientq; me &
reuertent ad eũ. Et rex cogitato cõsilio
fecit duos vitulos aureos: & dixit eis.
ℳolite vltra ascendere ihrlm. Ecce dii
tui isrl: qui te eduxerunt de terra egipti.
Posuitq; vnũ ĩ bethel. & alterũ in dan:
et factũ est verbũ hoc in peccatũ. Ibat
enĩ ꝓplus ad adorandũ vitulũ usq; in
dan. Et fecit phana ĩ excelsis: et sacer-
dotes de extremis ꝓpli qui nõ erãt de
filijs leui. Constituitq; die solẽnem in
mẽse octauo. quintadecima die mẽsis:
ĩ similitudinẽ solẽnitatis q̃ celebrabat
ĩ iuda. Et ascendẽs altare similiter fe-
cit ĩ bethel: ut ĩmolaret vitulis quos
fabricatus fuerat. Cõstituitq; ĩ bethel
sacerdotes excelsoꝝ q̃ fecerat: et ascẽdit
super altare quod extruxerat in bethel:
quintadecima die mensis octaui quẽ

finxerat de corde suo. Et fecit solemnitatem filijs israhel: et ascendit super altare ut adoleret incensum. Cxm.

Et ecce vir dei venit de iuda in sermone dñi in bethel theroboam stante sup altare: et thus iaciente. Et exclamauit cõtra altare in sermone dñi: et ait. Altare altare: hec dicit dñs. Ecce filius nascet domui dauid iosias nomine: et immolabit sup te sacerdotes excelsoz q̃ nũc in te thura succedũt: et ossa hominũ sup te incendet. Dedit q̃z in illa die signũ dicens. Hoc erit signum quod locut9 est dñs. Ecce altare scindet: et effundet cinis qui in eo e. Cũq; audisset rex sermonem hois dei que inclamauerat ctra altare in bethel: extendit manũ suam de altari dicens. Apphendite eũ. Et exaruit man9 eius quã extenderat cõtra eũ: nec valuit retrahere eã ad se. Altare q̃z scissum est: et effusus e cinis de altari: iuxta signũ quod pdixerat vir dei in sermone dñi. Et ait rex ad virũ dei. Deprecare faciẽ dñi dei tui et ora p me: ut restituatur man9 mea michi. Orauit vir dei faciem dñi: et reuersa e man9 regis ad eũ: et facta est sicut prius fuerat. Locut9 e autẽ rex ad virũ dei. Veni mecũ domũ ut prãdeas: et dabo tibi munera. Respondit; vir dei ad regẽ. Si dederis michi mediã partẽ dom9 tue nõ veniam tecũ: nec comedã panẽ neq; bibã aquã in loco isto. Sic enĩ mandatũ est michi in sermone dñi pcipientis. Nõ comedes panẽ neq; bibes aquã: nec reũteris p viã qua venisti. Abiit ergo per aliã viam: et nõ e reuersus per iter quo venerat in bethel: pphetes autem quidã senex habitabat in bethel: ad quẽ venerũt filij sui: et narrauerũt ei oia opera q̃ fecerat vir dei illa die in bethel. Et verba q̃ locut9 fuerat ad regẽ narrauerũt patri suo. Et dixit eis pater eorum. Per quã viã abiit? Ostenderunt ei filij sui viã per quã abierat vir dei q̃ venerat de iuda. Et ait filijs suis. Sternite michi asinũ. Qui cũ strauissent: ascendit et abiit post virũ dei: et inuenit eũ sedentẽ subt9 therebinthũ. Et ait illi. Tu ne es vir dei qui venisti de iuda? Rndit ille. Ego sũ. Dixitq; ad eũ. Veni mecũ domũ: ut comedas panẽ. Qui ait. Nõ possũ reuerti neq; venire tecũ: nec comedã panẽ nec bibã aquã in loco isto: qa locut9 est dñs ad me in sermone dñi dicẽs. Nõ comedes panẽ et nõ bibes aquã ibi: nec reuerteris p viam qua ieris. Qui ait illi. Et ego pphetа sum similis tui: et angelus locut9 e michi in sermone dñi dicẽs. Reduc eũ tecũ in domũ tuã: ut comedat panẽ et bibat aquã. Fefellit eũ: et reduxit secũ. Comedit ergo panẽ in domo eius: et bibit aquam. Cũq; sederẽt ad mensã: factus est sermo dñi ad pphetam q̃ reduxerat eũ. Et exclamauit ad virũ dei q̃ venerat de iuda dicẽs. Hec dicit dñs. Quia nõ obediẽs fuisti ori dñi: et nõ custodisti mãdatũ quod precepit tibi dñs deus tu9 et reuersus es et comedisti panẽ et bibisti aquã in loco in quo pcepit tibi ne comederes panẽ neq; biberes aquã: nõ inferet cadauer tuũ in sepulcrũ patrũ tuoz. Cũq; comedisset et bibisset: strauit asinum suũ pphetа quẽ reduxerat. Qui cũ abisset inuenit eũ leo in via: et occidit: et erat cadauer eius pjectũ in itinere. Asinus autẽ stabat iuxta illũ: et leo stabat iuxta cadauer. Et ecce viri trãseuntes viderũt cadauer pjectũ in via: et leonẽ stãtem iuxta cadauer. Et venerũt et diuulgauerũt in ciuitatẽ: in qua pphetes ille senex habitabat. Quod cum

audisset ꝓpheta ille qui reduxerat eū de via ait. Vir dei ē qui inobediēs fuit ori domini: ⁊ tradidit eū dñs leoni et cōfregit eū: et occidit iuxta verbū dñi qđ locut⁹ ē ei. Dixitq; ad filios suos. Sternite michi asinū. Qui cū strauissent et ille abisset: inuenit cadauer eius ꝓiectū in via: ⁊ asinū ⁊ leonē stantes iuxta cadauer. Non comedit leo de cadauere: nec lesit asinū. Tulit ergo ꝓphes cadauer viri dei et posuit illud super asinū: et reuersus intulit i ciuitatē ꝓphe senis ut plangeret eū: et posuit cadauer ei⁹ i sepulcro suo. Et planxerūt eū: heu heu mi frater. Cūq; planxissent eū: dixit ad filios suos. Cum mortuus fuero sepelite me i sepulcro i quo vir dei sepult⁹ ē: iuxta ossa ei⁹ ponite ossa mea. Profecto eni veniet sermo quē pdixit in sermone dñi contra altaꝛ quod ē i bethel: ⁊ contra oīa ꝑcta fana excelsorū que sūt i urbibꝫ samarie. Post verba hec nō ē reuersus iheroboam de via sua ꝑssima: sed ecōtrario fecit de nouissimis ꝑbus sacerdotes excelsorū. Quicūq; volebat implebat manū suam: et fiebat sacerdos excelsoꝝ. Et ꝓter hāc causam peccauit dom⁹ iheroboā: et euersa ē: ⁊ deleta de superficie ire. ℭ xm.

In tempore illo egrotauit abia filius iheroboā. Dixitq; iheroboam uxori sue. Surge et cōmuta habitū ne cognoscaris quod sis uxor iheroboam: ⁊ vade i silo ubi ē ahias ꝓpha qui locutus est michi qđ regnaturꝰ essem super ꝑplm hūc. Tolle quoq; i manu tua decē panes et crustulam et vas mellis: ⁊ vade ad illū. Ipe enim indicabit tibi: quid eventurꝰ sit puero huic. Fecit ut dixerat uxor iheroboā: et cōsurgens abiit i silo: ⁊ venit i domū ahie. At ille non poterat videre: quia caligauerūt oculi eius ꝓ senectute. Dixit autē dñs ad ahiam. Ecce uxor iheroboam ingredit ut cōsulat te sup filio suo quia egrotat. Hec ⁊ hec loqueris ei. Cū ergo illa intraret ⁊ dissimularet se esse que erat: audiuit ahias sonitū pedum eius introeuntis per ostium: et ait. Ingredere uxor iheroboam. Quare aliā te esse simulas? Ego autem missus sum ad te durus nūcius. Vade et dic iheroboā. Hec dicit dñs deus israḣ. Quia exaltaui te de medio ꝑpli ⁊ dedi te ducē sup ꝑplm meum israḣ: ⁊ scidi regnū domus dauid ⁊ dedi illud tibi: et non fuisti sicut seruꝰ meus dauid qui custodiuit mandata mea: et secutus est me i toto corde suo faciens quod placitū esset in cōspectu meo: sed operatus es male sup omnes qui fuerūt ante te: ⁊ fecisti tibi deos alienos ⁊ cōflatiles: ut me ad iracundiā prouocares: me autē ꝓiecisti post corpus tuū: id circo ecce ego inducā mala sup domū iheroboā: ⁊ percutiā de iheroboam mingentem ad parietē ⁊ clausum et nouissimū in israḣ: et mundabo reliquias domꝰ iheroboā sicut mūdari solet fimus usq; ad purū. Qui mortui fuerit de iheroboā i ciuitate comedent eos canes: qui autē mortui fuerint in agro vorabunt eos aues celi: qꝛa dñs locutꝰ est. Tu igit̄ surge et vade in domū tuam: et i ipo introitu pedum tuarum in urbem morietꝛ puer: et plangent eum omnis israḣ et sepelient. Iste enim solus inferetꝛ de iheroboam i sepulcrū: quia in ventus est sup eo sermo bonꝰ a dño deo israḣ in domo iheroboam. Constituet autem sibi dñs regem sup israhel: qui percutiet domū iheroboā i hac die: ⁊ in hoc tempe: ⁊ percutiet dñs deus israhel: sicut moueri solet harundo i aqua. Et euellet israḣ de terra bona

hac quã dedit patribus eorũ:et uenti-
labit eos transflumẽ:quia fecerũt sibi
lucos ut irritarẽt dñm. Et tradet dñs
deus isrl̃ ꝓpter peccata ieroboam:qui
peccauit et peccare fecit isrl̃. Surrexit
itaq; uxor ieroboam·et abijt: et ue-
nit ī tharsa. Cũq; illa ingrederet̃ limen
dom⁹·puer mortuus est:et sepelierunt
eum et planxit eũ omnis isrl̃·iuxta ser-
monem dñi quẽ locut⁹ ē in manu ser-
ui sui ahie ꝓphe. Reliqua autẽ uerboꝝ
ieroboã quomõ pugnauerit·et quo-
modo regnauerit·ecce scripta sunt in
libro uerboꝝ dierũ regũ isrl̃·dies autẽ
quibus regnauit ieroboã:uigĩti duo
anni sunt. Et dormiuit ieroboã cum
patribꝫ suis:regnauitq; nadab filius
ei⁹ pro eo. Porro roboam filius sa-
lomonis regnauit in iuda. Quadra-
ginta et unius anni erat roboam cũ
regnare cepisset:decẽ et septẽ annis re-
gnauit in ihrlim ciuitate quam elegit
dñs ut poneret nomẽ suũ ibi ex omni-
bus tribubꝫ isrl̃. Nomen autẽ matris
eius naama ammanites. Et fecit iudas
malũ coram dño:ꝛ irritauerunt eum
sup oĩibꝫ que fecerãt patres eorum
in peccatis suis que peccauerũt. Edifi-
cauerũt enĩ ꝛ ipi sibi aras ꝛ statuas ꝛ
lucos super omnẽ collem excelsũ ꝛ sub-
ter omnem arborẽ frondosam·sed et
effeminati fuerũt ī ira:fecerũtq; omnes
abhoiationes gentiũ: quas attriuit
dñs ante faciem filioꝝ isrl̃. In quinto
autem anno regni roboam ascendit
sisac rex egipti in ihrlim:et tulit thesau-
ros domus dñi ꝛ thesauros regios et
oĩuersa diripuit:scuta quoq; aurea
que fecerat salomon pro quibus fecit
rex roboam scuta erea:et tradidit ea in
manu ducum scutariorum·ꝛ eorum qui
excubabant ante ostium dom⁹ regis.
Cumq; ingrederetur rex in domũ dñi
portabant ea qui preeundi habebant
officiũ:ꝛ postea reportabant ad arma-
mentariũ scutariorꝫ. Reliqua autẽ ser-
monum roboam et omnia que fecit:
ecce scripta sunt in libro sermonũ die-
rum regũ iuda. Fuitq; bellũ inẽ robo-
am et ieroboã·cũctis diebus. Dormi-
uitq; roboam cum patribꝫ suis: et se-
pultus est cũ eis ī ciuitate dauid. No-
men autẽ mris ei⁹ naama ammanites.
Et regnauit abia filius ei⁹ ꝓ eo. C. xv.
Igitur ī octauodecimo ano regni iero-
boam filij nabath·regnauit abya sup
iudam. Tribus annis regnauit ī ihe-
rusalem. Nomen matris ei⁹ maacha
filia abessalon:ambulauitq; ī oĩibꝫ
pcatis pris sui que fecerat ante eum:
nec erat cor eius pfectum cum dño deo
suo sicut cor dauid patris eius. Sed
propter dauid dedit ei dñs deus suus
lucernam in iherusalem ut suscitaret
filiũ eius post eum·et statueret ihrlim:
eo quod fecisset dauid rectum in oculis
dñi: et non declinasset ab omnibus
que ꝑceperat ei cunctis diebꝫ uite sue:
excepto sermone urie ethei·at tamẽ bel-
lum fuit inter abyam et ieroboã oĩbus
tempore uite eius. Reliqua autem ser-
monũ abye·et omnia q̃ fecit:nonne
hec scripta sunt ī libro uerboꝝ dierum
regũ iuda? Fuitq; pliũ inter abyam
et inter ieroboam. Et dormiuit abya
cum patribꝫ suis:et sepelierunt eum
in ciuitate dauid:regnauitq; asa filius
eius ꝓ eo. In anno ergo uicesimo ie-
roboã regis israhel·regnauit asa rex
iuda: ꝛ quadraginta ꝛ uno anno re-
gnauit in iherusalem. Nomen matris
eius maacha·filia abessalõ·ꝛ fecit asa
rectum ante conspectũ dñi sicut dauid
pater ei⁹:ꝛ abstulit effeminatos de ira:

purgauitq; uniuersas sordes ydoloru-
que fecerāt patres eius. Insuper et ma-
acham matrem suā amouit ne esset
princeps i sacris priapi-z i luco eius
quē consecrauerat: subuertitq; specum
eius-z cōtrigit simulacrū turpissimū:
et cōbussit in torrente cedron. Excelsa
autē non abstulit. Verūtamē cor asa
perfectum erat cum dño deo suo cūctis
diebz suis: et intulit ea que sanctificā-
uerat pater suus z vouerat in domum
dñi: argētum et auz et vasa. Bellum
autē erat int asa et baasa regē israhel:
cunctis diebz voz. Ascendit quoq; ba-
asa rex israhel in iudam-et edificauit ra-
ma: ut non posset quispiā egredi uel
ingredi de parte asa regis iude. Tol-
lens itaq; asa oīe argentum et aurū
quod remāserat in thesauris domus
dñi z in thesauris domus regie-dedit
illud in manus seruoz suoz: et misit
ad benadab filiū tabremmō filij ezion
regem syrie qui habitabat in damasco
dicens. Fedus est inter me et te et inter
patrē meū et patrē tuū: ideo misi tibi
munera argentū et auz: et peto ut ve-
nias-et irritū facias fedus qd habes
cū baasa rege israhel-et recedat a me. Ac-
quiescēs benadab regi asa misit prin-
cipes exercitus sui i ciuitates israhel: et
percusserūt ahion et dan z abel-domū
maacha-et uniuersam cineroth-oīem
scilicet terrā neptalim. Quod cū audis-
set baasa intermisit edificare rama:
et reuersus est in thersa. Rex autem asa
nunciū misit i omnem iudam dicens.
Nemo sit excusatus. Et tulerūt lapides
de rama z ligna eius quibus edifica-
uerat baasa: et extruxit de eis rex asa
gabaa beniamin-z maspha. Reliqua
autē omniū sermonū asa et uniuersa
fortitudinis eius et cuncta que fecit et
ciuitates quas extruxit: nōne hec scri-
pta sunt i libro uerborū dierū regum
iuda? Verūtamen in tēpore senectutis
sue doluit pedes: et dormiuit cū patri-
bus suis et sepultus est cum eis i ciui-
tate dauid patris sui: regnauitq; iosa-
phat filius eius p eo. Nadab uero fi-
lius iheroboā regnauit sup israel anno
scdo asa regis iuda: regnauitq; super
israel duobz annis: et fecit quod malū
est i cōspectu dñi: et ambulauit i uijs
patris sui et i peccatis eius-quibz pec-
care fecit israel. Insidiatus est autem ei
baasa filius ahie de domo yssachar: z
percussit eum i gebbethon que est urbs
philistinoz. Siquidē nadab z oīis
israel obsidebant gebbethon. Interfecit
ergo illū baasa i āno tercio asa regis
iude: z regnauit p eo. Cūq; regnasset:
percussit oīem domū iheroboam. Non
dimisit nec unā quidem animam de
semine eius donec deleret eum: iuxta
uerbum dñi qd locutus fuerat in ma-
nu serui sui ahie silonitis-ppter pecca-
ta iheroboam que peccauerat z quibz
peccare fecerat israhel: z ppter delictum
quo irritauerat dñm deum israel. Reli-
qua autē sermonū nadab et omnia
que operatus est: nonne hec scripta sūt
i libro uerboz dierum regum israhel?
Fuitq; bellū inter asa et baasa regem
israhel: cunctis diebz voz. Anno tercio
asa regis iuda regnauit baasa filius
ahie super omnē israel in thersa uiginti
quatuor ānis: z fecit malū coram dño:
ambulauitq; i uijs iheroboā-z in pecca-
tis eius quibz peccare fecit israel. C. xvi.
Factus ē autē sermo dñi ad iehu
filiū anani contra baasa dicens.
Pro eo quod exaltaui te de puluere
et posui te ducem sup ppm meum israel:
tu autem ambulasti in uia iheroboā-z

peccare fecisti ꝓplm meū isrl' ut me irritares in peccatis eoꝝ: ecce ego deneta posteriora baasa · & posteriora domus eius: et faciam domū tuā: sicut domū ieroboam filij nabath. Qui morituꝰ fuerit de baasa i ciuitate comedent eū canes: & qui morituus fuerit ex eo in regione: comedēt eum volucres celi. Reliqua autē sermonū baasa · & quecūq; fecit et ꝓlia eius: nonne hec scripta sūt in libro verboꝝ dierū regū israhel? Dormiuit ergo baasa cum patribꝫ suis sepultusq; est in thersa: et regnauit hela filius eius ꝓ eo. Cum autem i manu iehu filij anani ꝓphete verbū dñi factū esset contra baasa · et contra domum eius · et contra oñe malum qđ fecerat corā dño ad irritandū eū in opibus manuū suaꝝ · ut fieret sicut domus ieroboam: ob hanc causam occidit eū. hic est iehu filiū anani ꝓphetā. Anno vicesimosexto asa regis iuda regnauit hela filius baasa sup isrl' in thersa duobus annis: et rebellauit contra eum seruus suus zambri dux medie partis equitū. Erat autē hela in thersa bibens et temulentus: in domo arsa prefecti thersa. Irruens ergo zambri percussit & occidit eum anno vicesimoseptimo asa regis iuda: et regnauit ꝓ eo. Cūq; regnasset et sedisset sup soliū eius percussit omnē domū baasa et non dereliquit ex ea mingentem ad parietem: et ꝓpinquos et amicos eiꝰ. Deleuitq; zambri omnē domū baasa iuxta verbum dñi quod locutꝰ fuerat · ad baasa i manu iehu ꝓphe ꝓpter vniuersa peccata baasa · et peccata hela filij eius: qui peccauerūt · & peccare fecerūt isrl' · prouocantes dñm deū isrl' in uanitatibꝫ suis. Reliqua autem sermonum hela · et omnia que fecit: nonne hec scripta sunt in libro verboꝝ dierū regū isrl'? Anno vicesimoseptimo · asa regis iuda regnauit zambri septem diebus in thersa. Porro exercitus obsidebat gebbethon urbem philistinoꝝ. Cūq; audisset rebellasse zambri et occidisse regem: fecit sibi regem omnis isrl' ambri qui erat princeps militie super israhel in die illa i castris. Abscēdit ergo ambri & omnis israhel cū eo de gebbethon: et obsidebant thersa. Videns autem zambri q̄ expugnanda esset ciuitas ingressus ē palatiū et succendit se cum domo regia: & morituus est in peccatis suis que peccauerat faciens malum coram dño: et ambulans i via ieroboam · et in peccato eius quo fecit peccare israhel. Reliqua autem sermonū zambri & insidiaꝝ eius & tyrannidis: nonne hec scripta sunt i libro verboꝝ dierū regū isrl'? Tunc diuisus est ꝓpls israhel in duas partes. Media pars ꝓpli sequebatur thebni filiū gineth ut cōstitueret eum regem: et media pars amri. Preualuit autem ꝓpls qui erat cum amri ꝓpto qui sequebatur thebni filiū gineth: morituusq; est thebni et regnauit amri. Anno vicesimoprimo asa regis iuda regnauit amri sup isrl' duodecim annis. In thersa regnauit sex ānis: emitq; montem samarie a somer duobus talentis argenti et edificauit eum: et uocauit nomē ciuitatis quam extruxerat nomine somer: idest montē dñi vel montem samarie. Fecit autē amri malū in cōspectu domini: et operatus ē nequiter super omnes qui fuerunt ante eum. Ambulauitq; in omni via ieroboam filij nabath et in peccatis eius · quibꝫ peccare fecerat israhel: ut irritaret dñm deū israhel in uanitatibꝫ suis. Reliqua autē sermonum

amri·et ꝓlia eius que gessit:nõne hec scripta sunt in libro verboꝝ dierꝫ regũ israhel? Dormiuitqꝫ amri cũ patribꝫ suis:⁊ sepult⁹ est ī samaria:regnauit qꝫ achab filius eius ꝓ eo. Achab uero filius amri regnauit sup israhel·ānis centumoctauo asa regis iuda. Et regnauit achab filius amri sup isrl in samaria·uiginti et duobꝫ annis. Et fecit achab filius amri malũ ī conspectu dñi:sup omnes qui fuerũt ante eũ. Nec sufficit eĩ ut ambularet ī peccatis ieroboam filij nabath:insup duxit uxorem iezabel filiam methbaal regis sidoniorꝫ. Et abiit et seruiuit baal·et adorauit eũ:et posuit aram baal in templo baal·quod edificauerat in samaria:et plantauit lucũ. Et addidit achab in ope suo irritans dñm deum israhel:sup omnes reges isrl qui fuerũt ante eum. In diebus eius:edificauit ahiel de bethel iericho. In abiram primitiuo suo fundauit eam:⁊ in segub nouissimo suo posuit portas eius:iuxta uerbum dominĩ quod locutus fuerat in manu iosue filij nun. C· xvm

Et dixit helias thelbites de habitatoribꝫ galaad ad achab. Uiuit dñs deus isrl in cuius conspectu sto: si erit annis hisꝫ ros et pluuia nisi iuxta oris mei uerba. Et factum ē uerbũ dñi ad eũ dicens. Recede hinc et uade contra orientem:et abscondere in torrente carith qui est contra iordanē et ibi de torrente bibes: coruisqꝫ precepi ut pascant te ibi. Abiit ergo:et fecit iuxta uerbum domini. Cumqꝫ abisset: sedit in torrẽte carith qui ē contra iordanem. Coruiqꝫ deferebant ei panem et carnes mane:similiter panem⁊ carnes uesperi:⁊ bibebat de torrente. Post dies autē aliquãtos siccat⁹ ē torrens: nõ enim pluerat sup terram. Factus est ergo sermo dñi ad eũ dicens. Surge et uade in sarepta sidoniorꝫ:et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri uidue ut pascat te. Surrexit:et abiit in sarepta sidoniorum. Cumqꝫ uenisset ad portã ciuitatis apparuit ei mulier uidua colligens ligna:⁊ uocauit eam: dixitqꝫ ei. Da michi paululum aque in uase ut bibam. Cumqꝫ illa ꝓgeret ut afferret:clamauit post tergum eius dicẽs. Affer michi obsecro et buccellã panis in manu tua. Que respondit. Uiuit dñs deus tuus:quia nõ habeo panem nisi quantũ pugillus capere potest farine ī ydria:⁊ paululũ olei in lechito. Ecce colligo duo ligna: ut ingrediar et faciam illud michi et filio meo:ut comedamꝰ⁊ moriamur. Ad quam helias ait. Noli timere:sed uade⁊ fac sicut dixisti. Uerũtamẽ michi primum fac de ipa farinula subcinericium panem paruulũ·et affer ad me: tibi autẽ⁊ filio tuo facies postea. Hec autẽ dicit dñs deus isrl. Ydria farine non deficiet:nec lechitus olei minuet: usqꝫ in diem in qua dñs daturus est pluuiam sup faciem terre. Que abiit: ⁊ fecit iuxta uerbum helie. Et comedit ipe et illa⁊ domus eius:et ex illa die ydria farine nõ defecit⁊ lechitus olei non est imminutus·iuxta uerbũ dñi quod locutus fuerat in manu helie. Factum est autem post uerba hec·egrotauit filius mulieris matrisfamilias: et erat languor fortissimus ita ut nõ remaneret in eo alitus. Dixit ergo ad heliam. Quid michi et tibi uir dei? Ingressus es ad me ut rememorarentur iniquitates mee:⁊ interficeres filium meũ. Et ait ad eam helias. Da michi filium tuum. Tulitqꝫ eum de sinu eius

et portauit in cenaculū ubi ipe manebat: et posuit supr lectulū suum: et clamauit ad dnm et dixit. Domine deus meus · etiam ne uiduā apud quam ego ut cunq; sustentor afflixisti: interficeres filium eius? Et expandit se atq; mensus ē sup puerum tribus uicibs: et clamauit ad dnm et ait. Domine deꝰ meus: reuertatur obsecro anima pueri huius in uiscera eius. Et exaudiuit dns uocem helie: et reuersa est anima pueri intra cū: et reuixit. Tulitq; helias puerum et deposuit eum de cenaculo in inferiorem domum: et tradidit matri sue: et ait illi. Ecce uiuit filius tuus. Dixitq; mulier ad heliam. Nunc in isto cognoui quoniā uir dei es tu: et uerbū dni in ore tuo uerū est. C. xvm.

Post dies multos · factum est uerbum dni ad heliam in āno tercio dicens. Uade et ostende te achab: ut dem pluuiam super faciē terre. Iuit ergo helias ut ostenderet se achab. Erat autem fames uehemens in samaria. Uocauitq; achab abdiam dispensatorem domus sue. Abdias autē timebat dnm deum ualde. Nam cū interficeret iezabel pphas dni tulit ille centum pphas et abscōdit eos quinquagenos et quinquagenos in speluncis: et pauit eos pane et aqua. Dixit ergo achab ad abdiam. Uade in terram ad uniuersos fontes aquas et in cunctas ualles: si forte possimus inuenire herbam et saluare equos et mulos: et nō penitus iumēta intereant. Diuiserunt sibi regiones: ut circuirēt eas. Achab ibat p uiam unam: et abdias per uiam alteram seorsū. Cūq; esset abdias in uia: helias occurrit ei. Qui cum cognouisset eum: cecidit sup faciem suā et ait. Num tu es dne mi helias? Cui ille respondit. Ego. Et dixit. Uade et dic dño tuo. Adest helias. Et ille: qd peccaui inquit quoniā trades me seruum tuum · in manu achab ut interficiat me? Uiuit dns deus tuus: quia non est gens aut regnū · inquo non miserit dns meus te requirens. Et respondentibs cunctis nō est hic: adiurauit regna singula et gētes · eo qd minime reperirēris. Et nunc dicis mihi: uade et dic dño tuo adest helias? Cūq; recessero a te spūs dñi asportabit te in locum quē ego ignoro: et ingressus nunciabo achab: et nō inuenies te interficiet me. Seruus autem tuus timet dnm ab infantia sua. Nūquid nō indicatū est tibi dño meo quid fecerim cum interficeret iezabel pphetas dni: et abscōderim de pphetis dni centum uiros quinquagenos et quinquagenos in speluncis et pauerim eos pane et aqua? Et nunc tu dicis uade et dic domino tuo adest helias: ut interficiat me? Et dixit helias. Uiuit dns exercituū ante cuius uultū sto: quia hodie apparebo ei. Abiit ergo abdias in occursū achab: indicauitq; ei. Uenitq; achab in occursum helie: et cum uidisset eum ait. Tu ne es ille: qui conturbas israel? Et ille ait. Non ego turbaui israel sed tu et domꝰ patris tui: q dereliquistis mādata dni et secuti estis baalim. Uerūtamen nūc mitte et congrega ad me uniuersum israel in monte carmeli: et pphas baal qngentos quinquaginta · pphasq; lucorū quadringentos: qui comedunt de mensa iezabel. Misit achab ad omnes filios israel: et cōgregauit pphetas in monte carmeli. Accedēs autē helias ad omnem plm israel ait. Usquequo claudicatis in duas partes? Si dominus

est deus sequimini eum: si autē baal: sequimini illū. Et nō respōdit ei ꝓrs verbum. Et ait rursus helias ad ꝓrm. Ego remansi ꝓpheta dñi solus: ꝓphe autē baal quadringenti et quinquaginta · proheteq; lucoꝝ quadringenti viri sunt. Dentur nobis duo boues: et illi eligāt sibi bouē unū ⁊ in frusta cedentes ponāt sup ligna: ignem autē non supponant. Et ego faciam bouē alterum et imponam sup ligna: ignē autē nō supponā. Inuocate nomina deoꝝ vestroꝝ: ⁊ ego inuocabo nomen dei mei: et deus q̄ exaudierit ꝑ ignem ipe sit deus. Respondens oēs ꝓrs. ait. Optima ꝓpositō quā locut⁹ ē helias. Dixit ergo helias ꝓphetis baal. Eligite vobis bouē unum ⁊ facite primi quia vos plures estis: ⁊ inuocate nomina deoꝝ vroꝝ: ignēq; nō supponatis. Qui cū tulissent bouē quē dederat eis fecerunt: et inuocabant nomen baal demane usq; ad meridiē dicentes. Baal exaudi nos. Et non erat vox: neq; qui responderet. Transiliebāq; altare quod fecerāt. Cūq; esset iam meridies: illudebat illis helias dicens. Clamate voce maiore. Deus enī est: et forsitan loquitur · aut in diuersorio est · aut in itinere: aut forte dormit: ut exciteꝫ. Clamabāt ergo voce magna: ⁊ mōdebāt se iuxta ritū suum cultris et lanceolis donec perfunderentur sanguine. Postq; autem trāsijt meridies · ⁊ illis prophetantibus · veniebat tempus quo sacrificium offerri solet: nec audiebatur vox neq; aliquis respondebat nec attendebat orātes: dixit helias oēm ꝓrm. Venite ad me. Et accedente ad se populo curauit altare dñi quod destructum fuerat: et tulit duodecim lapides iuxta numeꝝ tribuū filiorum iacob ad quē factus est sermo dñi dicēs · israēl erit nomen tuū: ⁊ edificauit de lapidibz altare in nomine dñi. Fecitq; aqueductū quasi ꝑ duas aratiuncias ī circuitu altaris: et composuit ligna · diuisitq; per membra bouem et posuit sup ligna: ⁊ ait. Implete quatuor ydrias aqua: et fundite sup holocaustū et sup ligna. Rursumq; dixit. Eciā secundo hoc facite. Qui cum fecissent secūdo · ait. Eciam tercio idipm facite. Fecerunteq; tercio: ⁊ currebant aque circum altare: et fossa aqueductus repleta est. Cūq; iam tempꝰ esset ut offerret holocaustū: accedens helias propheta ait. Dñe deus abraham et ysaac et israhel · ostende hodie quia tu es deus israhel ⁊ ego seruus tuus: et iuxta preceptū tuum feci omnia uerba hec. Exaudi me dñe exaudi me: ut discat populus iste · quia tu es dñs deus: et tu conuertisti cor eoꝝ iterꝝ. Cecidit autē ignis dñi ⁊ vorauit holocaustum et ligna ⁊ lapides: puluerem quoq; et aquā que erat in aqueductu lambens. Quod cum vidisset omnis populus: cecidit in faciem suā et ait. Dominus ipe est deus: dñs ipe est deus. Dixitq; helias ad eos. Apprehendite ꝓphas baal: ⁊ ne unus quidem effugiat ex eis. Quos cū apprehendisset: duxit eos helias ad torrentem cyson: et interfecit eos ibi. Et ait helias ad achab. Ascende comede et bibe: quia sonus imbre pluuie ē. Ascendit achab ut comederet et biberet: helias autem ascendit in verticē carmeli ⁊ pnus in terram posuit faciem suā inter genua sua: et dixit ad puerum suū. Ascende: ⁊ prospice cōtra mare. Qui cum ascendisset et contemplatus esset ait. Non est quicq;. Et rursum ait illi. Reuertere septem vicibus. In septima autē vice

ecce nubecla parua quasi vestigiū hominis ascendebat de marī. Qui ait. Ascende: et dic achab. Junge currū tuum et descende: ne occupet te pluuia. Cūq; se verteret huc atq; illuc: ecce celī contenebrati sūt et nubes et ventus: et facta ē pluuia grādis. Ascendēs itaq; achab abiit ī iesrahel: et manus dñi facta ē sup heliā: accinctisq; lumbis curebat ante achab donec veniret ī iesrahel. Cxix.

Nunciauit autem achab iezabel omnia que fecerat helias: et quomodo occidisset vniuersos pphetas baal gladio. Misitq; iezabel nunciū ad heliam dicens. Hec michi faciant dii et hec addant: nisi hac hora cras posuero animam tuā sicut animam vnius ex illis. Timuit ergo helias et surgens abiit quocunq; eum ferebat voluntas: venitq; in bersabee iuda et dimisit ibi puerum suum: et pertransit in desertū viam vnius diei. Cunq; venisset et sederet subter vnam iuniperum: petiuit anime sue ut moreretur. Et ait. Sufficit michi dne: tolle animā meā. Neq; enim melior sum quam patres mei. Proiectq; se: et obdormiuit ī umbra iuniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eum: et dixit illi. Surge comede. Respexit: et ecce ad caput suū subcinericius panis et vas aque. Comedit ergo et bibit: et rursum obdormiuit. Reuersusq; est angelus domini secūdo et tetigit eū: dixitq; illi. Surge comede. Grandis enim tibi restat via. Qui cū surrexisset comedit et bibit: et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus usq; ad montem dei oreb. Cūq; venisset illuc: mansit in spelunca. Et ecce sermo domini ad eum: dixitq; illi. Quid hic agis helia? At ille respōdit. Zelo zelatus sū pro dño deo exercituū: quia dereliquerunt pactum dñi filij israhel. Altaria tua destruxerūt et pphas tuos occiderūt gladio: et derelictus sum ego solus: et querūt animā meā ut auferant eam. Et ait ei. Egredere: et sta in monte coram dño. Et ecce dominus transiit: et spiritus grādis et fortis subuertēs montes: et conterens petras ante dñm. Sed nō in spiritu dñs. Et post spiritū cōmotio. Sed nō in commotione dñs. Et post cōmotionē ignis. Sed nō in igne dñs. Et post ignē sibilus aure tenuis. Quod cum audisset helias operuit vultū suū pallio: et egressus stetit ī ostio spelunce: et ecce vox ad eum dicēs. Quid hic agis helias? Et ille respondit. Zelo zelatus sum pro dño deo exercituū: quia dereliquerunt pactum tuū filij israhel. Altaria tua destruxerunt et pphetas tuos occiderunt gladio: et derelictus sum ego solus: et querunt animam meam ut auferāt eam. Et ait dñs ad eum. Vade et reuertere ī viam tuam per desertū in damascū. Cunq; peruenieris illuc unges asahel regem sup syriam: et iehu filiū namsi unges regem sup israhel: heliseum autē filiū saphat qui est de abelmaula unges pphetam pro te. Et erit quicūq; fugerit gladiū asahel occidet eum iehu: et quicunq; fugerit gladiū iehu interficiet eum heliseus. Et derelinquā michi in israhel septem milia virorū quorū genua nō sunt in curuata ante baal: et omne os quod nō adorauerit eum osculans manum. Profectus ergo inde helias reperit heliseum filium saphat arantē in duodecim iugis boum: et ipe ī duodecim iugis boum arantibus unus erat. Cunq; venisset helias ad eū: misit pallium suū sup eum. Qui statim relicto

bobus rucurrit post heliã. Et ait. Obsecro te pater meꝰ et matre meã: et sic sequar te. Dixitq; ei. Vade et reuertere. Quod enim meꝰ erat feci tibi. Reuersus autẽ ab eo tulit par boum et mactauit illud: et in aratro boum coxit carnes: et dedit populo et comederũt. Consurgensq; abijt et secutus est heliam: et ministrabat ei. C. xx.

Porro benadab rex syrie cõgregauit omnem exercitum suũ. et triginta duos reges secum. et equos et currus: et ascendens pugnabat cõtra samariã: et obsidebat eam. Misitq; nuncios ad achab regem israhel in ciuitatẽ ait. Hec dicit benadab. Argentum tuũ et aurum tuũ meum ẽ: et uxores tue et filij tui optimi mei sunt. Respondit q; rex israh. Iuxta uerbũ tuũ dñe mi rex: tuus sũ ego et oĩa mea. Reuertẽtesq; nuncij dixerunt. Hec dicit benadab q̃ misit nos ad te. Argẽtum tuũ et aurum tuum et uxores tuas et filios tuos dabis michi. Eras igitur hac eadem hora mittam seruos meos ad te: z scrutabũtur domũ tuã z domũ seruoꝝ tuorum: et oñe qd eis placuerit ponent in manibꝫ suis et auferent. Vocauit autẽ rex israhel oñes seniores terre. et ait. Animaduertite et uidete: qm̃ insidiet nobis. Misit enim ad me pro uxoribus meis et filijs et pro argento et auro: et non abnui. Dixeruntq; oñes maiores natu z uniuersus ꝑplus ad eum. Non audias: neq; acquiescas illi. Respondicq; nuncijs benadab. Dicite dño meo regi. Oĩa propter que misisti ad me seruũ tuũ in initio faciã: hanc autem rem facere nõ possum. Reuersiq; nũcij: retulerũt ei. Qui remisit et ait. Hec faciãt michi dij et hec addant: si sufficerit puluis samarie pugillis omnis populi qui sequitur me. Et respõdens rex israh ait. Dicite ei. Ne glorietur accinctus. eque ut distinctus. Factum est autem cum audisset benadab uerbũ istud bibebat ipe et reges in umbraculis: et ait suis suis. Circundate ciuitatem. Et circumdederunt eam. Et ecce propheta unus accedens ad achab regem israhel ait ei. Hec dicit dñs. Certe uidisti omnem multitudinem hanc nimiã. Ecce ego tradam eam in manum tuam hodie: ut scias quia ego sũ dñs. Et ait achab. Per quem? Dixitq; ei. Hec dicit dominus. Per pedissequos principum prouinciaꝝ. Et ait. Quis incipiet prelium? Et ille dixit. Tu. Recensuit ergo pueros principum prouinciarum: et reperit numerũ ducentoꝝ triginta duoꝝ. Et recensuit post eos populũ oñes filios israhel septem milia: et egressi sunt meridie. Benedab autẽ bibebat temulentus in umbraculo suo: et reges triginta duo cũ eo qui ad auxilium ei uenerãt. Egressi sunt autẽ pueri principum prouinciaꝝ i prima frõte. Misit itaq; benadab: qui nunciauerunt ei dicẽtes. Viri egressi sũt de samaria. At ille ait. Siue ꝑ pace uenerũt apprehendite eos uiuos: siue ut prelientur uiuos eos capite. Egressi sũt ergo pueri principum prouinciarũ: ac reliquus exercit? sequebat. Et percussit unusquisq; uirum qui contra se veniebat: fugerunt q; syri: et persecut? est eos israhel. Fugit quoq; benadab rex syrie i equo cũ equitibus suis. Sed non egressus rex israhel percussit equos et currus: et percussit syriã plaga magna nimis. Accedens autem propheta ad regem israhel dixit ei. Vade et confortare: et scito. et uide quid facias. Sequẽti enim

anno regis syrie ascender contra te. Serui
vero regis syrie dixerũt ei. Dij mõtium
sunt dij eorum: ideo superauerunt nos.
Sed melius est ut pugnemus contra
eos in campestribus: et obtinebimus
eos. Tu ergo verbũ hoc fac. Amoue
reges singulos ab exercitu tuo: & pone
principes p eis: & instaura numerum
militum qui ceciderũt de tuis et equos
pro equos pristinos: & currus pro
currus quos ante habuisti: et pugna-
bimus contra eos in campestribus: &
videbis quod obtinebimus eos. Cre-
didit consilio eorũ: et fecit ita. Igitur
postq̃ ann9 transierat recensuit bena-
dab syros et ascendit in aphec: ut pugna-
ret contra israhel. Porro filij israhel
recensiti sũt et acceptis cibarijs profec-
ti ex aduerso: castraq; metati sũt con-
tra eos q̃si duo parui greges capraꝝ:
syri aut̃ repleuerũt terram. Et accedẽs
unus vir dei dixit ad regẽ israhel. Hec
dicit dñs. Quia dixerũt syri deus mon-
tium est dñs: et nõ est deus vallium:
dabo omnẽ multitudinẽ hãc grandẽ
in manu tua: et scietis quia ego sum
dñs. Dirigebantq; septem diebus ex
adũso hij atq; illi acies: septima aũt
die commissum est bellũ. Percusserũt
q; filij israhel de syris centũ milia pedi-
tum in die una. Fugerunt autem syri
qui remanserunt in aphec in ciuitatem:
et cecidit murus super viginti septem
milia hominũ qui remanserant. Por-
ro benadab fugiẽs ingressus ẽ ciuitatẽ
in cubiculum quod erat intra cubicu-
lum: dixerũtq; ei serui sui. Ecce audim9
qđ reges domus israhel clemẽtes sunt.
Ponam9 itaq; saccos in lumbis nr̃is
et funiculos in capitibus nostris: et
egrediamur ad regẽ israhel: forsitan
saluabit animas nr̃as. Accinxerunt
saccis lumbos suos et posuerũt funi-
culos in capitibꝫ suis: venerunq; ad
regẽ israhel et dixerũt ei. Seruus tuus
benadab dicit. Quaeso te anima
mea. Et ille ait. Si adhuc viuit: fra-
ter meus est. Quod acceperũt viri pro
omine: et festinantes rapuerũt verbũ
ex ore eius: atq; dixerũt. Frater tuus
benadab. Et dixit eis. Ite & adducite
eum ad me. Egressus est ergo ad eum
benadab: et leuauit eum in currũ suũ.
Qui dixit ei. Ciuitates quas tulit pa-
ter meus a patre tuo reddã: & plateas
fac tibi in damasco sicut fecit pater me-
us in samaria: et ego federat9 recedã
a te. Pepigit ergo fedus: et dimisit eũ.
Tunc vir quidam de filijs prophetaꝝ
dixit ad socium suum in sermone dñi.
Percute me. At ille noluit percutere.
Cui ait. Quia noluisti audire vocem
dñi: ecce recedes a me: et percutiet te leo.
Cumq; paululum recessisset ab eo: in-
uenit eum leo atq; percussit. Sed et al-
terum inueniens virũ: dixit ad eum.
Percute me. Qui percussit eũ: et vulne-
rauit. Abijt ergo propheta et occurrit
regi in via: & mutauit aspersione pul-
ueris os: et oculos suos. Cumq; rex
transisset: clamauit ad regem et ait.
Seruus tuus egressus est ad prelian-
dum comĩus: cũq; fugisset vir un9.
adduxit eũ quidã ad me: & ait. Custo-
di virũ istũ. Qui si lapsus fuerit erit
anima tua p anima ei9: aut talentũ
argenti appendes. Dum autẽ ego tur-
batus huc illucq; me verterem: subito
non comparuit. Et ait rex israhel ad
eum. Hoc est iudiciũ tuũ: quod ipse
decreuisti. At ille stati abstersit puluerẽ
de facie sua: & cognouit eũ rex isr̃l qđ
esset de prophetis. Qui ait ad eũ. Hec
dicit dominus. Quia dimisisti virũ

dignum morte de manu tua· erit anima tua pro anima eius: et populus tuus p plo eius. Reuersus est igit rex israhel in domū suā· audire contemnens: et furibū dus venit in samariā. ℭ xxi

Post verba autem hec tempore illo vinea erat naboth iesrahelite qui erat in iesrahel: iuxta palatium achab regis samarie. Locut⁹ est ergo achab ad naboth dicens. Da mihi vineam tuā ut faciā mihi ortū olerū: quia vicina est et prope domū meam. Daboq; tibi pro ea vineā meliorem: aut si commodius tibi putas argti precium quantū digna est. Cui rndit naboth. Propitius mihi sit dns: ne dem hereditatem patrum meorum tibi. Venit ergo achab in domum suam· indignans et frendens sup verbo qđ locut⁹ fuerat ad eū naboth iesrahelites dicens: non dabo tibi hereditatē patrū meorum. Et proiciens se in lectulum suum auertit faciē suā ad parietem: et nō comedit panē. Ingressa est autē ad eum iezabel uxor sua: dixitq; ei. Quid est hoc unde anima tua contristata est· et quare nō comedis panem? Qui respōdit ei. Locutus sū naboth iesrahelite et dixi ei. Da mihi vineā tuam accepta pecunia: aut si tibi placet dabo tibi vineam meliorem pro ea. Et ille ait. Non dabo tibi vineā meam. Dixit ergo ad eum iezabel uxor eius. Grandis auctoritatis es: et bene regis regnū israhel. Surge et comede panē: et equo animo esto. Ego dabo tibi vineam naboth iesrahelite. Scripsit itaq; litteras ex nomine achab· et signauit eas anulo ei⁹: et misit ad maiores natu· et optimates q erāt in ciuitate eius: et habitabāt cū naboth. Litterarū autem hec erat sententia. Predicate ieiunium et sedere facite naboth inter primos populi: et submittite duos viros filios belial contra eū· et falsum testimonium dicāt benedixit naboth deum et regē: et educite eum et lapidate· sicq; moriatur. Fecerūt ergo ciues ei⁹ maiores natu et optimates qui habitabant cum eo in urbe sicut preceperat eis iezabel: et sicut scriptū erat in litteris quas miserat ad eos. Predicauerūt ieiunium: et sedere fecerūt naboth inter primos populi: et adductis duobus viris filijs diaboli fecerunt eos sedere contra eum. At illi scilicet ut viri diaboli· dixerunt contra eū testimoniū coram multitudine. Benedixit naboth deū et regem. Quāobrem eduxerūt eū extra ciuitatem: et lapidibz interfecerūt. Misitq; ad iezabel dicentes. Lapidatus est naboth: et mortuus ē. Factū est autem cū audisset iezabel lapidatū naboth et mortuū: locuta ē ad achab. Surge posside vineam naboth iesrahelite: q noluit tibi acquiescere et dare eam accepta pecunia. Non enim viuit naboth: sed mortuus est. Quod cum audisset achab mortuum videlicet naboth: surrexit et descendebat in vineā naboth iesrahelite ut possideret eam. Factus est igitur sermo dñi ad heliā thelbiten dicens. Surge: descende in occursum achab regis israhel: qui est in samaria. Ecce ad vineam naboth descendit: ut possideat eā. Et loqueris ad eū dicens. Hec dicit dominus deus. Occidisti: insup et possedisti. Et post hec addes. Hec dicit dns. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem naboth: lambent quoq; sanguinem tuum. Et ait achab ad heliam. Num inuenisti me inimicū tibi? Qui dixit. Inueni: eo q venundat⁹ sis ut faceres

malum in conspectu dñi. Hec dicit dominus. Ecce ego inducã sup te malũ: et demetã posteriora tua: et interficiã de achab mingentem ad parietem: et clausum et vltimũ in israhel. Et dabo domum tuam sicut domũ ieroboã filij nabath: et sicut domũ baasa filij ahia: quia egisti ut me ad iracundiã prouocares: et peccare fecisti israhel. Sed et de iezabel locutus ẽ dominus dicẽs. Canes comedent iezabel: i agro iesrahel. Si mortuus fuerit achab in ciuitate comedẽt eũ canes: si autẽ mortuus fuerit in agro: comedent eũ volucres celi. Igit non fuit alter talis sicut achab: q̃ venundatus est ut faceret malũ in conspectu dñi. Concitauit enim eum iezabel uxor sua: et abominabilis factus est: intantum ut sequeretur ydola que fecerãt amorrei: quos cõsumpsit dominus a facie filioz israhel. Itaq; cum audisset achab sermones istos scidit uestimenta sua: et opuit cilicio carnem suam: ieiunauitq; z dormiuit in sacco: et ambulauit de misso capite. Et factus est sermo domini ad heliam thelbiten dicens. Nonne vidisti humiliatum achab coram me: quia igitur humiliatus est mei causa: nõ inducã malũ in diebz eius: sed i diebz filij sui inferam malũ domui eius. C. xxii.

Transierunt igit tres anni absq; bello inter siriam et israhel. In anno autem tercio descendit iosaphat rex iuda ad regem israhel. Dixitq; rex israhel ad seruos suos. Ignoratis q̃ nostra sit ramoth galaad: et negligimus tollere eam de manu regis sirie? Et ait ad iosaphat. Venisne mecum ad preliandum in ramoth galaad? Dixitq; iosaphat ad regem israhel. Sicut ego sum: ita et tu. Populus meus et populus tuus unum sunt: et equites mei equites tui. Dixitq; iosaphat ad regem israhel. Quere oro te hodie sermonem domini. Congregauit ergo rex israhel prophetas quadringẽtos circiter viros: et ait ad eos. Ire debeo i ramoth galaad ad bellandum an quiescere? Qui rñderunt. Ascende: et dabit eam dominus in manu regis. Dixit autẽ iosaphat. Non est hic propheta dñi quispiam: ut interrogemus per eũ? Et ait rex israhel ad iosaphat. Remansit vir unus per quẽ possumus interrogare dominũ: sed ego odi eũ: quia nõ prophetat michi bonum sed malum: micheas filius iemla. Cui iosaphat ait. Ne loquaris ita rex. Vocauit ergo rex israhel eunuchũ quendam: et dixit ei. Festina adducere micheam filium iemla. Rex autẽ israhel et iosaphat rex iuda sedebãt unusquisq; in solio suo vestiti cultu regio i area iuxta ostium porte samarie: et uniuersi prophete prophetabant in conspectu eorũ. Fecit quoq; sibi sedechias filius chanaan cornua ferrea et ait. Hec dicit dominus. His uentilabis siriam: donec deleas eam. Omnesq; prophete similiter prophetabant dicẽtes. Ascende i ramoth galaad et uade prospere: et tradet dominus i manus regis. Nuncius vero q̃ ierat ut vocaret micheam: locutus est ad eũ dicens. Ecce i nomine prophetarum ore uno regi bona predicant. Sit ergo sermo tuus similis eorum: et loquere bona. Cui micheas ait. Viuit dominus: quia quodcunq; dixerit michi dominus hoc loquar. Venit itaq; ad regem: et ait illi rex. Micheа: ire debemus in ramoth galaad ad preliandũ an cessare? Cui ille rñdit. Ascende et uade prospere: et tradet

dñs ī manu regis. Dixit autē rex ad
eū. Iterū atq; iterum adiuro te: ut nō
loquaris michi nisi qđ uerū est in no-
mine dñi. Et ille ait. Vidi cunctū isrl
dispersum in mōtibs: quasi oues non
habentes pastorē. Et ait dñs. Non ha-
bent isti dūm: reūtatur unusquisq; in
domū suā in pace. Dixit ergo rex isrl
ad iosaphat. Nunquid non dixi tibi
quia nō ppheat michi bonū: sed semp
malū? Ille uero addens ait. Propter
hoc audi ſmonem dñi. Vidi dūm se-
dentē sup soliū suū: et oēm exercitū
celi assistentem ei a dextris et a sinistris.
Et ait dñs. Quis decipiet achab regē
israhel ut ascendat: et cadat in ramoth
galaad? Et dixit un9 uerba huiusce-
modi: et alius aliter. Egressus est autē
spiritus: et stetit corā dño: et ait. Ego
decipiam illū. Cui locut9 est dñs. In
quo? Et ille ait. Egrediar: et ero spiritus
mendax in ore oīm pphaꝝ eius. Et di-
xit dñs. Decipies et pualebis: egredere
et fac ita. Nunc igitur ecce dedit dñs
spiritū mendacij in ore oīm pphetarū
tuoꝝ qui hic sunt: et dñs locutus est
cōtra te malū. Accessit autē sedechias
filius chanaan: et percussit michеā in
maxillā: et dixit. Ne ne ergo dimisit
spiritus dñi: et locut9 est tibi? Et ait
michеas. Videbis ea ī die illa: quan-
do ingredieris cubiculū intra cubicu-
lum ut abscondaris. Et ait rex israhel.
Tollite michеam et maneat aput am-
mon principē ciuitatis: et aput ioas
filium amalech: et dicite eis. Hec dicit
rex. Mittite uirū istum in carcerem: et
sustentate eum pane tribulacōnis et a-
qua angustie: donec reuertar in pace.
Dixitq; michеas. Si reuersus fueris
in pace: nō est locutus in me dñs. Et
ait. Audite pplī oēs. Ascendit itaq;
rex isrl et iosaphat rex iuda ī ramoth
galaad. Dixit itaq; rex israhel ad io-
saphat. Sume arma et ingredere pre-
lium: et induere uestibs tuis. Porro
rex isrl mutauit habitū suū: et ingres-
sus est bellū. Rex autem syrie ꝓceperat
principibs curruum triginta duobus
dicens. Nō pugnabitis cōtra minorē
et maiorē quemq;: nisi contra regem
israhel solū. Cum ergo uidissent prin-
cipes curruū iosaphat suspicati sunt
qđ ipse esset rex israhel: et impetu facto
pugnabant contra eū. Et exclamauit
iosaphat. Intellexerūtq; principes cur-
ruum qđ non esset rex israhel: et cessa-
uerunt ab eo. Vnus autem quidam
tetendit arcum ī incertum sagittam
dirigens: et casu percussit regē israhel
inter pulmonem et stomachū. At ille
dixit aurige suo. Verte manū tuam
et eice me de exercitu: quia grauiter vul-
neratus sū. Commissū est ergo prelium
in die illa. Et rex israhel stabat ī curru
suo contra syros: et mortuus ē uespere.
Fluebat autē sanguis plage ī sinum
currus: et preco insonuit in uniuerso
exercitu antеq; sol occumberet dicens.
Vnusquisq; reuertatur in ciuitatem et
in terram suā. Mortuus est autē rex:
et plaustis est in samariā. Sepelierūtq;
regem in samaria: et lauerūt curruū ei9
in piscina samarie et linxerunt canes
sanguinē eius: et habenas lauerunt
iuxta uerbum dñi quod locut9 fuerat.
Reliqua autē sermonum achab et uni-
uersa que fecit et domus eburnea quā
edificauit et cunctarūq; urbium quas
extruxit: nonne hec scripta sūt ī libro
uerboꝝ dierū regū israhel? Dormiuit
ergo achab cū patribs suis: et regnauit
ochozias filius ei9 pro eo. Iosaphat
uero filius asa regnare ceperat super

iudam: ãno quarto achab regis isra-
hel. Trigintaquinq; annoꝝ erat cum
regnare cepisset: ⁊ viginti quinq; ãnis
regnauit in iherusalem. Nomen ma-
tris eius azuba: filia salai. Et ambu-
lauit in omni via asa patris sui: ⁊ nõ
declinauit ex ea. Fecitq; quod rectum
est in conspectu domini: verũtamen
excelsa non abstulit. Adhuc enim po-
pulus sacrificabat et adolebat incensũ
in excelsis. Pacemq; habuit iosaphat
cum rege israhel. Reliqua aũt verboꝝ
iosaphat · et opera eius que gessit et
prelia nonne hec scripta sunt in libro
verborum dierum regum iuda? Sed
et reliquias effeminatorũ qui reman-
serant in diebꝫ asa patris eius abstu-
lit de terra. Nec erat tũc rex constitutus
in edom. Rex vero iosaphat fecerat clas-
ses in mari · que nauigarent ĩ ophir
propter aurum: et ire non poterant:
quia confracte sunt in asyongaber.
Tunc ait ochozias filius achab ad io-
saphat. Vadãt servi mei cum servis
tuis in nauibus. Et noluit iosaphat.
Dormiuitq; iosaphat cum patribus
suis: et sepultus est cum eis in ciuitate
dauid patris sui: regnauitq; ioram fi-
lius eius ꝓ eo. Ochozias autem fi-
lius achab regnare ceperat super isra-
hel in samaria anno septimodecimo
iosaphat regis iuda: regnauitq; sup
israhel duobus annis. Et fecit malũ
in conspectu domini: et ambulauit
in via patris sui · et matris sue: et in
via ieroboam filij nabath qui pec-
care fecit israhel. Seruiuit quoq; ba-
al et adorauit eum: et irritauit domi-
num deum israhel iuxta omnia que
fecerat pater eius. Incipit liber
Regum q̃rtus C. j.

Preuaricat⁹ est autẽ
moab in isrl̃: postq̃
mortuus est achab.
Ceciditq; ochozias
ꝑ cancellos cenacli
sui · quod habebat
in samaria et egrotauit: misitq; nun-
cios dicens ad eos. Ite cõsulite beelze-
bub deũ accharon: vtrũ viuere queam
de infirmitate mea hac. Angelus autẽ
dñi locut⁹ ẽ ad heliã thesbiten dicens.
Surge et descende in occursũ nũcioꝝ
regis samarie: et dices ad eos. Nun-
quid nõ ẽ deus in israhel · ut eatis ad
consulendũ beelzebub deũ accharon?
Quãobrem hec dicit dñs. De lectulo
sup quẽ ascendisti nõ descendes: sed
morte morieris. Et abijt helias: reuer-
siq; sunt nuncij ad ochoziã. Qui di-
xit eis. Quare reuersi estis? At illi re-
sponderũt ei. Vir occurrit nobis: et di-
xit ad nos. Ite reuertimini ad regem
qui misit vos: et dicetis ei. Hec dicit
dominus. Nunquid quia non erat
deus in israhel mittis ut consulatur
beelzebub de⁹ accharõ? Idcirco de lectu-
lo sup quẽ ascendisti nõ descendes: sed
morte morieris. Qui dixit eis. Cuius
figure et habitus est vir ille q̃ occurrit
vobis: et locutus est verba hec? At illi
dixerũt. Vir pilosus: et zona pelliria
accinctus renibꝫ. Qui ait. Helias thes-
bites ẽ. Misitq; ad eum quinquage-
nariũ principẽ: ⁊ quinquaginta qui
erant sub eo. Qui ascendit ad eũ: seden-
tiq; in vertice mõtis ait. Homo dei:
rex precepit ut descendas. Respõdens
q; helias · dixit quinquagenario. Si
homo dei sum: descendat ignis de celo
et deuoret te et quinquaginta tuos.
Descendit ergo ignis de celo · et deuo-
rauit eũ: et quinquaginta qui erant

cū eo. Curſumq; miſit ad eū principē quīquagenariū alterum:et quīquaginta cū eo.Qui locut⁹ eſt illi.Homo dei: hec dicit rex. Feſtina · deſcende. Reſpondens helias ait.Si homo dei ego ſum:deſcendat ignis de celo et deuoret te et quīquaginta tuos.Deſcendit ergo ignis de celo:⁊ deuorauit illū· et quīquaginta eius. Iterum miſit principē quīquagenariū tertium:et quīquaginta qui erant cū eo. Qui cū uenīſſet curuauit genua cōtra heliam: et precatus eſt eum et ait.Homo dei: noli deſpicere animā meā·et animas ſeruorum tuorū qui mecum ſunt.Ecce deſcendit ignis de celo et deuorauit duos principes quīquagenarios p̄mos: et quīquagenos qui cum eis erant. Sed nunc obſecro ut miſerearis animę mee.Locut⁹ eſt autē angelus dñi ad heliam dicens. Deſcende cum eo. Ne timeas.Surrexit igit̄ et deſcendit cum eo ad regem:et locutus eſt ei.Hec dicit dñs. Quia miſiſti nuncios ad cōſulendū beelzebub deum accharon quaſi nō eſſet deus in iſrl' a quo poſſes interrogare ſermonem:ideo de lectulo ſup quē aſcendiſti non deſcendes:ſed morte morieris. Mortuus eſt autem iuxta ſermonē dñi quē locut⁹ ē helias: et regnauit ioram frater eius pro eo: anno ſcdo ioram filij ioſaphat regis iude. Non em̄ habebat filiū. Reliqua autem verborum ochozie que ogat⁹ eſt · nonne hec ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regū iſrahel?

Factum eſt autem cū leuare veller dñs heliam per turbinē in celū: ibant helias et heliſeus de galgalis. Dixitq; helias ad heliſeum.Sede hic: quia dñs miſit me uſq; in bethel. Cui ait heliſeus. Viuit dominus·et viuit anima tua: quia nō derelinquam te. Cumq; deſcendiſſent bethel:egreſſi ſunt filij pphaꝝ qui erant in bethel ad heliſeum:et dixerunt ei. Numquid noſti: quia hodie dñs tollet dñm tuū a te? Qui rndit.Et ego noui.Silete. Dixit autem helias ad heliſeum.Sede hic: quia dñs miſit me in iherico.Et ille ait. Viuit dñs·et viuit anima tua: quia nō derelinqnā te. Cūq; uenſſent iherico: acceſſerunt filij pphetaꝝ qui erant in iherico ad heliſeū:⁊ dixerūt ei. Numquid noſti: quia dñs hodie tollet dñm tuum a te? Et ait. Et ego noui. Silete. Dixit autem ei helias. Sede hic:quia dñs miſit me uſq; ad iordanem.Qui ait. Viuit dominus· et viuit anima tua: quia non derelinquam te.Ierunt igitur ambo pariter: et quīquaginta uiri de filijs pphaꝝ ſecuti ſunt eos.Qui et ſteterūt contra longe.Illi autem ambo ſtabant ſup iordanem. Tulitq; helias pallū ſuum et inuoluit illud: et percuſſit aquas q̄ diuiſe ſunt in utrāq; partē: et tranſierunt ambo per ſiccū. Cūq; tranſiſſent: helias dixit ad heliſeum. Poſtula quid uis: ut faciam tibi anteq̄ tollar a te. Dixitq; heliſeus. Obſecro ut fiat in me duplex ſpiritus tuus.Qui reſpondit. Rem difficilem poſtulaſti. At tamen ſi videris me quādo tollar a te erit q̄ peciſti:ſi autem non videris·non erit. Cumq; pergerent et incedentes ſermocinarentur: ecce currus igneus et equi ignei diuiſerunt utrunq; . Et aſcendit helias p turbinem in celum: heliſeus autē videbat:et clamabat. Pater mi pater mi:currus iſrahel ⁊ auriga eius. Et nō uidit eū amplius. Apphendit q; veſtimenta ſua:et ſcidit illa in duas partes. Et leuauit pallū helie quod

anima tua: quia nō derelinquam te. Cumq; deſcendiſſent bethel:egreſſi ſunt filij pphaꝝ qui erant in bethel ad heliſeum:et dixerunt ei. Numquid noſti: quia hodie dñs tollet dñm tuū a te? Qui rndit.Et ego noui.Silete.Dixit autem helias ad heliſeum.Sede hic: quia dñs miſit me in iherico.Et ille ait. Viuit dñs·et viuit anima tua: quia nō derelinqnā te. Cūq; uenſſent iherico: acceſſerunt filij pphetaꝝ qui erant in iherico ad heliſeū:⁊ dixerūt ei. Numquid noſti: quia dñs hodie tollet dñm tuum a te? Et ait. Et ego noui. Silete. Dixit autem ei helias. Sede hic:quia dñs miſit me uſq; ad iordanem.Qui ait. Viuit dominus· et viuit anima tua: quia non derelinquam te.Ierunt igitur ambo pariter: et quīquaginta uiri de filijs pphaꝝ ſecuti ſunt eos.Qui et ſteterūt contra longe.Illi autem ambo ſtabant ſup iordanem. Tulitq; helias pallū ſuum et inuoluit illud: et percuſſit aquas q̄ diuiſe ſunt in utrāq; partē: et tranſierunt ambo per ſiccū. Cūq; tranſiſſent: helias dixit ad heliſeum. Poſtula quid uis: ut faciam tibi anteq̄ tollar a te. Dixitq; heliſeus. Obſecro ut fiat in me duplex ſpiritus tuus.Qui reſpondit. Rem difficilem poſtulaſti. At tamen ſi videris me quādo tollar a te erit q̄ peciſti:ſi autem non videris·non erit. Cumq; pergerent et incedentes ſermocinarentur: ecce currus igneus et equi ignei diuiſerunt utrunq; . Et aſcendit helias p turbinem in celum: heliſeus autē videbat:et clamabat. Pater mi pater mi:currus iſrahel ⁊ auriga eius. Et nō uidit eū amplius. Apphendit q; veſtimenta ſua:et ſcidit illa in duas partes. Et leuauit pallū helie quod

ciderat ei. Reuersusq; stetit sup ripā
iordanis: et pallio helie qđ ciderat
ei percussit aquas: et non sunt diuise.
Et dixit. Vbi est deus helie etiā nūc?
Percussitq; aquas: et diuise sunt huc
atq; illuc: et transijt heliseus. Videntes
autem filij pphetaꝝ qui erāt i ihericho
decontra dixerunt. Requieuit spiritus
helie super heliseum. Et uenientes in
occursum eius adorauerūt eū proni
in terram: dixerūtq; illi. Ecce cū seruis
tuis sunt quinquaginta uiri fortes: q̄
possunt ire: et querere dominū tuum:
ne forte tulerit eum spiritus domini et
proiecerit eum in unum mōtium aut
in unā ualliū. Qui ait. Nolite mittere.
Coegeruntq; eum: donec acquiesceret
et diceret. Mittite. Et miserūt quīqua-
ginta uiros. Qui cum quesissent tribs
diebus: nō inuenerunt. Et reuersi sūt
ad eum. At ille habitabat in ihericho:
et dixit eis. Nunquid nō dixi uobis:
nolite mittere? Dixerunt quoq; uiri ci-
uitatis ad heliseum. Ecce habitatio ci-
uitatis huius optima est sicut tuipse
dñe prospicis: sed aque pessime sunt:
et terra sterilis. At ille ait. Afferte mi-
chi uas nouum: et mittite in illud sal.
Quod cū attulissent: egressus ad fon-
tem aquarū misit in illum sal: et ait.
Hec dicit dominus. Sanaui aquas
has: et nō erit ultra in eis mors neq;
sterilitas. Sanate sūt ergo aque usq;
in diem hanc: iuxta uerbū heliseī qđ
locutus est. Ascendit autem inde heli-
seus in bethel. Cunq; ascenderet p uiā
pueri parui egressi sunt de ciuitate: et
illudebant ei dicētes. Ascende calue:
ascende calue. Qui cū respexisset uidit
eos: et maledixit eis i nomine dominī.
Egressiq; sunt duo ursi de saltu: et la-
cerauerunt ex eis quadraginta duos
pueros. Abijt aūt inde i montē carme-
li: et inde reuersus ē in samariā. C m-
oram uero filius achab regnauit sup
israhel i samaria: āno decimooctauo
iosaphat regis iude. Regnauitq; duo-
decim annis: et fecit malum coram
dño: sed non sicut pater suus et mater.
Tulit enim statuas baal quas fecerat
pater eius: ueruntamen in peccatis ihe-
roboam filij nabath qui peccare fecit
israhel adhesit: nec recessit ab eis. Por-
ro mesa rex moab nutriebat pecora
multa: et soluebat regi israhel centum
milia agnorum: et centū milia arietū
cum uellerib suis. Cunq; moretuus
fuisset achab: preuaricatus est fedus
qđ habebat cum rege israhel. Egressus
est igit rex ioram in die illa de sama-
ria: et recensuit uniuersum israhel: mi-
sitq; ad iosaphat regem iuda dicens.
Rex moab recessit a me: uenī mecū con-
tra eū ad preliū. Qui rūdit. Ascendā.
Qui meus est tuus est: populus meꝰ
populus tuus: et equi mei equi tui. Di-
xitq;. Per quam uiam ascendemus?
At ille respōdit. Per desertū ydumee.
Perrexerunt igit rex israhel et rex iuda
et rex edom: et circuierūt p uiam septē
dierū: nec erat aqua exercitui et iumē-
tis que sequebantur eos. Dixitq; rex
israhel. Heu heu heu. Congregauit nos
dñs tres reges: ut traderet in manu
moab. Et ait iosaphat. Est ne hic
propheta dñi: ut deprecemur dñm p
eum? Et respondit unus de seruis re-
gis israhel. Est hic heliseus filius sa-
phat: qui fundebat aquam sup ma-
nus helie. Et ait iosaphat. Est apud
eum sermo dñi? Descenditq; ad eum
rex israhel et iosaphat rex iuda: et rex
edom. Dixit autem heliseus ad regem
israhel. Quid michi et tibi est? Vade

ad pphetas prīs tui et matris tue. Et
ait illi rex israhel. Quare congregauit
dūs tres reges hos ut traderet eos in
manus moab? Dixitq; ad eum heli-
seus. Viuit dūs exercituum in cuius
conspectu sto: q; si nō vultū iosaphat
regis iude erubescerem: nō attenderem
quidem te: nec respexissem. Nunc autē
adducite michi psalten. Cūq; caneret
psaltes: facta est super eum manꝰ dñi.
Et ait. Hec dicit dūs. Facite alueum
torrentis huius fossas et fossas. Hec
enim dicit dūs. Non videbitis ventū
neq; pluuiā: et alueus iste replebitur
aquis: et bibetis vos et familie vestre
et iumēta vestra. Parumq; est hoc in
conspectu domini: insup tradet etiam
moab in manus nostras. Et percutietis
omnem ciuitatem munitam et omnem
urbem electam: et vniuersum lignum
fructiferum succidetis cunctosq; fontes
aquaꝝ obturabitis: et omnē agrum
egregium operietis lapidibus. Factū
est igitur mane quando sacrificium
offerri solet: et ecce aque veniebant per
viam edom. Et repleta est terra aquis.
Vniuersi autē moabite audientes qđ
descendissent tres reges ut pugnarent
aduersus eos conuocauerunt omnes
qui accincti erant baltheo desuper: et
steterunt in terminis primoq; mane
surgentes. et orto iam sole ex aduerso
aquarum: viderunt moabite econtra
aquas rubras quasi sanguinē: dixe-
runtq;. Sanguis gladij ē. Pugnauer-
unt reges cōtra se: et cesi sunt mutuo.
Nunc perge ad predam moab. Per-
rexerūtq; in castra israhel. Porro con-
surgens israhel percussit moab: at illi
fugerunt coram eis. Venerunt igitur
qui vicerant. et percusserunt moab. et
ciuitates destruxerūt: et omnem agrum
optimum mittentes singuli lapides
repleuerunt: et vniuersos fontes aquaꝝ
obturauerūt: et omnia ligna fructifera
succiderunt: ita ut muri tantū fictiles
remanerēt. Et circundata est ciuitas a
fundibularijs: et magna ex parte per-
cussa. Quod cum vidisset rex moab
preualuisse scilicet hostes tulit secum
septingentos viros educētes gladios
ut irrumperent ad regem edom: et nō
potuerūt. Arripiensq; filium suū pri-
mogenitum qui regnaturus erat pro
eo obtulit holocaustum sup murum:
et facta est indignatio magna in isra-
hel. Statimq; recesserunt ab eo. et
reuersi sunt in terram suam. C. m.
Mulier autē quedam de vxoribus
prophetaꝝ clamabat ad heliseū
dicēs. Seruus tuus vir meus mortuꝰ
est: et tu nosti quia seruus tuus fuit ti-
mens deum. Et ecce creditor venit: ut
tollat duos filios meos ad seruiendū
sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis ut
faciam tibi? Dic michi. Quid habes
in domo tua? At illa respondit. Nō
habeo ancilla tua quicq; in domo mea:
nisi parum olei quo ungar. Cui ait.
Vade. pete mutuo ab omnibz vicinis
tuis vasa vacua nō pauca: et ingrede-
re et claude ostium tuū cum intrinsecꝰ
fueris tu et filij tui. et mitte inde in oia
vasa hec: et cum plena fuerint tolles.
Iuit itaq; mulier: et clausit ostiū sup
se et super filios suos. Illi offerebant
vasa: et illa infundebat. Cunq; plena
fuissent vasa: dixit ad filiū suū. Affer
michi adhuc vas. Et ille respondit.
Non habeo. Stetitq; oleū. Venit aūt
illa et indicauit homini dei. Et ille?
Vade inquit vende oleum et redde
creditori tuo: tu autem et filij tui viuite
de reliquo. Facta est autem quedam

dies: et transibat heliseus per sunam ciuitatem. Erat autem ibi mulier magna: que tenuit eū ut comederet panē. Cunq; frequenter inde transiret: diuertebat ad eam ut comederet panē. Que dixit ad virū suū. Animaduerto q̄ vir dei sanctus est iste: q̄ transit p nos frequenter. Faciamus ergo ei cenaculū paruum: et ponamus ei in eo lectulū et mensam et sellam et candelabrum: ut cū venerit ad nos maneat ibi. Facta ē ergo dies quedā: et veniens diuertit in cenaculū: et requieuit ibi. Dixitq; ad giezi puerum suum. Voca sunamitem istam. Qui cum vocasset eam: et illa stetisset coram eo: dixit ad puer suū. Loquere ad eam. Ecce sedule in omnibz ministrasti nobis: quid vis ut faciā tibi? Numquid habes negotiū: et vis ut loquar regi siue principi militie? Que respōdit. In medio populi mei habito. Et ait. Quid ergo vult ut faciam ei? Dixitq; giezi. Ne queras. Filium enī nō habet: et vir ei9 senex ē. Precepit itaq; ut vocaret eā. Que cū vocata fuisset et stetisset ante ostium: dixit ad eam. In tempore isto in hac eadem hora si vita comes fuerit: habebis in vtero filium. At illa. Noli queso domine mū vir dei: noli mentiri ancille tue. Et concepit mulier: et peperit filiū in tempore: et in hora eadem qua dixerat heliseus. Creuit autem puer: et cum esset quedam dies et egressus isset ad patrem suū ad messores: ait patri suo. Caput meum doleo. At ille dixit pueto. Tolle: et duc eum ad matrē suā. Qui cū tulisset et duxisset eum ad matrem suam: posuit eum illa super genua sua usq; ad meridiem: et mortuus est. Ascendit autem et collocauit eum super lectū hominis dei: et clausit ostiū. Et egressa vocauit virū suū. Et ait. Mitte mecū obsecro vnū de pueris et asinā: ut excurram usq; ad hominē dei: et reuertar. Qui ait illi. Quamobrem tam vadis ad eum? Hodie non sūt kalende neq; sabbatū. Que respondit. Vadam. Strauitq; asinam: et precepit puero. Mina et ppera: ne mihi moram facias in eundo: et hoc age quod p̄cipio tibi. Profecta ē igit̄: et venit ad virū dei in monte carmeli. Cunq; vidisset eam vir dei decontra: ait ad giezi puerū suū. Ecce sunamitis illa. Vade ergo i occursum eius: et dic ei. Rectene agitur circa te et circa virum tuum: et circa filiū tuum? Que respōdit. Recte. Cūq; venisset ad virū dei in montem apphendit pdes eius: et accessit giezi ut amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte illam. Anima enim eius in amaritudine est: et dns celauit a me: et non indicauit michi. Que dixit illi. Numquid petiui filiū a domino meo? Numquid nō dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lumbos tuos: et tolle baculum meū in manu tua et vade. Si occurrerit tibi homo non salutes eum: et si salutauerit te quispiam nō respōdeas illi. Et pones baculum meū sup faciē pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dominus et viuit anima tua: non dimittam te. Surrexit ergo: et secutus ē eam. Giezi autē precesserat ante eos: et posuerat baculum super faciē pueri: et non erat vox neq; sensus. Reuersus q; est in occursum eius: et nunciauit ei dicēs. Non surrexit puer. Ingressus est ergo heliseus domum: et ecce puer mortuus iacebat in lectulo ei9. Ingressusq; clausit ostiū super se et sup pueū: et orauit ad dominū. Et ascendit: et

incubuit super puerū:posuitq; os suū sup os eiꝰ et oculos suos sup oculos eius.et manus suas super manꝰ eius et incuruauit se sup eū:et calefacta est caro pueri. At ille reuersus.deambulabat ī domo semel huc atq; illuc:t ascendit t incubuit super eum. Et oscitauit puer septies:aperuitq; oculos. Et ille uocauit giezi: et dixit ei. Uoca sunamiten hanc. Que uocata ingressa est ad eū. Qui ait. Tolle filiū tuū. Uenit illa et corruit ad pedes eius:et adorauit super terram. Tulitq; filium suum. et egressa est:et heliseus reuersus est in galgala. Erat autem fames in terra: et filij prophetaꝝ habitabant coram eo. dixitq; uni de pueris suis. Pone ollā grandem:et coque pulmentum filijs prophetaꝝ. Et egressus ē unus ī agrū: ut colligeret herbas agrestes. Inuenit q; quasi uitem siluestrem:t collegit ex ea coloquintidas agri et impleuit pallium suū:t reuersus cōscidit in ollam pulmentī. Nesciebat enim quid esset: infuderunt igit sociis ut comederent. Cūq; gustassent de coctione:exclamauerunt dicentes. Mors in olla uir dei. Et nō potuerūt comedere. At ille:afferte inquit farinā. Cūq; tulissent:misit in ollam t ait. Infunde turbe ut comedant. Et nō fuit amplius quicq; amaritudinis ī olla. Uir aūt quidā uenit de balsalisa deferens uiro dei panes p̄mitiaꝝ.et uigīti panes ordeaceos: t frumētum nouū ī pera sua. At ille dixit. Da pplo ut comedat. Cui dixitq; ei ministret eiꝰ. Quantū ē hoc ut apponam coram centum uiris? Rursum ille:da ait populo ut comedat. Hec enim dicit dominus. Comedent:et supererit. Posuit itaq; coram eis. Qui comederunt:t supfuit iuxta uerbū dñi.

Naaman princeps militie regis Sirie erat uir magnꝰ aput dominum suum:et honoratus. Per illum em dedit dominus salutem sirie. Erat autem uir fortis t diues:sed leprosus. Porro de syria egressi fuerāt latrunculi: et captiuam duxerant de terra israhel puellā paruulā: que erat ī obsequio uxoris naaman. Que ait ad dñam suam. Utinā fuisset dominus meus ad pphetam qui est in samaria:profecto curasset eū a lepra quā habet. Ingressus est itaq; naaman ad dñm suum:et nunciauit ei dicens. Hec et hec locuta est puella de terra israhel. Dixit q; ei rex sirie. Uade:et mittā litteras ad regem israhel. Qui cum profectus esset et tulisset secum decem talenta argenti et sex milia aureos.et decē mutatoria uestimētorū:detulit litteras ad regem israhel in hec uerba. Cum acceperis epistolam hanc:scito q; miserim ad te naaman seruū meū ut cures eū a lepra sua. Cumq; legisset rex israhel litteras:scidit uestimenta et ait. Numquid deus ego sum ut occidere possim et uiuificare:quia iste misit ad me ut curem hominē a lepra sua? Animaduertite et uidete: q; occasiones querat aduersum me. Quod cum audisset heliseus uir dei.scidisse uidelicet regē israhel uestimenta sua:misit ad eum dicens. Quare scidisti uestimēta tua? Ueniat ad me: et sciat esse pphetā in israhel. Uenit ergo naaman cū equis et curribus:et stetit ad ostium domus helisei. Misitq; ad eum heliseus nuncium dicens. Uade et lauare septies in iordane:et recipiet sanitatem caro tua atq; mūdaberis. Iratꝰ naaman recedebat dicens. Putabam q; egrederetur ad me et stans inuocaret nomē

C v.

dñi dei sui: ⁊ tangeret manu sua locū
lepre: et curaret me. ſſunquid nō me-
liores sunt abana ⁊ pharfar fluuij da-
masci oñibz aquis israhel· ut lauer ī
eis et mundet? Cum ergo uertisset se
et abiret indignans: accesserūt ad eū
serui sui· et locuti sūt ei. Pater: ⁊ si rem
grandē dixisset tibi pphēta· certe facere
debueras. Quātomagis quia nunc
dixit tibi lauare ⁊ mūdaberis? Descen-
dit ⁊ lauit septies in iordane iuxta ser-
monem uiri dei: et restituta ē caro eius
sicut caro pueri parualli: et mundatus
est. Reuersusq; ad uirum dei cū omni
comitatu suo: uenit et stetit coram eo
et ait. Uere scio q̄ non sit alius deus
in uniuersa terra: nisi tantū in israhel.
Obsecro itaq; ut accipias benedictio-
nem a seruo tuo. At ille respondit. Vi-
uit dominus ante quē sto: quia non
accipiā. Cūq; uim faceret: pmit9 nō ac-
quieuit. Dixitq; naaman. Ut uis.
Sed obsecro cōcede michi seruo tuo: ut
tollā onus duoz burdonū de tra. ſſō
enī faciet ultra seruus tuus holocaustū
aut uictimā diis alienis: nisi domino.
Hoc aūt solum est de quo deprecetis
dñm p seruo tuo: quādo ingredietur
dñs meus templū remmō ut adoret·
et illo innitente supr manū meam· si
adorauero in templo remmon· ado-
rante eo in eodē loco: ut ignoscat mi-
chi dominus seruo tuo p hac re. Qui
dixit ei. Vade in pace. Abiit ergo ab
eo: tpe tempore terre. Dixitq; giezi
puer uiri dei. Pepercit dñs meus naa-
man isto syro isti: ut nō acciperet ab eo q̄
attulit. Viuit dominus quia curram
post eum: et accipiam ab eo aliquid.
Et secutus est giezi post tergum naa-
man· Quem cum uidisset ille currentē
ad se: desiliit de curru ī occursum eius
et ait. Recte sunt oīa? Et ille ait.
Recte. Dñs meus misit me ad te dicēs.
ſſModo uenerūt ad me duo adolescen-
tes de monte ephraim: ex filiis pphaz.
Da eis talentum argenti: ⁊ uestes mu-
tatorias duplices. Dixitq; naaman.
ſſMelius ē ut accipias duo talenta. Et
coegit eum: ligauitq; duo talenta ar-
genti in duobus saccis· ⁊ duplicia ue-
stimenta et imposuit duobus pueris
suis: qui et portauerunt coram eo. Cūq;
uenisset iam uspri· tulit de manu eoz·
et reposuit in domo: dimisitq; uiros
et abierunt: ipe autem ingressus stetit
coram dño suo. Et dixit heliseus. Unde
uenis giezi? Qui respondit. ſſon iuit
seruus tuus quoq;. At ille ait. ſſnōne
cor meum in presenti erat: quando re-
uersus est hō de curru suo in occur-
sum tui? ſſunc igit̄ accepisti argentū
⁊ accepisti uestes: ut emas oliueta· et
uineas ⁊ oues et boues et seruos ⁊ an-
cillas. Sed ⁊ lepra naaman adherebit
tibi ⁊ semini tuo usq; ī sempiternū. Et
egressus ē ḡsi nix ab eo leprosus. Cvi·
Dixerunt aūt filij pphetaz ad heli-
seum. Ecce locus in quo habita-
mus coram te: angustus est nobis. Ea-
mus usq; ad iordanem et tollant sin-
guli de silua materias singulas: ut edi-
ficemus nobis ibi locū ad habitandū.
Qui dixit. Ite. Et ait un9 ex illis. Ve-
ni ergo ⁊ tu cum seruis tuis. Respōdit.
Ego ueniam. Et abiit cum eis. Cumq;
uenissent ad iordanem: cedebāt ligna.
Accidit aūt: ut cū unus materiā suc-
cidisset· caderet ferrum securis ī aquā.
Exclamauitq; ille et ait. Heu heu heu
dñe mi: et hoc ip̄m mutuo acceperam.
Dixit aūt homo dei. Ubi cecidit? At
ille mōstrauit ei locū. Precidit ergo
lignū: ⁊ misit illuc. ſſatauitq; ferrum.

Et ait. Tolle. Qui extendit manum: & tulit illud. Rex autem syrie pugnabat contra israhel: consiliumq; iniit cū suis suis dicēs. In loco illo & illo ponam⁹ insidias. Misit itaq; vir dei ad regē israhel dicēs. Cave ne transeas in locū illū: quia ibi syri in insidijs sunt. Misit itaq; rex israhel ad locū quē dixerat ei vir dei et precupauit eū: & obseruauit se ibi nō semel neq; bis. Conturbatūq; est cor regis syrie pro hac re: et conuocatis seruis suis ait. Quare non indicatis michi quis p̄ditor mei sit apud regem israhel? Dixitq; unus seruorū eius. Nequaq; dñe mi rex: sed heliseus propheta qui est in israhel indicat regi israhel oīa verba quecunq; locutus fueris in conclaui tuo. Dixitq; eis. Ite et videte ubi sit: ut mittam & capiā eū. Annunciauerūt ei dicētes. Ecce in dothaim. Misit ergo illuc equos et currus: et robur exercitus. Qui cū venissent nocte: circumdederūt ciuitatē. Consurgens autem diluculo minister viri dei egressus est: viditq; exercitum in circuitu ciuitatis et equos et currus. Nunciauitq; ei dicēs heu heu heu domine mi quid faciem⁹? At ille respōdit. Noli timere. Plures enī nobiscū sunt: q̄m cū illis. Cumq; oraret heliseus ait. Dñe: aperi oculos huius ut videat. Et aperuit dñs oculos pueri: et vidit: et ecce mons plenus equoꝝ et currui ignei⁹ in circuitu heliseī. Hostes vero descenderunt ad eum. Porro heliseus orauit ad dominū dicēs. Percute obsecro gentem hanc cecitate. Percussitq; eos dñs ne viderent: iuxta verbum heliseī. Dixit aūt ad eos heliseus. Non est hec via: nec ista est ciuitas. Sequimini me: et ostendam vobis virū quē queritis. Duxit ergo eos in samariam. Cūq; ingressi fuissent in samariā: dixit heliseus. Domine: aperi oculos istoꝝ ut videant. Aperuitq; dñs oculos eoꝝ: et viderūt se esse in medio samarie. Dixitq; rex israhel ad heliseū: cū vidisset eos. Numquid percutiā eos pater mi? Et ille ait. Non percutias. Neq; enim cepisti eos gladio et arcu tuo: ut percutias. Sed pone panē et aquā coram eis: ut comedant & bibant: et vadant ad dominū suum. Apposuitq; est eis ciborum magna p̄paratio. Et comederunt et biberūt: et dimisit eos: abieruntq; ad dñm suum. Et ultra nō venerūt latrones syrie in terram israhel. Factū est autē post hec congregauit benadab rex syrie vniuersum exercitum suum: et ascendit et obsidebat samariā. Facta q; est fames magna in samaria: & tā diu obsessa e donec venundaret caput asini octogita argēteis: & quarta pars cabi stercoris columbaꝝ quīq; argenteis. Cūq; rex israhel transiret p murū: mulier quedā exclamauit ad eū dicēs. Salua me dñe mi rex. Qui ait. Non te saluet dominus. Unde te possū saluare? De area: uel de torcular? Dixitq; ad eā rex. Quid tibi vis? Que respondit. Mulier ista dixit michi. Da filiū tuū ut comedamus eū hodie: & filium meū comedemus cras. Coximus ergo filium meū: et comedimus: dixiq; ei die altera. Da filiū tuū: ut comedam⁹ eum. Que abscondit filiū suū. Quod cum audisset rex scidit vestimēta sua: et transiebat p murū. Viditq; oīis pplus cilicium quo vestitus erat ad carnem intrinsecus. Et ait rex. Hec michi faciat deus: et hec addat: si steterit caput heliseī filij saphat sup ipm hodie. Heliseus aūt sedebat in domo sua: et senes sedebant cum eo. Premisit itaq;

virum:et antes venīret nuncius:ille dixit ad senes. Nunquid scītis q̄ miserit filius homicide hic ut p̄cīdatur caput meum? Videte ergo:cū venerit nuncius·claudite ostiū:et nō sinatis eū introire. Ecce enī sonitus pedū dñi eius post eū est. Adhuc illo loquente eis:apparuit nuncius qui veniebat ad eū. Et ait. Ecce tantū malū a dño est. Quid amplius expectabo a dño? C·vm

Dixit aūt heliseus. Audite verbū domini. Hec dicit dñs. In tempore hor cras·modius similē uno statere erit:et duo modii ordei statere uno in porta samarie. Respondens unus de ducibz sup cuius manū rex incumbebat homini dei ait. Si dominus fecerit etiam catharactas in celo:nunquid poterit esse qđ loqueris? Qui ait. Videbis oculis tuis:et inde nō comedes. Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum porte: qui dixerūt ad inuicem. Quid hic esse voluim? donec moriamur? Siue ingredi voluerim? ciuitatem fame morientur: siue manserim? hic moriendū nobis ē. Venite ergo et transfugiamus ad castra syrie. Si pepercerint nobis viuemus:si aūt occidere voluerint:michi omnim? moriemur. Surrexerunt ergo vespere: ut venirent ad castra syrie. Cūq; venissent ad principium castroz syrie:nullum ibidem repererūt. Siquidē dominus sonitum audiri fecerat in castris syrie·curruū et equorū: et exercitus plurimi. Dixeruntq; ad inuicem. Ecce mercede cōduxit aduersum nos rex israhel reges gethroz et egyptioz:et venerūt sup nos. Surrexerunt ergo et fugerūt in tenebris:et dereliquerūt tentoria sua et equos et asinos in castris:fugeruntq; animas tantū suas saluare cupientes.

Igit cū venissent leprosi illi ad principiū castrorū ingressi sunt unū tabernaculū:et comederūt et biberūt. Tulerūt q; inde argentū et aurum et vestes:et abierunt et absconderunt. Et rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculū: et inde similiter auferentes absconderūt. Dixeruntq; ad inuicem. Non recte facimus. Hec enim dies boni nunci? est. Si tacuerim? et noluerimus nūciare usq; mane:sceleris arguemur. Venite eamus: et nunciemus in aula regis. Cumq; venissēt ad portam ciuitatis: narrauerūt eis dicentes. Iuimus ad castra syrie et nullū ibidem reperimus hominē:nisi equos et asinos alligatos:et fixa tentoria. Ierunt ergo portarij: et nunciauerunt in palatio regis intrinsecus. Qui surrexit nocte: et ait ad seruos suos. Dico vobis quid fecerint nobis syri. Sciunt quia fame laboramus:et idcirco egressi sunt de castris: et latitant i agris dicētes. Cū egressi fuerint de ciuitate capiem? eos viuos: et tunc ciuitatē ingredi poterim?. Respondit autem unus seruoz eius. Tollamus quinq; equos qui remanserunt in urbe: quia ipi tantum sunt in omnem multitudine israhel. alij enim consumpti sunt: et mittentes explorare poterim?. Adduxerūt ergo duos equos:misitq; rex in castra syrorum dicens. Ite et videte. Qui abierūt post eos usq; ad iordanem. Ecce aūt omnis via plena erat vestibz et vasis:q̄ proiecerant syri cum turbarent. Reuersiq; nūcij indicauerūt regi. Et egressus pl̄s diripuit castra syrie: factusq; est modius similē statere uno·et duo modii ordei statere uno: iuxta verbū dñi. Porro rex ducem illum in cui? manu incubuerat constituit ad portam: quem

conculcauit turba in introitu porte et mortuꝰ est: iuxta qđ locutꝰ fuerat vir dei quãdo descenderat reꝝ ad eum. Factumq; ẽ scđm sermonẽ viri dei · quem dixerat regi quãdo ait · duo modij ordei statere uno erũt · et modius similes statere uno hoc eodem tempore eras in porta samarie: quãdo respõderat dux ille viro dei et dixerat · etiã si dñs fecerit catharactas in celo nunquid poterit fieri qđ loqueris: ⁊ dixit ei videbis oculis tuis · et inde nõ comedes. Euenit ergo ei sicut pdictũ erat: ⁊ cõculcauit eũ pls in porta: ⁊ mortuꝰ ẽ. C·vm·

Heliseus autẽ locutus est ad mlierem: cuius viuere fecerat filium dicens. Surge: vade tu ⁊ domꝰ tua: ⁊ pegrinare ubicũq; reperieris. Vocabit enĩ dñs famem: et veniet super terram septem ãnis. Que surrexit et fecit iuxta verbũ hominis dei: ⁊ vadens cũ domo sua: pegrinata est in terra philistiim · diebꝫ multis. Cumq; finitis essent anni septem: reuersa est mulier de terra philistiim. Et ingressa est: ut interpellaret regem p domo sua · et pro agris suis. Rex autẽ loquebat cũ giezi puero viri dei dicens. Narra michi cta magnalia q̃ fecit heliseus. Cũq; ille narraret regi quomõ mortuũ suscitasset: apparuit mlier cuius viuificauerat filium damãs ad regẽ pro domo sua ⁊ pro agris suis. Dixitq; giezi. Dñe mi reꝝ hec ẽ mulier: ⁊ hic ẽ filius eiꝰ quẽ suscitauit heliseus. Et interrogauit reꝝ mulierem. Que narrauit ei. Deditq; ei reꝝ eunuchum unum dicens. Restitue ei oĩa que sua sunt: et uniuersos reditus agrorũ a die qua reliquit terrã usq; ad pns. Venit quoq; heliseus damascum: et benadab reꝝ syrie egrotabat. Nũciauerũtq; ei dicẽtes. Venit vir dei huc. Et ait reꝝ ad azahel. Tolle tecũ munera et vade ĩ occursum viri dei: et consule dñm p eum dicens. Si euadere potero de infirmitate mea hac? Quit igit azahel in occursũ eiꝰ habens secum munera et oĩa bona damasci onera quadragĩta camelorũ. Cumq; steterit coram eo ait. Filius tuus benadab reꝝ syrie misit me ad te dicens. Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitq; ei heliseus. Vade dic ei. Sanaberis. Porro ostendit michi dominus: quia morte morietur. Steritq; cum eo: et cõturbatus est usq; ad suffusionem vultus. Fleuitq; vir dei. Cui azahel ait. Quare dominus meus flet? At ille dixit. Quia scio q̃ facturꝰ sis filijs israhel mala. Ciuitates eorũ munitas igne succendes: et iuuenes eorum interficies gladio: ⁊ paruulos eoꝝ elides · et pregnantes diuides. Dixitq; azahel. Quid enĩ ẽ seruus tuus canis: ut faciam rem istam magnã? Et ait heliseus. Ostendit michi dominus te regem syrie fore. Qui cũ recessisset ab heliseo: venit ad dominũ suum. Qui ait ei. Quid tibi dixit heliseus? At ille respondit. Dixit michi: recipies sanitatẽ. Cũq; venisset dies altera · sumsit stragulũ ⁊ infudit aquã: et expãdit super faciẽ eius. Quo mortuo: regnauit azahel pro eo. Anno quinto ioram filij achab regis israhel regnauit ioram filius iosaphat reꝝ iuda. Triginta duorũ ãnoꝝ erat cum regnare cepisset: ⁊ octo annis regnauit in iherusalẽ. Ambulauitq; in uijs regum israhel: sicut ambulauerat domus achab. Filia enĩ achab erat uxor eius. Et fecit qđ malũ est in conspectu domini. Noluit autẽ dominus disperdere iudam ꝓpter dauid seruũ suum: sicut ꝓmiserat ei ut

vđ esse

daret illi lucernā·et filijs eius cunctis diebus. In diebus eius recessit edom ne esset sub iuda: et cōstituit sibi regē. Venitq; ioram cū curribus suis: et omnis exercitus cū eo. Et surrexit nocte: percussitq; ydumeos qui eum circumdederant·et principes curruū. Populus aūt fugit in tabernacla sua. Recessit ergo edom ne esset sub iuda: usq; ad diē hanc. Tunc recessit et lobna i tpore illo. Reliqua aūt sermonū ioram et uniuersa que fecit: nōne hec scripta sunt in libro verboz dierū regū iuda? Et dormiuit ioram cum patribus suis: sepultusq; ē cum eis i ciuitate dauid: et regnauit ochozias filius eius pro eo. Anno duodecimo ioram filij achab regis isrl: regnauit ochozias filius ioram regis iude. Viginti duoz annorū erat ochozias cū regnare repisset: et uno āno regnauit in ihrlm. Nomen matris eius atalia filia amri regis isrl: et ambulauit in uijs domus achab: et fecit qđ malū est corā dño sicut dom⁹ achab. Gener enī domus achab fuit. Abijt q; cum ioram filio achab ad preliandū contra asahel regē syrie in ramoth galaad: et uulnerauerunt syri ioram. Qui reuersus ē·ut curaretur i iesrahel: quia uulnerauerūt eū syri in ramoth pliantē cōtra asahel regem syrie. Porro ochozias filius ioram reg iuda descendit inuisere ioram filium achab in iesrahel: quia egrotabat ibi. C. ix.

Heliseus aut̄ propheres uocauit unū de filijs prophetarū: et ait illi. Accinge lumbos tuos: et tolle lenticulā olei hanc in manu tua: et uade in ramoth galaad. Cumq; ueneris illuc: uidebis iehu filium iosaphat filij namsi. Et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suoz et introduces in interi⁹ cubiculū: tenensq; lenticulā olei fundes super caput eius: et dices. Hec dicit dñs. Unxi te regem sup israhel. Aperiesq; ostiū et fugies: et non ibi subsistes. Abijt ergo adolescens puer pphete in ramoth galaad: et ingressus est illuc. Ecce aut̄ principes exercitus sedebant. Et ait. Verbum michi ad te o princeps. Dixitq; iehu. Ad quē ex oīb3 nobis? At ille dixit. Ad te o princeps. Et surrexit: et ingressus ē cubiculum. At ille fudit oleum super caput eius. Et ait. Hec dicit dominus deus israhel. Unxi te regem sup pplm domini israhel: et percuties domū achab dñi tui. Et ultiscar sanguinē seruorū meoz ppheraz·et sanguinem omniū seruoz dñi de manu iezabel: perdamq; omnem domū achab. Et interficiam de domo achab mingentem ad parietem: et clausum et nouissimum in israhel. Et dabo domū achab sicut domū ieroboā filij nabath: et sicut domū baasa filij achia. Iezabel q; comedent canes in agro iesrahel: nec erit qui sepeliat eam. Aperuitq; ostium et fugit. Iehu autem ingressus est ad seruos dñi sui. Qui dixerūt ei. Recte sunt oīa? Quid uenit insanus iste ad te? Qui ait eis. Nosris hominem: et quid locutus sit? At illi respōderūt falsum est: sed magis narra nobis. Qui ait eis. Hec et hec locutus ē michi. Et ait. Hec dicit dominus. Unxi te regem sup israhel. Festinauerūt itaq;: et unusquisq; tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius in similitudinem tribunalis: et cecinerūt tuba atq; dixerunt. Regnabit iehu. Coniurauit ergo iehu filius iosaphat filij namsi contra ioram. Porro ioram obsederat ramoth galaad·ipe et oīs

ĩsrahel cõtra asahel regẽ syrie: et reuer-
sus fuerat ut curaretur ĩ iesrahel ꝓpter
vulnera: quia percusserant eum syri pre-
liantẽ cõtra asahel regẽ syrie. Dixitq;
iehu. Si placet vobis nemo egrediatur profugus de ciuitate: ne vadat et
nũciet in iesrahel. Et ascendit: et pro-
fectus est ĩ iesrahel. Ioramq; enĩ egrotabat
ibi: et ochozias reꝝ iuda descenderat
ad visitandũ ioramq;. Igitur speculator
qui stabat sup turrim iesrahel: vidit
globũ iehu venientis. Et ait. Video
ego globũ. Dixitq; ioram. Tolle cur-
rum: et mitte ĩ occursum eoꝝ: et dicat
vadens. Recene sũt omnia? Abiit ergo
qui ascenderat currum in occursũ eius.
Et ait. Hec dicit reꝝ. Pacata sunt o-
mnia? Dixitq; iehu. Quid tibi ⁊ pacis?
Transi et sequere me. Nũciauit q; spe-
culator dicẽs. Venit nũcius ad eos: ⁊
non reuertitur. Misit etiam currum
equorum scõm: venitq; ad eos: et ait.
Hec dicit reꝝ. Nũquid pax est? Et ait
iehu. Quid tibi et pacis? Trãsi et sequere me. Nũciauit autẽ speculator dicẽs.
Venit usq; ad eos: et non reuertitur.
Est autẽ incessus quasi incessus iehu
filij namsi. Preceps enĩ graditur. Et
ait ioram. Iungite curruꝫ. Iunxerũtq;
currũ eius. Et egressus est ioramq; reꝝ isrl
et ochozias reꝝ iuda: singuli ĩ curribus
suis. Egressiq; sunt ĩ occursum iehu:
et inuenerũt eum in agro naboth iesrahelite. Cumq; vidisset ioram iehu:
dixit. Pax est iehu? At ille respondit.
Que pax? Adhuc fornicationes iezabel matris tue: et venefitia eius multa
vigent. Cõuertit aũt ioram manum
suã: et fugiens ait ad ochoziam. Insidie ochozia. Porro iehu repplevit arcũ
manu: et percussit ioramq; inter scapulas:
et egressa est sagitta p cor eius: statimq;
corruit in curru suo. Dixitq; iehu ad
badacher ducem. Tolle proice eum in
agro naboth iesrahelite. Memĩ enĩ
quando ego et tu sedentes in curru se-
quebamur achab patrem huius: q
dominus onus hoc leuauerit sup eũ
dicẽs. Si nõ p sãguine naboth ⁊ pro
sãguine filiorũ eius quem vidi heri ait
dñs: reddã tibi in agro isto dicit dñs.
Nũc ergo tolle et proice eum in agro:
iuxta verbũ dñi. Ochozias autem reꝝ
iuda videns hoc fugit pr viam domus
orti: persecutusq; est eũ iehu: ⁊ ait. Etiã
hunc percutite in curru suo. Et percus-
serunt eũ ĩ ascensu gaber: qui ẽ iuxta ieb-
laã. Qui fugit ĩ mageddo: et mortuus
est ibi. Et imposuerunt eum serui eius
super currum suum et tulerunt in ihe-
rusalem: sepelieruntq; in sepulcro cum
patribus suis in ciuitate dauid. Anno
undecimo ioram filij achab regis isra-
hel regnauit ochozias super iudam:
venitq; iehu in iesrahel. Porro iezabel
introitu eius audito depinxit oculos su-
os stibio ⁊ ornauit caput suũ: et respe-
xit per fenestrã ingredientẽ iehu p por-
tam: et ait. Nunquid pax potest esse
zamri q̃ interfecit dñm suũ? Leuauit
q; iehu faciem suam ad fenestrã et ait.
Que est ista? Et inclinauerũt se ad eũ
duo uel tres eunuchi: ⁊ dixerũt. Hec est
illa iezabel. At ille dixit eis. Precipita-
te eam deorsum. Et ꝓcipitauerũt eam.
Aspersusq; ẽ sanguine paries: ⁊ equo-
rum ungule cõculcauerũt eam. Cũq;
introgressus esset ut comederet biberet
q; ait. Ite et videte maledictam illam
et sepelite eam: quia filia regis ẽ. Cũq;
issent ut sepelirent eam: non inuenerũt
nisi caluariã et pedes ⁊ summas ma-
nus. Reuersiq; nunciauerũt ei. Et ait
iehu. Sermo dñi est: quem locutus est

per seruum suum heliam thelbiten dicens. In agro iesrahel comedent canes carnes iezabel. Et erunt carnes iezabel sicut stercus super faciem terre in agro iesrahel: ita ut pretereuntes dicant. Heccine est illa iezabel? C x

Erant autem achab septuaginta filij in samaria. Scripsit ergo iehu litteras: et misit in samariam ad optimates ciuitatis et ad maiores natu et ad nutricios achab dicens. Statim ut acceperitis litteras has qui habetis filios dñi uri et currus et equos et ciuitates firmas et arma: eligite meliorē et cū qui uobis placuerit de filijs domini uestri. et cū ponite super soliū patris sui: et pugnate pro domo dñi uestri. Timuerunt illi uehementer: et dixerunt. Ecce duo reges nō potuerunt stare coram eo: et quomō nos ualebimus resistere? Misserunt ergo ꝓpositi domus et prefecti ciuitatis et maiores natu et nutricij ad iehu dicentes. Serui tui sumꝰ: ꝙcunq; iusseris facienus: nec cōstituemus nobis regē. Quecūq; tibi placent fac. Rescripsit autem eis litteras scdo dicens. Si mei estis et obeditis michi: tollite capita filiorum dñi uestri: et uenite ad me hac eadem hora cras i iesrahel. Porro filij regis septuaginta uiri apud optimates ciuitatis nutriebantur. Cūq; uenissent littere ad eos: tulerunt filios regis et occiderūt septuaginta uiros: et posuerunt capita eorū i cophinis et miserūt ad eum i iesrahel. Venit aūt nuncius ad eū: et indicauit ei dicens. Attulerūt capita filiorum regis. Qui respondit. Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum porte usq; mane. Cumq; diluxisset egressus ē: et stās dixit ad omnē populū. Iusti estis. Si ego coniurauī contra dñm meū et interfeci eum: quis percussit omēs hos? Videte ergo nūc quoniā non recidit de sermonibz dñi in terram quos locutus est dominus sup domū achab: et dñs fecit qđ locutus est in manu serui sui helie. Percussit igit iehu omēs qui reliqui erāt de domo achab in iesrahel. et uniūsos optimates eius et notos et sacerdotes: donec non remanerent ex eo reliquie. Et surrexit: et uenit in samariā. Cūq; uenisset ad cameram pastorū in uia. inuenit fratres ochozie regis iuda: dixitq; ad eos. Qui nam estis uos? Qui responderūt. Fratres ochozie sumus: et descendimus ad salutandos filios regis. et filios regine. Qui ait. Cōprehendite eos uiuos. Quos cū comprehendissent uiuos: iugulauerunt eos in cisterna iuxta cameram quadragīta duos uiros: et nō reliquit ex eis quenq;. Cūq; abisset inde inuenit ionadab filium rechab in occursum sibi: et benedixit ei. Et ait iehu ad eū. Munquid est cor tuum rectum cum corde meo sicut cor meū cū corde tuo? Et ait ionadab. Est. Si est inquit: da manū tuā. Qui dedit ei manū suā. At ille leuauit eū ad se in currum: dixitq; ad eum. Veni mecum: et uide zelum meum pro dño. Et impositū in curru suo duxit in samariā. Et percussit omēs qui reliqui fuerant de achab in samaria usq; ad unum: iuxta uerbū dñi quod locutus est p heliam. Congregauit ergo iehu omnem pplm: et dixit ad eos. Achab coluit baal parum: ego aūt colam eū amplius. Nunc igitur omnes pphetas baal. et uniuersos seruos eius et cunctos sacerdotes ipsius uocate ad me. Nullus sit qui non ueniat. Sacrificium enim grande est michi baal.

Quicūq; defuerit non viuet. Porro
iehu faciebat hoc insidiose:ut disper-
deret cultores baal. Et dixit. Sanctifi-
cate diem solemnē baal. Vocauitq;
et misit in vniuersos terminos isrl:et
venerunt cuncti serui baal. Non fuit
residuus ne vnus quidē:qui non ve-
nīret. Et ingressi sunt templum baal.
Et repleta est domus baal:a summo
usq; ad summū. Dixitq; his qui pre-
erant sup vestes. Proferte vestimenta
vniuersis seruis baal. Et protulerunt
eis vestes. Ingressusq; iehu ⁊ ionadab
filiꝰ rechab tēplum baal:ait cultoribꝫ
baal. Perquirite et videte:ne quis fo-
rte vobiscū sit de seruis dñi: sed ut sint
serui baal soli. Ingressi sunt igitur ut
facerent victimas et holocausta: iehu
autē ꝓparauerat sibi foris octoginta
viros:et dixerat eis. Quicūq; fugerit
de hominibus his quos ego adduxero ī manus vras: anima eius erit
pro aīa illiꝰ. Factum est autem cum
completum esset holocaustū: precepit
iehu militibus ⁊ ducibus suis. Ingredimini et ꝓcutite eos. Nullus exeat.
Percusserūtq; eos in ore gladij et proiecerunt milites ⁊ duces. Et ierunt in
ciuitatem templi baal et protulerunt
statuā de phano baal:et cōbusserunt
et cōminuerunt eam. Destruxerunt q;
idem baal: et fecerūt pro ea latrinas
usq; in diem hanc. Deleuit itaq; iehu
baal de isrl:verūtamen a pcīs iheroboā filij nabath qui peccare fecit israhel nō recessit: nec dereliquit vitulos
aureos qui erant in bethel et in dan.
Dixit autē dominus ad iehu. Quia
studiose egisti qđ rectū erat et placebat
in oculis meis: et oīa que erant in
corde meo fecisti contra domū achab:
filij tui usq; ad quartā generationē
sedebunt sup thronū isrl. Porro iehu
non custodiuit ut ambularet in lege
dñi dei isrl in toto corde suo. Non enī
recessit a peccatis iheroboam:qui pecca-
re fecerat isrl. In diebꝫ illis cepit dñs
tedere super israhel. Percussitq; eos
asahel in vniuersis finibus israhel: a
iordane contra orientalem plagam-
omnē terram galaad-et gad-⁊ ruben-
et manasse-ab aroer que est sup torrē-
tem arnon et galaad et basan. Reliq;
aūt verboꝝ iehu et vniūsa que fecit et
fortitudo eius: nonne hec scripta sūt
in libro verborū dierū regum israhel?
Et dormiuit iehu cū patribꝫ suis:sepe
lierunt;q; eum in samaria:et regnauit
ioachaz filius eiꝰ pro eo. Dies autem
quos regnauit iehu super israhel vigintī et octo ānis sūt ī samaria. ℭ xi.

Athalia vero mater ochozie videns
mortuū filiū suū: surrexit et in-
terfecit oīe semen regiū. Tollens autē
iosaba filia regis iorā-soror ochozie-
ioas filiū ochozie-furata est eū de me-
dio filiorꝫ regis qui interficiebātur-et
nutricē eiꝰ detriclinio: et abscondit eū
a facie atalie ut nō interficeretur: eratq;
cū ea sex ānis clam ī domo dñi. Porro atalia regnauit super terrā septem
ānis. Anno aūt septimo misit ioiada
et assumēs centuriones ⁊ milites introduxit ad se in templū dñi:pepigitq; cū
eis fedus. Et adiurās eos in domo
dñi ostendit eis filiū regis:et precepit
illis dicens. Iste ē sermo quē facere debetis. Tertia pars vrm introeat sabbato:et obseruet excubias domus regis.
Tertia autē pars sit ad portā seyr:⁊ tertia pars sit ad portam que est post
habitaculum scutariorꝫ:et custodietis
excubias domus munda. Due vero partes e vobis oīes egredientes sabbato

custodiant excubias domus domini circa regem: et vallabitis eū habentes arma in manibz vestris. Si quis aūt ingressus fuerit septum templi: interficiatur. Eritisq; cū rege introeunte et egrediēte. Et fecerūt centuriones iuxta oīa que p̄ceperat eis ioiada sacerdos. Et assumētes singuli viros suos qui ingrediebantur sabbatū cum his qui egrediebantur e sabbato: venerūt ad ioiadam sacerdotem. Qui dedit eis hastas et arma regis dauid: que erant i domo dñi. Et steterūt singuli habentes arma i manu sua a parte templi dextra usq; ad partem sinistrā altaris et edis circum regē. Produxitq; filiū regis: et posuit sup eū diadema et testimoniū: fecerūtq; eum regem et unxerūt: et plaudentes manu dixerūt. Viuat rex. Audiuit aūt atalia vocem pl̄i currentis: et ingressa ad turbas in templum dñi vidit regē stantē sup tribunal iuxta morem: et cantores et turbas ppe eum: oīemq; pl̄m terre lectantē: et canentē tubis: et scidit vestimēta sua clamauitq;. Coniuratio: coniuratio. Precepit aūt ioiada centurionibz qui erāt sup exercitum: et ait eis. Educite eam extra septa templi: et quicunq; eam secutus fuerit: feriatur gladio. Dixerat enī sacerdos: non occidatur in templo dñi. Imposuerūtq; ei manus et impegerūt eam per viam introitus equoz iuxta palatium: et interfecta est ibi. Pepigit ergo ioiada fedus inter deum et regē et inter pl̄m: ut esset populus domini: et inter regem et populū. Ingressusq; est oīis populus terre templum baal: et destruxerunt aras eius: et ymagines contriuerūt valide: mattan quoq; sacerdotem baal occiderūt coram altari. Et posuit sacerdos custodias i domo dñi: tulitq; centuriones et cherethi et phaleti legiones et omnē populum terre: deduxerūtq; regē de domo domini. Et venerunt per viam porte scutariorum in palatiū: et sedit sup thronū regum. Letatusq; est oīis populus terre: et ciuitas coquieuit. Atalia aūt occisa est gladio i domo regis: septimoq; āno regni ioas cum regnare cepisset.

Anno septimo iehu regnauit ioas. Quadraginta annis regnauit in hierusalē: nomen matris eius sebia de berlabee. Fecitq; ioas rectū coram domino: cunctis diebz quibz docuit eum ioiada sacerdos: veruntamen excelsa nō abstulit. Adhuc enī populus immolabat et adolebat in excelsis incensum. Dixitq; ioas ad sacerdotes. Omnē pecuniā sanctoz que illata fuerit in templum domini a p̄tereuntibz que offertur pro p̄cio aie et quā sponte et arbitrio cordis sui infert in templum domini: accipiant illā sacerdotes iuxta ordinem suum: et instaurent sarta tecta domus si quid necessarium viderint instauratione. Igitur usq; ad vicesimumtertium annum regis ioas: nō instauraverunt sacerdotes sarta tecta templi. Vocauitq; rex ioas ioiadam pontificem et sacerdotes: dicens eis. Quare sarta tecta nō instauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniā iuxta ordinem vestrum: sed ad instaurationem templi reddite eā. Prohibitiq; sūt sacerdotes ultra accipere pecuniā a pl̄o: et instaurare sarta tecta domus. Et tulit ioiada pontifex gazophilacium unū: apuitq; foramen desup: et posuit illud iuxta altare ad dextram ingredientiū domum domini: mittebantq; in eo sacerdotes qui custodiebant ostia omnem pecuniam que

deferebat ad templū dñi. Cūq; viderēt nimiā pecuniā esse in gazophilacio ascendebat scriba regis et pontifex: effundebātq; et numerabāt pecuniam que inuenieb at in domo dñi: et dabāt eam iuxta numerū atq; mensuram in manu eorum q̄ preerant cementariis domus dñi. Qui impendebāt eam in fabris lignoq; et in cementariis hijs q̄ opabant in domo dñi. et sarcta tecta faciebāt: et in hijs q̄ cedebant saxa. et ut emerent ligna et lapides qui excidebantur: ita ut implerētur instauratio domus dñi in uniuersis q̄ indigebāt expensa ad muniendā domū. Verumtamen nō fiebāt ex eadē pecunia ydrie templi dñi et fuscinule et thuribula et tube et oīne uas aureū et argenteū: de pecunia que inferebatur in templum domini. Ejjs enim qui faciebāt opus dabat: ut instauraretur templum dñi. Et non fiebat ratio hijs hominibus qui accipiebāt pecuniā ut distribuerēt eam artificibs: sed in fide tractabāt eā. Pecuniam uero pro delicto et pecuniā pro peccatis. nō inferebant in templū domini: quia sacerdotum erat. Tunc ascendit asahel rex syrie et pugnabat contra geth: cepitq; eā. Et direxit faciē suā ut ascenderet in ihrlm. Quāobrē tulit ioas rex iuda oīnia sanctificata que cōsecrauerat iosaphat et ioram et ochozias patres ei⁹ reges iuda. et que ipse obtulerat. et uniuersum argentū qđ inueniri potuit in thesauris tēpli domini. et in palacio regis: misitq; asahel regi syrie: et recessit ab ierusalē. Reliqua aūt sermonū ioas et oīnia que fecit: nōne hec scripta sunt i libro verborū dierū regū iuda? Surrexerūt aūt serui eius et coniurauerūt inter se: percusseruntq; ioas in domo mello in descensu sela. iozachar namq; filius semath et iozabath filij somer serui ei⁹ percusserūt eū: et mortuus ē. Et sepelierūt eū cū pribs suis i ciuitate dauid: regnauitq; amasias filius eius p eo.

Anno uicesimo octauo ioas filij ochozie regis iude. regnauit ioachaz filius ihu super israhel in samaria decem et septem annis: et fecit malū coram dño. Secutusq; est peccata iheroboā filij nabath qui peccare fecit israhel: et nō declinauit ab eis. Iratusq; ē furor domini contra israhel: et tradidit eos in manu asahel regis syrie et i manu benadab filij asahel cunctis diebs. Deprecatus est aūt ioachaz faciem dñi: et audiuit eum dominus. Vidit enim angustiā israhel: quia attriuerat eos rex syrie. Et dedit dominus saluatorē israheli: et liberatus ē de manu regis syrie: habitauerūtq; filij israhel i tabernaculis suis. sicut heri et nudiustertius. Verumtamen nō recesserūt a peccatis dom⁹ iheroboā qui peccare fecit israhel: sed i ipis ambulauerūt. Siquidē et lucus pmansit in samaria: et non sunt derelicti ioachaz de populo nisi quinquaginta equites: et decem curruſ et decem milia pditū interfecerat enim eos rex syrie: et redegerat quasi puluerē in tritura aree. Reliqua aūt sermonū ioachaz et uniuersa que fecit et fortitudo eius: nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regū israhel? Dormiuitq; ioachaz cum patribus suis: et sepelierunt eū i samaria: regnauitq; ioas filius ei⁹ pro eo. Exm· Anno tricesimo septimo ioas regis iuda regnauit ioas filius ioachaz sup israhel in samaria sedecī ānis: et fecit qđ malū ē in conspectu domini. Non declinauit ab oīnibs peccatis iheroboam filij nabath qui

peccare fecit iſrl': ſed ī ipīs ambulauit.
Reliqua autē ſermonū ioas ⁊ uniuerſa que fecit:et fortitudo ei⁹ quomodo pugnauerit contra amaſiā regē iudæ nōne hec ſcripta ſunt ī libro ſermonū dieꝝ regū iſrl'? Et dormiuit ioas cum pribꝫ ſuis:iheroboā aūt ſedit ſuper ſolium eius. Porro ioas ſepultus ē in ſamaria cū regibꝫ iſrl'. Heliſeus autē egrotabat infirmitate qua et mortu⁹ eſt. Deſcendit̄qꝫ ad eum ioas reꝝ iſrl' et flebat coram eo:dicebatq; pater mi pater mi:currus iſrl' ⁊ auriga eius. Et ait illi heliſeus. Affer arcū et ſagittas. Cūq; attuliſſet ad eū arcū ⁊ ſagittas: dixit ad regem iſrl'. Pone manū tuā ſuper arcū. Et cū poſuiſſet ille manū ſuam:ſuppoſuit heliſeus manꝰ ſuas manibus regis:et ait. Aperi feneſtrā orientalē. Cunq; aperuiſſet·dixit heliſeus iace ſagittam. Et iecit. Et ait heliſeus. Sagitta ſalutis dñi: et ſagitta ſalutis contra ſiriā. Percuties̄q; ſiriā in aphec:donec ad ſumas eam. Et ait. Tolle ſagittas. Qui cū tuliſſet: rurſū dixit ei. Percute iaculo terrā. Et cum percuſſiſſet tribꝫ vicibus ⁊ ſteriſſet:iratꝰ eſt vir dei cōtra eū:et ait. Dū percuſſiſſes quīquies aut ſexies ſiue ſepties: percuſſiſſes ſiriā uſq; ad cōſummationem. Nūc aūt tribus vicibus percuties eam. Mortuus eſt ergo heliſeꝰ:et ſepelierūt eū. Latrūculi aūt de moab venerunt in terrā in ipo anno. Quidā aūt ſepelientes hominē viderūt latrūculos:et proiecerunt cadauer in ſepulcro heliſei. Quod cū tetigiſſet oſſa heliſei reuixit homo:et ſteterit ſup pedes ſuos. Igitur azahel reꝝ ſirie afflixit iſrl: cūctis diebꝫ ioachaz. Et miſertus eſt dñs eorum: et reuerſus eſt ad eos ꝓpter pactū ſuū qđ habebat cum abraham et yſaac et iacob: et noluit diſperdere eos neq; proicere penitus uſq; in preſens tempꝰ.
Mortuus ē autē azahel reꝝ ſirie:et regnauit benadab filius eiꝰ pro eo. Porro ioas filius ioachaz tulit urbes de manu benadab filij azahel quas tulerat de manu ioachaz pris ſui: iure prelij. Tribus vicibus percuſſit eū ioas:et reddidit ciuitates iſrl'. C. xiij.
In anno ſcdo ioas filij ioachaz regis iſrahel:regnauit amaſias filius ioas regis iuda viginti quinq; annorū erat cū regnare cepiſſet:viginti aūt ⁊ nouem annis regnauit ī ihrlm. Nomen matris eius ioaden de iheruſalem. Et fecit rectum coram dño: verumtamen non ut dauid pater eiꝰ. Iuxta oīa que fecit ioas pater ſuus fecit: niſi hoc tantū qđ excelſa non abſtulit. Adhuc enī pꝰs adolebat et immolabat incenſum in excelſis. Cunq; obtinuiſſet regnū peuſſit ſeruos ſuos qui interfecerāt regem patrē ſuum:filios autē eoꝝ ꝙ occiderāt nō occidit:iuxta quod ſcriptū eſt in libro legis moyſi ſicut ꝓcepit dñs dicēs. Non morient̄ patres ꝓ filijs neq; filij pro patribꝫ:ſed unuſquiſq; in peccato ſuo morietur.
Ipſe peuſſit edom ī valle ſalinarum decem milia:et apprehendit petrā ī pliō: vocauitq; nomen eius iezechel uſq; in preſentem diem. Tunc miſit amaſias nuncios ad ioas filium ioachaz filij iehu regis iſrahel·dicens. Veni et videamus nos. Remiſitq; ioas reꝝ iſrahel ad amaſiā regē iuda dicens. Carduus libani miſit ad cedrum que eſt in libano·dicens. Da filiam tuā filio meo uxorem. Tranſieruntq; beſtie ſalt⁹ que ſunt in libano:et conculcauerunt carduum. Percutiens inualuiſti ſup edom:et ſibleuauit te cor tuū. Cōtent⁹

esto gloria:et sede in domo tua. Quare ꝓuocas malū:ut cadas tu et iudas tecū? Et nō acquieuit amasias. Ascendit ergo ioas rex israhel:et uiderūt se ipse et amasias rex iuda in bethsames oppido iude. Percussus est iuda coram israhel:et fugerūt unusquisq; in tabernacula sua. Amasiā uero regē iuda filiū ioas filij ochozie cepit ioas rex israhel in bethsames:et adduxit eū in iherusalē. Et interrupit murū iherusalē a porta effraim usq; ad portam anguli · quadringentis cubitis. Tulitq; oēm aurū et argentū & uniuersa uasa q̄ inuenta sūt i domo dñi et in thesauris regis & obsides:et reuersus est in samariā. Reliqua aūt uerboꝝ ioas q̄ fecit & fortitudo eius qua pugnauit cōtra amasiā regem iuda · nōne hec scripta sunt in libro sermonum dieꝝ regum israhel? Dormiuitq; ioas cum patribus suis et sepultus est in samaria cum regibꝫ israhel:et regnauit iheroboam filius eius pro eo. Uixit autem amasias filius ioas rex iuda / Postq̄ mortuus est ioas filius ioachaz regis israhel· uiginti quinq; annis. Reliqua autem sermonum amasie · nonne hec scripta sunt in libro sermonū dierum regum iuda? Factaq; est contra eū cōiuratio in iherusalē:at ille fugit i lachis. Miserūntq; post eū i lachis et interfecerūt eum ibi:et asportauerunt in equis:sepultusq; est iherusalem cū pribus suis in ciuitate dauid. Tulit aūt uniuersus populus iude azariā annos natum sedecim:et constituerunt eum regē pro patre eius amasia. Ipse edificauit ahilam:et restituit eā iude postq̄ dormiuit rex cum patribus suis. Anno quintodecimo amasie filij ioas regis iuda regnauit iheroboā filius ioas regis israhel in samaria quadraginta et uno anno:& fecit quod malum est coram dño. Non recessit ab oīb⁹ peccatis iheroboā filij nabath:qui peccare fecit israhel. Ipse restituit terminos israhel ab introitu emath usq; ad mare solitudinis:iuxta sermonem domini dei israhel quē locutus est per seruū suum ionam filiū amathi ꝓphetā: qui erat de geth que est in opher. Uidit enim dñs afflictionē israhel amarā nimis: et q̄ cōsumpti essent usq; ad clausos carceris et extremos:et nō esset q̄ auxiliaretur israhel. Nec locutus est dñs ut deleret nomē israhel de sub celo:sed saluauit eos in manu iheroboam et filij ioas. Reliqua aūt sermonū iheroboam et uniuersa que fecit:& fortitudo eius qua ꝓliatus est·& quomō restituit damascum et emath iude in israhel· nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierū regū israhel? Dormiuitq; iheroboā cū pribus suis regibꝫ israhel:et regnauit zacharias filius eius ꝓ eo. C xv.

Anno uicesimoseptimo iheroboā regis israhel regnauit azarias filius amasie regis iuda. Sedecī annoꝝ erat cum regnare cepisset:& quinquaginta duobus annis regnauit in iherlim. Nomen matris eius iecelia de iherlim. Fecitq; qđ erat placitū corā dño· iuxta omnia que fecit amasias pater eius:ueruntamen excelsa nō ē demolit⁹. Adhuc populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis. Percussit aūt ē dñs regem:et fuit leprosus usq; in diem mortis sue:& habitabat i domo libera seorsum. Ioathan uero filius regis gubernabat palatiū:et iudicabat populū terre. Reliqua aūt ē sermonum azarie et uniuersa que fecit:nōne hec scripta sunt in libro uerboꝝ dierū

regū iuda: ⁊ dormiuit azarias cum patribꝫ suis: sepelierūtq; eū cū maioribꝫ suis in ciuitate dauid: et regnauit ioathan filius eius pro eo. Anno tricesimooctauo azarie regis iude regnauit zacharias filius iheroboam super isrl in samaria sex mensibꝫ: et fecit quod malum est coram dño sicut fecerant patres eius. ſNon recessit a peccatis iheroboam filij nabath: qui peccare fecit israhel. Coniurauit autē contra eum sellum filius iabes percussitq; eū palam et interfecit: regnauitq; p eo. Reliqua aūt verboꝫ zacharie nonne hec scripta sunt in libro sermonū dieꝫ regū isrl? Iste est sermo domini quē locutus est ad iehu dicēs. ſFilij tui usq; ad q̄rtam generationē. sedebūt de te sup thronū israhel. ſFactumq; est ita. Sellū filius iabes regnauit tricesimonono anno azarie regis iude. Regnauit aūt uno mense in samaria. Et ascendit manahen filius gaddi de thersa. uenitq; samariam: et percussit sellum filiū iabes in samaria ⁊ interfecit eum: regnauitq; pro eo. Reliqua autem verboꝫ sellū et coniuratio eius per quā tetendit insidias: nonne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum israhel? Tunc percussit manahen thapsam ⁊ oēs qui erant in ea: ⁊ terminos eius de thersa. ſNoluerant enim aperire ei. Et interfecit omnes pregnantes eius: et scidit eas. Anno tricesimonono azarie regis iude regnauit manahen filius gaddi sup israhel decem annis in samaria: fecitq; quod erat malum coram domino. ſNon recessit a peccatis iheroboā filij nabath qui peccare fecit israhel: cūctis diebus eius. Venerat phul rex assirioꝝ in thersa: et dabat manahen phul mille talenta argenti. ut esset ei in auxiliū ⁊ firmaret regnū eius. Indixitq; manahen argentū sup isrl cūctis potentibus ⁊ diuitibus ut daret regi assiriorum: quinquaginta siclos argenti p singulos. Reuersusq; est rex assirioꝝ: et non est moratus in thersa. Reliqua autem sermonū manahen et uniuersa q̄ fecit: nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierū regū israhel? Et dormiuit manahen cū patribꝫ suis: regnauitq; phacea filius eius pro eo. Anno quinquagesimo azarie regis iude regnauit phacea filius manahen super isrl in samaria biennio: et fecit quod erat malū corā dño. ſNō recessit a peccatis iheroboā filij nabath: qui peccare fecit isrl. Coniurauit autē aduersus eum phacee filius romelie dux eius. ⁊ percussit eum in samaria in turre domus regie iuxta argob et iuxta ariph. et cum eo quinq̄ginta uiros de filijs galaaditarū et interfecit eum: regnauitq; pro eo. Reliqua aūt sermonum phacee ⁊ uniuersa que fecit: nonne hec scripta sunt in libro sermonū dierum regum israhel? Anno quinquagesimosecūdo azarie regis iude. regnauit phacee filius romelie super isrl in samaria uiginti annis: et fecit qđ erat malū coram dño. ſNon recessit a peccatis iheroboā filij nabath: qui peccare fecit israhel. In diebus phacee regis israhel uenit theglat phalassar rex assur. et cepit ahion. et abel domū maacha ⁊ ianoe et cedes et asor. et galaad ⁊ galileam et uniuersam terrā nepthalim: et transtulit eos in assirios. Coniurauit autem et tetendit insidias osee filius hela contra phacee filiū romelie: et percussit eum et interfecit: regnauitq; p eo uicesimo anno ionathan filij ozie. Reliqua aūt sermonū phacee et uniuersa que fecit:

nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum israhel? Anno secundo phacee filij romelie regis isrl: regnauit ioathan filius ozie regis iuda. Ui gintiquinq; ānox erat cū regnare cepisset: et sedecim ānis regnauit in ihrlm. Nomen mris ei⁹ ihrusa: filia zadoch. Fecitq; qđ erat placitum coram dño. Iuxta omnia q̄ fecit ozias pater suus opat⁹ ē: verūtamen excelsa nō abstulit. Adhuc pls immolabat et adolebat incensū i excelsis. Ipe edificauit portā dom⁹ domini sublimissimā. Reliqua autem sermonū ioathan et uniuersa que fecit: nonne hec scripta sūt i libro verboz dierū regū iuda? In diebz illis cepit dns mittere i iudam rasin regem syrie: et phacee filiū romelie. Et dormiuit ioathan cū patribus suis sepultus q; est cū eis i ciuitate dauid pris sui: et regnauit achaz filius ei⁹ p eo. CXVI

Anno decimoseptimo phacee filij romelie regnauit achaz filius ioathan regis iuda. Ui gintiannox erat achaz cum regnare cepisset: et sedecim ānis regnauit in ihrlm. Non fecit qđ erat placitum in conspectu dñi dei sui sicut dauid pater ei⁹: sed ambulauit in via regum israhel. Insup et filium suum cōsecrauit transferens per ignem secundū ydola gentiū: que dissipauit dominus corā filijs isrl. Immolabat quoq; victimas et adolebat incensū in excelsis et i collibz: et sub oī ligno frondoso. Tūc ascendit rasin rex syrie: et phacee filius romelie rex israhel ad pliandū in ihrusalē. Cūq; obsiderent achaz: non valuerunt superare eū. In tēpore illo restituit rasin rex syrie hayla syrie: et eiecit iudeos de hayla. Et ydumei et syri venerūt in haylam: et habitauerunt ibi usq; in diē hanc. Misit aūt achaz nuncios ad teglat phalassar regē assiriox dicēs. Seruus tuus et filius tuus ego sum. Ascende et salui me fac de manu regis syrie et de manu regis isrl: q̄ cōsurrexerunt aduersū me. Et cū collegisset argentū et aurū qđ inueniri potuit in domo dñi. et in thesauris regis misit regi assiriox munera: qui et acquieuit uolūtati eius. Ascendit autem rex assiriox i damascū et uastauit eam: et trāstulit habitatores eius cyrenen: rasin aūt interfecit. Perrexitq; rex achaz in occursum teglat phalassar regi assiriox i damascū. Cūq; uidisset altare damasci: misit rex achaz ad uriam sacerdotē exemplar ei⁹ et similitudinē iuxta oīne opus eius. Extruxit q; urias sacerdos altare. Iuxta oīa que preparat rex achaz de damasco: ita fecit sacerdos urias donec ueniret rex achaz de damasco. Cumq; uenisset rex de damasco uidit altare et ueneratus est illud: ascenditq; et immolauit holocausta et sacrificiū suū: et libauit libamina et fudit sāguinem pacificoz que obtulerat sup altare. Porro altare ereum qđ erat coram dño transtulit de facie templi et de loco altaris et de loco templi domini: posuitq; illud ex latere altaris ad aquilonē. Precepit quoq; rex achaz urie sacerdoti dicens. Sup altare maius offer holocaustū matutinum et sacrificiū uespertinū et holocaustum regis et sacrificiū eius: et holocaustum uniuersi pli terre et sacrificia eorū et libamina eorū: et oīnem sanguinē holocausti et uniuersum sanguinē victime super illud effundes. Altare uero ereum erit paratū ad uoluntatem meā. Fecit igit urias sacerdos iuxta oīa que p̄ceperat rex achaz. Tulit aūt rex achaz relatas bases et luterem qui erat

delupre: et mare depoluit de bobz ereis
qui sustentabant illud: et posuit super
pauimentum stratum lapide. Musach
quoq; sabbati quod edificauerat in
templo et ingressum regis exteri conuertit in templū domini: ppter regem
assiriox. Reliqua aūt uerborū achaz
et oīa q fecit: nonne hec scripta sūt
in libro sermonū dierū regum iuda?
Dormiuitq; achaz cum patribz suis:
et sepult9 ē cū eis i ciuitate dauid: et regnauit ezechias filius eius p eo. C. xvii

Anno duodecio achaz regis iuda
regnauit osee filius ela in samaria super israhel nouem annis: fecitq;
malū coram domino: sed non sicut
reges israhel q ante eū fuerūt. Contra
hunc ascendit salmanasar rex assiriorum: et factus est ei osee seruus: reddebatq; illi tributa. Cūq; deprehendisset
rex assiriorum osee q rebellare niteus
misisset nūcios ad sua regem egipti·
ne prestaret tributa regi assiriorum·
sicut singulis āis solitus erat: obsedit eum·et uinctum misit in carcerem:
peruagatusq; ē omnē terrā: t ascendēs
samariam obsedit eam tribz annis.
Anno aūt nono osee cepit rex assiriorum samariā: et transtulit isral in assirios: posuitq; eos i haylam et i abor
iuxta fluuiū gozan in ciuitatibus medorum. Factū est enim cum peccassent
filij israhel domino deo suo q eduxerat
eos de tra egipti de manu pharaonis
regis egipti: coluerunt deos alienos·
et ambulauerunt iuxta ritū gentium
q̄s consumpserat dominus i conspectu
filiox israhel et regū israhel: quia sibi
fecerant. Et irritauerūt filij israhel uerbis non rectis dominum deū suum: et
edificauerūt sibi excelsa i cūctis urbibz
suis a turre custodū usq; ad ciuitatem
munitam. Fecerunt q; sibi statuas et
lucos in omni colle sublimi·et subter
oīne lignū nemorosum: t adolebant
ibi incensū super aras i more gentiū
quas transtulerat dns a facie eorum.
Fecerūtq; uerba pessima irritantes dominum: et coluerunt immūdicias de
quibz p̄cepit eis dns ne facerent uerbū
hoc. Et rectificatus est dns in israhel
et in iuda p manum oīum pphetaz
et uidentiū dicens. Reuertimini a uijs
uestris pessimis·et custodite precepta
mea et cerimonias: iuxta omnē legē
quā precepi patribus uestris: et sicut
misi ad uos in manu seruorū meorū
prophetaz. Qui nō audierunt: sed indurauerunt ceruicē suā iuxta ceruicem
patrum suorū qui noluerunt obedire
dño deo suo. Et abiecerunt legitima
eius·t pactū quod pepigit cū pribus
eoz et rectificationes quibus cōtestat9
est eos: secutiq; sunt uanitates t uane
egerunt: et secuti sunt gentes que erāt
p circuitum eoz sup quibus p̄ceperat
dominus eis ut non facerent sicut et
ille faciebāt. Et dereliquerunt omnia
precepta dñi dei sui: fecerunt q; sibi conflatiles duos uitulos et lucos: et adorauerunt uniuersam milicia celi. Seruierunt q; baal: et consecrauerūt filios
suos et filias suas per ignem. Et diuinationi inseruiebant et augurijs· et
tradiderunt se ut facerent malū coram
domino: et irritarent eum. Iratusq;
est dns uehementer israheli: t abstulit
eos a conspectu suo: et non remansit
nisi tribus iuda tantūmodo. Sed nec
ipe iuda custodiuit mandata dñi dei
sui: uerūtamen ambulauit in erroribz
israhel·quos operat9 fuerat. Proiecit
q; dns oīne semen isral t afflixit eos t
tradidit eos i manu diripiētiū·donec

proiceret eos a facie sua: ꝙ eo iam tp̃e
quo scissus est israhel a domo dauid:
et constituerũt sibi regem ieroboam
filiũ nabath. Separauit enĩ ieroboã
israhel a domino: et peccare eos fecit
pcm magnũ. Et ambulauerunt filij
isrl in oĩbus peccatis ieroboam
que fecerat: nõ recesserunt ab eis usq;
quo dominus auferret israhel a facie
sua: sicut locut⁹ fuerat ī manu oĩũ
seruoꝝ suoꝝ pphaꝝ. Translatusq; est
israhel de terra sua in assirios usq; in
diem hanc. Adduxit aũt rex assirioꝝ
de babilone et de cutha. et de ahiach.
et de emath et de sepharuaim: et collo-
cauit eos in ciuitatibus samarie pro
filijs israhel. Qui possederũt samariã:
et habitauerunt in urbibus eĩ⁹. Cũq;
ibi habitare cepissent non timebant
dominum. et immisit eis dñs leones:
qui interficiebant eos. Nunciatumq;
est regi assirioꝝ et dictum. Gentes ꝙs
transtulisti et habitare fecisti in ciuita-
tibus samarie ignorant legitima dei
terre: et immisit in eos domin⁹ leones
et ecce interficiunt eos: eo qđ ignorent
ritũ dei terre. Precepit aũt rex assirioꝝ
dicens. Ducite illuc unũ de sacerdotibꝫ
quos inde captiuos adduxistis: ut
uadat et habitet cum eis: et doceat eos
legitima dei terre. Igitur cum uenisset
unus de sacerdotibus hijs ꝙ captiuĩ
ducti fuerãt de samaria habitauit in
bethel: et docebat eos quomõ colerent
dominũ. Et unaqueq; gens fabricata
est deum suum. Posuerunt; eos
in fanis excelsis que fecerant samarite
gens et gens in urbibus suis: ī quibꝫ
habitabant. uiri enim babilonij fece-
runt sochot benoth: uiri aũt cuthei
fecerunt nergel: et uiri de emath fecerũt
asima. Porro euei fecerunt nebaaz et
tharthaz. hij aũt quĩ erant de sefarua-
im comburebant filios suos igni ad
ramelech et anamelech dijs sefarua-
im: et nichilominus colebant dñm.
Fecerunt autem sibi de nouissimis sa-
cerdotes excelsoꝝ: et ponebant eos in
fanis sublimibꝫ. Et cum dominum
colerent: dijs q̃; suis seruiebant iuxta
cõsuetudinẽ gentiũ de q̃bus translati
fuerant samariã. Usq; in p̃sentem diẽ
morem sequuntur antiquum. Non
timent dñm: neq; custodiũt cerimoni-
as eius atq; iudicia et legem et mandã-
tum quod precepit dñs filijs iacob
quẽ cognominauit isrl: et pcusserat cũ
eis pactum. et mandauerat eis dicens.
Nolite timere deos alienos et non a-
doretis eos neq; colatis eos et nõ im-
moletis eis: sed dominũ deũ uestrum
qui eduxi uos de terra egipti in fortitu-
dine magna et ī brachio extento. ipm
timete et illũ adorate: et ipsi immola-
te. Cerimonias quoq; et iudicia et le-
gem et mandatũ quod scripsit uobis
custodite ut faciatis cunctis diebus:
et non timeatis deos alienos. Et pa-
ctum qđ pcussit uobiscũ nolite obliui-
sci: nec colatis deos alienos sed dñm
deũ uestrũ timete: et ipe eruet uos de ma-
nu omniũ inimicoꝝ uestroꝝ. Illi uero
nõ audierunt: sed iuxta consuetudinẽ
suam pristinam ꝑtrabãt. Fuerunt
igitur gentes iste timẽtes quidẽ dñm:
sed nichilomin⁹ et ydolis suis seruiẽtes.
Nã filij eoꝝ et nepotes sicut fecerũt pr̃es
sui ita faciũt: ī presentẽ diem. C·xvii·

Anno tercio osee filij hela regis i-
srahel regnauit ezechias filius
achaz regis iuda. Uiginti quiq; ãnoꝝ
erat cũ regnare cepisset: et uiginti nouẽ
ãnis regnauit in ierusalem. Nomẽ
mr̃is eius abisa filia zacharie. Fecitq;

quod erat bonū coram dño: iuxta oīa
que fecerat dauid pater eius. Ipe dissi-
pauit excelsa: et cōtriuit statuas et suc-
cidit lucos: confregitq; serpentē ereum
quē fecerat moyses. Siquidē usq; ad
illud tempus filij israhel adolebāt ei
incensum. Vocauitq; nomē eius no-
hestan. Et in domino deo israł sperauit.
Itaq; post eū nō fuit similis ei de cun-
ctis regibz iuda sed neq; i hijs qui āte
eum fuerunt: et adhesit domino: et nō
recessit a vestigijs ei⁹: fecitq; mandata
eius q̄ preceperat dominus moysi unde
et erat dñs cū eo: et in cunctis ad que
procedebat sapienter se agebat. Rebel-
lauit quoq; contra regem assiriox: et
non seruiuit ei. Ipe percussit philistheos
usq; ad gazam et omnes ēminos eox:
a turre custodū usq; ad ciuitatem mu-
nitam. Anno quarto regis ezechie q̄
erat ānus septim⁹ osee filij hela regis
israhel ascendit salmanasar rex assiri-
orum samariam: et oppugnauit eā
et cepit. Sta post ānos tres āno sexto
ezechie id ē nono āno osee regis israh-
hel capta est samaria: et transtulit rex
assiriox israhel in assirios: collocauit
q; eos i ahyla et i abor fluuijs gozan
in ciuitatibz medox: quia nō audierūt
vocem dñi dei sui: sed pretergressi sunt
pactū ei⁹. Omnia que preceprat moyses
seru⁹ dñi nō audierūt neq; fecerūt. An-
no ñrtodecimo regis ezechie ascendit
sennatherib rex assiriorum ad uniūsas
ciuitates iuda munitas: et cepit eas.
Tunc misit ezechias rex iuda nuncios
ad regem assiriorum in lachis dicēs.
Peccaui. Recede a me: et omne quod
imposueris michi ferā. Indixit itaq;
rex assiriox ezechie regi iude trecēta ta-
lenta argenti et triginta talenta auri.
Dedit q; ezechias oīe argentū quod
repertum fuerat in domo domini: et
i thesauris regis. In tempore illo con-
fregit ezechias valuas tēpli dñi et la-
minas auri ñs ipe affixerat: et dedit eas
regi assiriorū. Misit aūt rex assiriorū
thartan et rapsaris et rapsacen de la-
chis ad regē ezechiā cū manu valida
ihrlm. Qui cum ascendissent venerūt
iheruſalem et stetерūt iuxta aqueductū
piscine superioris que est in via agri
fullonis: vocaueruntq; regē. Egressus
est autem ad eos eliachim fili⁹ elchie
ꝓpositus dom⁹ et sobna scriba et ioahe
fili⁹ asaph a commentarijs: dixitq; ad
eos rapsaces. Loquimini ezechie. Hec
dicit rex magnus: rex assiriox. Que ē
ista fiducia qua niteris? Forsitan inu-
sti consilium: ut ꝓpares te ad prelium.
In quo confidis: ut audeas rebellare?
An speras in baculo arundineo atq;
cōfracto egipto? Sup quē incubuerit
hom⁹: cōminut⁹ ingredietur manum
eius: et pforabit eam. Sic est pharao
rex egipti omnibus qui confidunt i se.
Quod si dixeritis michi i dño deo no-
stro habem⁹ fiduciā: nōne iste ē cuius
abstulit ezechias excelsa et altaria et
precepit iude et iheruſalem ante altare
hoc adorabitis in iheruſalē? Nūc igit
transite ad dñm meū regem assiriox:
et dabo vobis duo milia equorum: et
videte an habere valeatis ascensores
eorū. Et quomō poteritis resistere ante
unum satrapam de seruis dñi mei mi-
nimis? An fiduciam habes in egipto
propt̄ currus et equites? Sta nūquid sine
dñi voluntate ascendi ad locū istum:
ut demolirer eū? Dominus dixit mi-
chi. Ascende ad terram hanc: et demoli-
re eam. Dixerunt aūt eliachim filius
elchie et sobna scriba et ioahe rapsaci.
Precamur ut loquaris nobis seruis

tuis syriace·siquidem intelligim⁹ hanc
linguā:et non loquaris nobis iudaï-
ce audiente ppło:qui est super murum.
Rūdītq; eis rapsaces dicēs. Numquid
ad dūm tuū ꝛ ad te mīsit me dominus
meus ut loquerer sermones hos·et nō
potius ad viros qui sedent sup murū
ut comedant stercora sua:ꝛ bibant u-
rinam suā vobiscū? Stetit itaq; ra-
psaces:et exclamauit voce magna iu-
daice ꝛ ait. Audite verba regis magni:
regis assiriorū. Hec dicit rex. Nō vos
seducat ezechias. Nō enī poterit eruere
vos de manu mea·neq; fiduciā vobis
tribuat sup dominū dicens. Eruens
liberabit nos dominꝰ:et nō tradetur
ciuitas hec in manu regis assiriorum.
Nolite audire ezechiam. Hec enī dicit
rex assiriox. Facite mecum qđ vobis
est vtile:et egredimini ad me. Et com-
edet unusquisq; de vinea sua·et de ficu
sua et bibetis aquas de cisternis vris:
donec veniā et transferam vos in trā
que similis est terre vestre · in terrā fru-
diferam et fertilem vini·terram panis
et vineaꝝ · terram oliuarum et olei ac
mellis:ꝛ viuetis ꝛ nō morieminī. Nō-
lite audire ezechiam qui vos decipit
dicens:dns liberabit nos. Numquid
liberauerunt dii gentium terram suā
de manu regis assiriox? Vbi est deus
emath et arphat? Vbi ē deꝰ sapharua-
im ana ꝛ aua? Numquid liberauerūt
samariam de manu mea? Qui nam
illi sunt in uniuersis diis terrarū qui
eruerunt regionē suam de manu mea:
ut possit eruere dns ihrusalē de manu
mea? Tacuit itaq; ppłs: et non rūdit
ei quicq;. Siquidem preceptum regis
acceptāt:ut nō respōderent ei. Veniteq;
eliachim filiꝰ helchie ꝓpositus domus
et sobna scriba et ioahe filius asaph a
commentariis ad ezechiā scissis vestibs:
ꝛ nūciauerūt ei verba rapsacis. Cxix

Que cum audisset ezechias rex sci-
dit vestimenta sua·et opertus ē
sacco: ingressusq; est domū dñi:et mi-
sit eliachim ꝓpositum domꝰ ꝛ sobnā
scribam·et senes de sacerdotibs optos
saccis ad ysaiam pphetā filiū amos.
Qui dixerūt. Hec dicit ezechias. Dies
tribulationis et increpationis ꝛ blas-
phemie dies iste. Venerunt filij usq;
ad partū:et vires nō habet parturiēs.
Si forte audiat dns deꝰ tuus uniūsa
verba rapsacis quē mīsit rex assiriox
dominus suus ut exprobraret deum
viuentem ꝛ argueret verbis q̄ audiuit
dns deus tuus:et fac orationem pro
reliquijs que reperte sunt. Venerunt er-
go serui regis ezechie ad ysaiā. Dixit
q; eis ysaias. Hec dicetis dño vestro.
Hec dicit dns. Noli timere a facie ser-
monū quos audisti: quibs blasphe-
mauerunt pueri regis assiriorum me.
Ecce ego immittam ei spiritū et audi-
et nunciū·et reuertetur in terram suā:
et dejciam eū gladio i terra sua. Reuer-
sus est ergo rapsaces:ꝛ inuenit regem
assiriorum expugnantem lobnā. Au-
dierat enī q̄ recessisset de lachis. Cūq;
audisset de tharacha rege ethiopie di-
cētes · ecce egressus ē ut pugnet aduer-
sum te et iret contra eum:misit nūcios
ad ezechiam dicēs. Hec dicite ezechie
regi iuda. Non te seducat deus tuus
in quo habes fiduciā:neq; dicas·nō
tradetur ihrusalem in manus regis
bernaculi federis·⁊ ritū sanctuarij·⁊ obser-
uationē filioꝝ aarō fratrum suoꝝ: ut
ministrent in domo domini. C· xxiiii·

Porro filijs aaron hec partitio-
nes erant. ſFilij aaron nadab et
abiu ⁊ eleazar ⁊ ythamar. ſMortui sūt
aūt nadab ⁊ abiu ante patrem suum
absq; liberis: sacerdotioq; functus est
eleazar ⁊ ythamar. Et diuisit eos da-
uid·id est sadoch de filijs eleazari ⁊ a-
himelech de filijs ythamar secundum

uices suas et ministeriū: inuentiq; sūt
mlto plures filij eleazar ī principibꝫ
uiris quā filij ythamar. Diuisit autē
eis hoc est filijs eleazar principes sece-
rūt: ꝫ filijs ythamar p familias et do-
mos suaſ octo. Porro diuisit utraſq;
iuter se et familias sortibꝫ. Erāt enim
principes sanctuarij ꝫ principes domꝰ
dei: tam de filijs eleazar q̄ de filijs y-
thamar. Descripsitq; eos semeias filꝰ
nathanael scriba leuites coram rege ꝫ
principibus et sadoch sacerdote ꝫ ahi-
melech filio abiathar: principibus q̄q;
familiarū sacerdotaliū ꝫ leuiticarum
unam domū q̄ ceteris preerat eleazar·
et alteram domū que sub se habebat ce-
teros ythamar. Exiuit aūt sors p̄ma
ioiarib· scđa iedeie· tcia harim· q̄rta se-
orim· quīta melchia· sexta maīman·
septima accos· octana abia· nona
iesu· decima sechenia undecima eliasib·
duodecima iacim· tredecīma hoppha·
decimaquarta ilbaal· decimaquīnta
belga· decimasexta emmer· decimasepti-
ma ezir· decimaoctaua aphses· deci-
manona aphecēa· vicesima ezechiel:
vicesimap̄ma iachin· vicesimasecūda
gamul· vicesimatercia dalaiau vicesi-
maquarta maazziau. Hee uices eorū
scđm ministeria sua ut ingrediantur
domum dei· et iuxta ritū suum sub ma-
nu aaron patris eoꝝ: sicut p̄ceperat do-
minus deus israhel. Porro filiorū le-
ui qui reliqui fuerant de filijs amram·
erat subahel: ꝫ de filijs subahel iedeia.
De filijs quoq; roobie princeps iesias.
Ysaaris uero filius salemoth: filiusq;
salemoth filiusq; eius ieciau primus·
amarias secundus· iazihel tercꝰ iech-
moan quartus. Filius oziel micha·
filꝰ micha samyr· frater micha iesia:
filiusq; iesie zacharias. Filij merari
mooli· ꝫ musi· filius ostan· benon: fi-
lius quoq; merari oziau: et soem et
zachur ꝫ hebri. Porro mooli filius
eleazar: qui non habebat liberos. Filꝰ
uero eis ieramihel. Filij musi mooli· e-
der et ieremoth. Isti filij leui secundū
domos familiaꝝ suaꝝ. Miseruntq; et
ipi sortes cōtra fratres suos· filios aa-
ron corā dauid rege· ꝫ sadoch ꝫ ahime-
lech et principibꝫ familiaꝝ sacerdotaliū
et leuiticaꝝ: tā maiores q̄ mīores o-
mnes sors equaliter diuidebat. C xxv·

Igitur dauid et magistratus exercitus
segregauerunt in ministerium filios
asaph· et heman· et ydithun: q̄ pphe-
rent in citharis· ꝫ psalteriis ꝫ cimbalis·
secundū numerū suū· dedicato sibi offi-
cio seruientes. De filijs asaph zachur
et ioseph et nathania et asarela: filij
asaph sub manu asaph prophetātes
iuxta regem. Porro ydithun· godoli-
as sori iesaias ꝫ sabias ꝫ mathatias·
sex sub manu patris sui ydithun: qui
in cithara prophetabat super cōfitentes
et laudantes dominū. Heman quoq;
filij heman boccias mathanu ozihel
subuhel ꝫ ieremoth ananias· anani-
eliatha· geldelthi· et romechiezer· et
iesbaccasa· mellothi· othir· mozioth.
Omnes isti filij heman uidentes regis
in sermonibus dei ut exaltaret cornu.
Dedit q; deus heman filios quatuorde-
cim et filias tres. Uniuersi sub manu
patris sui ad cantandum ī templo do-
mini distributi erāt in cimbalis ꝫ psal-
teriis ꝫ citharis· in ministeria domus
domini iuxta regem: asaph uidelicet
et ydithun et heman. Fuit aūt nume-
rus eorum cū fratribꝫ suis qui erudie-
bant canticum domini cūcti doctores
ducenti octogintaocto. Miserūtq; sor-
tes p uices suas· ex equo tam maior

q̄ minor. doct⁹ pariter ⁊ indoct⁹. Egressaq; est sors prima ioseph qui erat de asaph: secunda godolie. ipi et filijs ei⁹ et fratribz ei⁹ duodecim: tercia zachur filijs et fratribz ei⁹ duodecim: quarta yzari. filijs et fratribz eius duodecim: quinta nathanie filijs eius et fratribz eius duodecim: sexta bocciau filijs et fratribus eius duodecim: septima isrehela filijs ⁊ fratribz eius duodecim: octaua ysaie filijs et fratribus ei⁹ duodecim: nona mathanie filijs ⁊ fratribz eius duodecim: decima semeie filijs ⁊ fratribus eius duodecim: undecima ezrahel filijs ⁊ fratribus ei⁹ duodecim: duodecima asabie filijs et fratribus ei⁹ duodecim: tciadecima subahel filijs et fratribz eius duodecim: quartadecima mathanie filijs ⁊ fratribus ei⁹ duodecim: quintadecima ierimoth filijs et fratribus eius duodecim: sextadecima ananie filijs et fratribus eius duodecim: septimadecima iesbocase filijs ⁊ fratribus eius duodecim: octauadecima anani filijs et fratribus ei⁹ duodecim: nonadecima mellothi filijs et fratribus ei⁹ duodecim: vicesima eliatha filijs ⁊ fratribus ei⁹ duodecim: vicesimaprima othir filijs ⁊ fratribus eius duodecim: vicesimasecda godollathi filijs et fratribz eius duodecim: vicesimatcia azmd filijs ⁊ fratribz ei⁹ duodeci: vicesimaq̄rta romanithiezer filijs ⁊ fratribz ei⁹ duodecim. C xxvi

Diuisiones aut̄ ianitorꝝ de chorit̄s mesellemia filius chore: de filijs asaph filij mesellemie. zacharias primogenitus iadihel secūs. zabadias tercius. iathanael quart⁹. abilam quintus. iohannan sextus. helioenai septimus. Filij autem obededom. semeias primogenit⁹. iozabad secūdus. iohza tercius. sachar quartus. nathanahel quintus. amihel sextus. ysachar septimus. phollathi octauus. quia benedixit illi dom̄in⁹. Semeie aut̄ filio eius nati sunt filij prefecti familiarū suarꝝ: erant enim viri fortissimi. Filij ergo semeie othni ⁊ raphael. ⁊ obediel zabad et fratres eius viri fortissimi: heliu q̄z et samachias. Omnes hij de filijs obededom ipi et filij et fratres eorꝝ fortissimi ad ministrandū sexagintaduo de obededom. Porro mesellamie filij et fratres eorum robustissimi decem et octo. De hosa aut̄ id est de filijs merari semri princeps. Nō enī habuerat primogenitum: et idcirco posuerat eū pater eius i principem. Helchias secūs. tabelias tercius. zacharias quartus. Omnes hij filij et fratres hosa tredecim. Hij diuisi sunt in ianitores: ut semper principes custodiarum sicut ⁊ fratres eorum ministrarent in domo domini. Misse sunt ergo sortes ex equo. et paruis et magnis per familias suas in unamquāq; portarum. Cecidit ergo sors orientalis selemie. Porro zacharie filio eius viro prudentissimo ⁊ erudito. sortito obtigit plaga septentrionalis. Obededom vero ⁊ filijs eius ad austrum in qua parte domus erat seniorum concilium: sephphima et hosa ad occidentem iuxta portam que dicit ad viā ascensionis. custodia cōtra custodiam. Ad orientem uero leuite sex et ad aquilonem quatuor p̄ diem. atq; ad meridiem similiter in die quatuor. ⁊ ubi erat concilium bini et bini. In cellulis quoq; ianitorum. ad occidentem quatuor in via: binīq; p̄ cellulas. Hee sunt diuisiones ianitorum filiorū chore ⁊ merari. Porro achias erat super thesauros domus domini.

et vasa sanctorū. Filij quoq; dan filij gersonni. De ledan princeps familiarū· ledan et gersonni iehieli: filij iehieli zathan et iohel fratres eius super thesauros domus domini amraminis et ysaaritis et hebronitis et hozihelitibus. Subahel autem filius gersom· filij moysi ꝓpositus thesauris: frater quoq; eius eliezer cuius filius raabia· et huius filij ysaias· et huius filij ioram· hunus quoq; filius zechri· et huius filius selemith. Ipse selemith et fratres eius super thesauros sanctorum· q̄ sanctificauit dauid rex et principes familiarum et tribuni ⁊ centuriones· ⁊ duces exercitus· de bellis et manubijs preliorum· que consecrauerāt ad instaurationem· et suppellectilem templi dñi. Hec aūt vniuersa sanctificauit samuhel vidēs ⁊ saul filius cis· ⁊ abner filius ner· ⁊ ioab filius sarue: omnisq; sanctificauerant ea per manū salemith et fratrē eius. Baraitis vero ꝓerat conemias ⁊ filij eius ad opera forinsecus sup israhel· ad docendum ⁊ iudicandum eos. Porro de hebronitis asabias et fratres eius viri fortissimi mille septingenti ꝓerant israheli· trans iordanen contra occidentē in cunctis operibus dñi· et in ministerium regis. Hebronitarū aūt princeps fuit hieria: secundū familias et cognationes eorū. Quadragesimo anno regni dauid recensiti sūt ⁊ inuenti sunt viri fortissimi in gazer galaad: fratresq; eius robustioris etatis duo milia septingenti principes familiarum. Preposuit autem eos dauid rex rubenitis ⁊ gaditis· ⁊ dimidie tribui manasse: in omne ministerium dei ⁊ regis.

Filij aūt israhel secūm numerū suū principes familiarum· tribuni et centuriones· et ꝓfecti qui ministrabant regi iuxta turmas suas· ingredientes et egredientes p singulos menses in āno: vigintiquatuor milibus singuli ꝓerant. Prime turme in primo mense ishoam preerat filius zabdihel: et sub eo vigintiquatuor milia. De filijs phares: princeps cunctorum principū in exercitu mense primo. Secundi mensis habebat turmam dudiaohites et post se alter nomine macelloth: qui regebat partem exercitus vigintiquatuor miliū. Dux quoq; turme tercie in mense tercio erat banaias filius ioiade sacerdos: et in divisione sua vigintiquatuor milia. Ipse est banaias fortissimus inter triginta: et super triginta. Preerat autem turme ipius amizadab filius eius. Quartus mense quarto asahel frater ioab· et zabadias filius eius post eum: et in turma eius vigintiquatuor milia. Quintus mense quinto princeps samaoth iezerites: ⁊ in turma eius vigintiquatuor milia. Sextus mense sexto hira filius acces thecuites: ⁊ in turma eius vigintiquatuor milia. Septimus mense septimo helles phallonites de filijs ephraim: et in turma eius vigintiquatuor milia. Octauus mense octauo sobothai usathites de stirpe zarai: et in turma eius vigintiquatuor milia. Nonus mense nono abiezer anathothites de filijs iemini: ⁊ in turma eius vigintiquatuor milia. Decimus mense decimo marai ⁊ ipe nethophatites de stirpe zarai: et in turma eius vigintiquatuor milia. Undecimus mense undecimo banaias pharathonites de filijs ephraim: et in turma eius vigintiquatuor milia. Duodecimus mense duodecimo holdai nethophatites de stirpe gothoniel: ⁊ in turma eius vigintiquatuor

C·xxvii·

milia. Porro tribubz preerant in isrl·
rubenitis·dux eliezer filiꝰ zechri: symeo-
nitis: dux saphacias filius macha:
leuitis·asabias filius chamuel: aaro-
nitis·sadoch: iuda·heliu frater dauid:
yssachar·amri filius michael: zabulo-
nitis·ismaias filius abdie: neptalitī-
bus·ierimoth filius oziel: filijs ephra-
im osee filius ozaziu·dimidie tribuī
manasse·iohel filius phadaie: ⁊ dimi-
die tribuī manasse in galaad·iaddo
filius zacharie: beniamin autē iasihel
filius abner: dan uero ezriel filius ieroa-
am. Hij principes filiorꝫ israhel. Nolu-
it autem dauid numerare eos a vigin-
ti annis infecius: quia dixerat dñs ut
multiplicaret israhel quasi stellas celi.
Joab filius saruie ceperat numerare
nec opleuit qa super hoc ira dei irruerat
in israhel: et idcirco numerus eorū qui
fuerāt recensiti non est relatꝰ in fastos
regis dauid. Super thesauros aūt re-
gis fuit azmoth filiꝰ adihel: hijs aūt
thesauris qui erāt in urbibz et in uicis
et in turribz presidebat ionathan filiꝰ
ozie. Operi autem rustico et agricolis
qui excrcebāt terram preerat ezri filiꝰ
chelub: uinearumqz cultoribz semeias
romathites: cellis autē uinarijs zab-
dias aphonites. Nam super oliueta
et sicera que erant in campestribz bala-
nan gederites: super apothecas autē
olei ioas. Porro armentis que pasce-
bantur ī saronā ꝓpositus fuit sectai sa-
ronites: ⁊ super boues in vallibus sa-
phat filiꝰ adli·sup camelos uero obil
hismahelites: ⁊ sup asinos·iadias me-
ronatites: sup oues quoqz iaziz aga-
renus. Omnes hij principes substantie
regis dauid. Jonathan autem patruꝰ
dauid consiliarius vir prudens ⁊ litte-
ratus: ipe et iahihel filius achamoni
erāt cū filijs regis. Achitophel etiā ami-
liariꝰ regis: et chusi arachites amicꝰ
regis. Post achitophel fuit ioiada fili-
us banaie ⁊ abiathar. Princeps aūt ex-
ercitus regis erat ioab. C xxvm·

Conuocauit igitur dauid omnes
principes israhel·duces tribuū ⁊
ꝓpositos turmarū·qui ministrabant
regi: tribunos quoqz et centuriones et
qui preerant substantie ⁊ possessioni-
bus regis: filiosqz suos cū eunuchis ⁊
potentes et robustissimos quosqz i ex-
ercitu ierusalem. Cunqz surrexisset rex
et stetisset ait. Audite me fratres mei:
et populus meꝰ. Cogitaui ut edifica-
rem domum in qua requiesceret archa
federis dñi ⁊ scabellum pedum dñi dei
nostri: ⁊ ad edificandum omnia ꝓpa-
raui. Deus autem dixit michi. Non e-
dificabis domū nomini meo·eo qꝺ sis
uir bellator et sanguinē fuderis: sed et
elegit dñs deus israhel me de uniuersa
domo prīs mei: ut esse rex sup isrl in
sempiternū. De iuda enī elegit princips.
Porro de domo iuda domū prīs mei: et
de filijs prīs mei placuit ei ut me eligc-
ret regem sup cunctū israhel: sed et de fi-
lijs meis·filios enī michi multos dedit
dominꝰ: elegit salomonē filiū meum
ut sederet in throno regni dñi sup isra-
hel: dixitqz michi. Salomon filiꝰ tuus
edificabit domū meam et atria mea.
Ipm enim elegi michi in filiū· et ego
ero ei in patrem: et firmabo regnū eiꝰ
usqz in eternū: si perseuerauerit facere
precepta mea ⁊ iudicia sicut et hodie.
Nunc ergo corā uniuerso cetu israhel
audiente deo nostro custodite ⁊ ꝙquī-
rite cuncta mandata domini dei nri
ut possideatis terrā bonā: ⁊ relinquatis
eam filijs nostris post vos usqz i sem-
piternum. Tu autem salomon fili mi

ſcito deum patris tui: et ſerui ei corde
perfecto ⁊ animo voluntario. Omnia
enim corda ſcrutatur dñs: ⁊ uniuerſas
mentium cogitationes intelligit. Si
quæſieris eū inuenies: ſi aūt dereliqueris eū proiiciet te in eternū. Nunc ergo
quia elegit te dñs ut edificares domū
ſanctuarij: confortare et perfice. Dedit
aūt dauid ſalomoni filio ſuo deſcriptionem porticus ⁊ templi et cellarioꝝ
et cenaculi et cubiculoꝝ in aditis et domus ꝓpiciationis. necnō et omnium
que cogitauerat actioꝝ ⁊ exedrarū per
circuitum in theſauros domus dñi et
in theſauros ſanctorū: diuiſionumq;
ſacerdotaliū et leuiticarū in oīa opera
domus dñi et in uniuerſa uaſa miniſterij templi domini: auri in pondere
per ſingula uaſa miniſterij: argenti q;
pondus pro uaſorum ⁊ operū diuerſitate: ſed et in candelabra aurea et ad
lucernas. auri pro menſura uniuſcuiuſq; candelabri et lucernaꝝ: ſimiliter
et in candelabra argentea et ī lucerna
eorum pro diuerſitate menſure · pondus argenti tradidit. Auri quoq; dedit in menſas ꝓpoſitionis ꝑ diuerſitate menſarū: ſimiliter et argenti in
alias menſas argenteas. Ad fuſcinulas quoq; ⁊ fialas ⁊ thuribula ex auro puriſſimo. et leūculos aureos pro
qualitate menſure pondus diſtribuit.
in leunculum ⁊ leunclin: ſimiliter et in
leones argenteos diuerſum argenti
pondus ſeparauit. Altari aūt in quo
adoletur incenſum. auri puriſſimū dedit: ⁊ ut ex ipo fieret ſimilitudo quadrige cherubin extendentiū alas ⁊ velantium archā fœderis dñi. Omnia inquit
uenerunt ſcripta manu dñi ad me: ut
intelligerem uniuerſa opera exemplaris. Dixit q; dauid ſalomoni filio ſuo.
Viriliter age ⁊ confortare et fac: ne timeas et ne paueas. Dñs enim deꝰ meus tecum erit: ⁊ nō dimittet te nec derelinquet: donec ꝑficias oīe opus miniſterij domus dñi. Ecce diuiſiones
ſacerdotum et leuitarū in omne miniſterium domus domini aſſiſtūt tibi et
parati ſūt: et nouerūt tā principes q;
populus omnia ꝓcepta tua. C. xxix.
Locutuſq; eſt dauid rex ad omnē
eccleſiam. Salomonē filiū meū
unum elegit dñs adhuc puerū ⁊ tenellum. Opus enim grande ē: neq; enim
hōmini ꝓparat habitatio. ſed deo. Ego
enī totis uiribz meis ꝓparaui impenſas dom⁹ dñi dei mei: auz ad uaſa aurea et argentū ī argentea. es ī enea. ferrum in ferrea. ligna ad lignea. lapides
onichinos ⁊ quaſi ſtibinos ⁊ diuſoꝝ
colorum omneq; ꝓciſum lapidem
et marmor parium habundantiſſime:
⁊ ſuper hec q; obtuli in domum dei mei.
de peculio meo aurum et argentum
do in templum dei mei: exceptis hiis q;
ꝓparaui ī edem ſanctam tria milia talenta auri de auro ophir: ⁊ ſeptē milia talentorū argenti ꝓbatiſſimi ad deaurandas parietes templi: ⁊ ubicūq;
opus eſt aurū de auro et ubicunq; opus eſt argentum de argento. Opera
fiant ꝑ manus artificū: ⁊ ſi quis ſponte offert impleat manū ſuam hodie: ⁊
offerat quod uoluerit dño. Pollicite
ſunt itaq; principes familiarū ⁊ proceres tribuum iſrahel. tribuni q; et centuriones ⁊ principes principū poſſeſſionum regis: dederūtq; ī opa domus
dñi auri talenta quinq; milia et ſolidos decem milia argenti talenta decem milia ⁊ eris talenta decem ⁊ octo
milia: ferri q; centum milia talentoꝝ:
et apud quecunq; inuenti ſūt lapides

dederunt in thesauros domus domini
per manū iehyel gersonitis. Letatusq;
est populus cū vota sponte promitte-
rent: quia corde toto offerebant ea do-
mino. Sed et dauid rex letatus ē gau-
dio magno: et benedixit domino co-
ram universa multitudine et ait. Be-
nedictus es domine deus israhel patris
nostri: ab eterno in eternum. Tua est
domine magnificentia et potentia et
gloria atq; victoria: et tibi laus. Cun-
cta enim que in celo sunt et ī terra tua
sunt. Tuum domine regnum: et tu es
super omnes principes. Tue diuitie: et
tua est gloria: tu dominaris omniū.
In manu tua virtus et potentia: ī ma-
nu tua magnitudo ⁊ imperium omni-
um. Nunc igitur deus noster confite-
mur tibi: et laudamus nomen tuum
inclitum. Quis ego et quis populus
meus: ut possimus hec tibi universa
promittere? Tua sunt omnia: et que
de manu tua accepimus dedimus ti-
bi. Peregrini enim sumus coram te ⁊
aduene: sicut omnes patres nostri. Di-
es nostri quasi umbra super terram: ⁊
nulla est mora. Domine deus noster
omnis hec copia quā parauimus ut e-
dificaretur domus nomini sancto tuo
de manu tua est: et tua sunt omnia.
Scio deus meus quod probes corda
et simplicitatem diligas: unde et ego
in simplicitate cordis mei letus obtu-
li universa hec: ⁊ populum tuum q̄ hic
repertus est vidi cum ingenti gaudio
tibi offerre donaria. Dñe deus abrahā
et ysaac et israhel patrū nrorum custo-
di in eternum hanc voluntatē cordis
eor: ⁊ semp ī venerationē tui mens ista
permaneat. Salomon q; filio meo da
cor perfectum · ut custodiat mādata tua
et testimonia tua et cerimonias tuas
et faciat universa: et edificet edem cuius
impensas parauī. Precepit aūt dauid
universe ecclesie. Benedicite dño deo nro.
Et benedixit omnis ecclesia dño deo pa-
trum suorū: ⁊ inclinauerūt se ⁊ adora-
uerunt deū: ⁊ deinde regem. Immolaue-
runtq; victimas dño: ⁊ obtulerunt o-
locausta die sequēti thauros mille a-
rietes mille agnos mille cū libaminī-
bz suis · ⁊ universo ritu abūdantissime
in omnē israhel. Et comederūt et bibe-
runt coram domino in die illo cum
grandi letitia: et unxerunt secūdo salo-
monem filium dauid. Unxerūt autem
eum domino in principē: ⁊ sadoch in
pontificem. Sedinq; salomon super so-
lium domini in regem pro dauid pa-
tre suo et cunctis placuit: ⁊ paruit illi
omnis israhel. Sed ⁊ universi princi-
pes ⁊ potentes ⁊ cūcti filij regis dauid
dederunt manum: ⁊ subiecti fuerūt sa-
lomoni regi. Magnificauit ergo do-
minus salomonem super omnē israhel: ⁊ dedit illi gloriam regni qualem
nullus habuit ante eum rex israhel.
Igitur dauid filius ysai regnauit sup
universum israhel: ⁊ dies quibus re-
gnauit super israhel fuerunt quadra-
ginta anni. In hebron regnauit septē
annis ⁊ in hierusalem annis triginta-
tribus: et mortuus est in senectute bo-
na plenus dierū · ⁊ diuitijs ⁊ gloria:
et regnauit salomon filius eius pro
eo. Gesta autem regis priora ⁊ nouis-
sima scripta sunt in libro samuhel vi-
dentis et ī libro nathan prophete atq;
in volumine gad vidētis: universiq;
regni eius et fortitudinis et temporū
que transierūt sub eo siue in isrl · siue
in cūctis regnis terrarū. Explicit pri⁹
paralipmon. Incipit parali
paminon secundus ꝯ.

Confortatus ē ergo salomon filius dauid in regno suo:et dominus erat cū eo: et magnificauit eū in excelsū. Precepit q; salomon uniuerso israhelī-tribunis et centurionibz et ducibus et iudicibz omnis israhel ⁊ principibz familiaꝝ: et abiit cū uniuersa multitudine in excelsum gabaon-ubi erat tabernaculū federis dñi: quod fecit moyses famulus dei in solitudine. Archam aut̄ dei addūxerat dauid de cariathiarim in locum qū̄ ꝑparauerat ei-⁊ ubi fixerat illi tabernaculū:hoc est in iherusalem. Altare quoq; eneum qđ fabricatus fuerat beselehel filiꝰ uri filij ur ibi erat corā tabernaculo dñi:qđ et requisiuit salomon ⁊ oēs ecclesia. Ascenditq; salomon ad altare eneum corā tabernaculo federis dñi:⁊ obtulit in eo mille hostias. Ecce aut̄ in ipsa nocte apparuit ei deus dicēs. Postula quod uis: ut dem tibi. Dixitq; salomon deo. Tu fecisti cū dauid patri meo misericordiā magnam: et constituisti me regē pro eo. Nūc ergo dñe deus:impleat̄ sermo tuus quē pollicitus es dauid patri meo. Tu enim me fecisti regem sup populū tuum multū:qui tam innumerabilis est quā puluis terre. Da mihi sapientiam ⁊ intelligentiam:ut ingrediar ⁊ egrediar corā pplo tuo. Quis enim potest hūc pplm tuū digne q̄ tā grādis ē iudicare? Dixit aut̄ deꝰ ad salomonē. Quia hoc magis placuit cordi tuo· et nō postulasti diuitias ⁊ substantiā et gloriā·neq; animas eoꝝ q̄ te oderāt· sed nec dies uite plurimos: petisti autem sapientiam ⁊ scientiā·ut iudicare possis pplm meum·supra quē constituī te regem:sapientia ⁊ scientia data sunt tibi. Diuitias aūt ⁊ substantiā ⁊ gloriam dabo tibi:ita ut nullus ī regibz nec ante te nec post te fuerit similis tui. Venit ergo salomon ab excelso gabaon in iherusalem corā tabernaculo federis:⁊ regnauit sup israhel. Congregauitq; sibi currus et equites:et facti sunt ei mille quadringenti currus et duodecim milia equitū:⁊ fecit eos esse in urbibus quadrigaꝝ ⁊ cum rege in iherusalem. Ꝓbuitq; rex argentum ⁊ aurum in iherusalē quasi lapides:⁊ cedros quasi sicomoros que nascūtur in campestribus multitudine magna. Adducebant̄ aūt ei equi de egipto de choa a negociatoribz regis:qui ibant et emebant precio quadrigam equorum sexcentis argenteis et equum centum quinquaginta. Similiter de uniuersis regnis reththeorum et a regibus syrie emptio celebrabatur.

Decreuit autem salomon edificare domum nomini domini:⁊ palatium sibi. Et numerauit septuaginta milia uirorum portantium humeris:⁊ octogīta milia qui cederent lapides in montibz:ꝓpositosq; eorum tria milia sexcētos. Misit quoq; ad hiram regem tyri dicens. Sicut egisti cum dauid patre meo·⁊ misisti ei ligna cedrina ut edificaret sibi domum in qua ⁊ habitauit: sic fac mecum ut edificem domum nomini domini dei mei ⁊ consecrē eā:ad adolendū incensū corā illo et fumigāda aromata·et ad propositionem panum sempiternam·⁊ ad holocaustomata mane ⁊ uespere·sabbatis quoq; et neomenijs·⁊ solennitatibz domini dei nostri in sempiternum que mādata sunt israhelī. Domꝰ enī quā edificare cupio magna ē. Magnus

est enim deus noster: sup omnes deos.
Quis ergo poterit ꝑualere ut edificet ei
dignam domū? Si celum et celi celoꝝ
capere eū nequeūt: quantus ego sum
ut possim edificare ei domū? Sed ad
hoc tantum: ut adoleatur incensum co-
ram illo. Mitte igitur michi virū eru-
ditum qui nouerit operari in auro et
argento ere & ferro purpura coccino et
iacincto: & qui sciat sculpere celaturas:
cum hijs artificibꝫ quos mecū habeo
in iudea & in ierusalem quos ꝓparā-
uit dauid pater meus. Sed & ligna ce-
drina mitte michi et arthentina et pi-
nea de libano. Scio enī ꝙ tui tui nouē-
rint cedere ligna de libano. Et erūt tui
mei cum tuis tuis: ut parentur michi
ligna plurima. Domꝰ enī quā cupio
edificare magna est nimis et inclita.
Pretcrea operarijs ꝙ cesuri sunt ligna
seruis tuis dabo in cibaria tritici cho-
ros viginti milia: & ordei choros tot-
idem: olei quoqꝫ lata viginti milia. Di-
xit autem hiram rex tyri ꝑ litteras ꝙs
miserat salomoni. Quia dilexit dñs
populum suū: idcirco te regnare fecit
super eum. Et addidit dicens. Benedi-
ctus dominꝰ deus israhel qui fecit celū
et terram: qui dedit dauid regi filiū sa-
pientem et eruditum et sensatum atqꝫ
prudentem: ut edificaret domum dño
et palatiū sibi. Misi ergo tibi virum
prudentem et scientissimum · hiram
patrem meum filiū mulieris de filia-
bus dan cuius pater fuit tyrius: ꝙ no-
uerit operari in auro et argento · ere et
ferro et marmore et lignis: i purpura
quoqꝫ et iacincto & bissino et coccino:
& qui sciat celare omnem sculpturam
et adinuenire prudenter qcunqꝫ in o-
pere necessariū est: cū artificibus tuis
et cum artificibꝫ dñi mei dauid patris
tui. Triticū ergo & ordeū & oleū & vinū-
que pollicit⁹ es domine mi mitte seruis
tuis. Nos aūt cedemus ligna de liba-
no quot necessaria habueris: et appli-
rabimus ea ratibus ꝑ mare in ioppe:
tuum autem erit transferre ea in ierū-
salem. Numeranit igitur salomon o-
mnes viros proselitos qui erant i ter-
ra israhel post dinumerationem quā
dinumerauit pater eius: & inuēti sunt
centum quinquaginta milia et tria
milia septcēti. Fecitqꝫ ex eis septuagīta
milia qui humeris onera portarent: &
octoginta milia qui lapides de mon-
tibus cederent: tria autē milia & sexcen-
tos ꝓpositos operum populi. C m

Et cepit salomon edificare domū
domini in ierusalem i monte
moria qui demōstratus fuerat dauid
patri eius: in loco quē parauerat da-
uid in area ornan iebusei. Cepit aūt
edificare mense secundo: āno quarto
regni sui. Et hec sunt fundamenta que
iecit salomon ut edificaret domū dei.
longitudinis · cubitos i mensura pri-
ma sexaginta: latitudinis cubitos vi-
ginti. Porticum vero ante frontem ꝙ
tendebatur i longum · iuxta mensurā
latitudinis domus: cubitorum viginti.
Porro altitudo centum viginti cu-
bitorum erat. Et deauranit eā intrin-
secus auro mūdissimo. Domum qꝫ
maiorē texit tabulis ligneis abiegnis:
et laminas auri obrizi affixit ꝑ totū.
Sculpsitqꝫ in ea palmas: & quasi ca-
tenulas se inuicem cōplectentes. Stra-
uit quoqꝫ pauimentū templi preciō-
sissimo marmore: decore multo. Por-
ro aurum erat probatissimū · de cuius
laminis texit domum & trabes eius et
postes & parietes & ostia: & celauit che-
rubin in parietibus. Fecit qꝫ domum

sancti sanctorū: longitudinē iuxta latitudinē domus cubitorū viginti: & latitudinē similiter viginti cubitorū. Et laminis aureis texit eam quasi talentis sexcentis: sed et clauos fecit aureos: ita ut singuli claui siclos quinquagenos appenderent. Cenacula quoq; texit auro. Fecit etiam in domo sancti sanctorū cherubim duos opere statuario: & texit eos auro. Ale cherubim viginti cubitis extendebant̄: ita ut una ala haberet cubitos quinq; & tangeret parietem domus: & altera quinq; cubitos habens · alam tangeret alterius cherub. Similiter cherub alterius ala· quinq; habebat cubitos· & tangebat parietem: et ala eius altera quinq; cubitorum · alam cherub alterius cōtingebat. Igit̄ ale utriusq; cherub expanse erant: & extendebantur per cubitos viginti. Ipsi autem stabant erectis pedibus: & facies eorum erāt verse ad exteriorem domū . Fecit quoq; velum ex iacincto purpura coccino et bisso : et intexuit ei cherubim. Ante fores etiam templi duas columnas: que triginta et quinq; cubitos habebant altitudinis. Porro capita eox quinq; cubitorum: nectū & quasi catenulas i oraculo: et suposuit eas capitibz columnarum. Malagranata etiam centū: que catenulis interposuit . Ipsas q; columnas posuit in vestibulo templi: unā a dextris et alteram a sinistris . Eam que a dextris erat vocauit iachin : et que ad leuam vocauit booz. Cmi·

Fecit quoq; altare eneum viginti cubitorū longitudinis et viginti cubitox latitudinis & decem cubitox altitudinis. Mare etiā eneū fusile decē cubitis a labio usq; ad labiū : rotundum p circuitū. Quinq; cubitos habebat altitudinis: & funiculus triginta cubitorum ambigebat gyrum eius. Similitudo quoq; boum erat subter illud. Et decem cubitis quedā extrinsecus relature: quasi duobz versibus aluum maris circuibant . Boues aut̄ erant fusiles: & ipm mare sup duodecim boues impositum erat: quox tres respiciebant ad aquilonē· & alij tres ad occidentem. Porro tres alij meridiē· & tres qui reliqui erant orientem: habentes mare suppositum. Posteriora autem boum erāt intrinsecus sub mari. Porro vastitas eius habebat mensuram palmi: & labium illius erat quasi labium calicis uel repandi lilij: capiebat q; tria milia metretas. Fecit q; concas decem & posuit quinq; a dextris & quinq; a sinistris: ut lauarent in eis omnia que in holocaustum oblatum erāt. Porro in mari sacerdotes lauabantur· fecit autem et candelabra aurea decem secundum speciem quā iusserat fieri : et posuit ea in templo quinq; a dextris et quinq; a sinistris. Mec nō & mensas decem & posuit eas in templo quinq; a dextris & quinq; a sinistris. Fialas quoq; aureas centum . Fecit etiā atrium sacerdotum & basilicam grandem: & ostia in basilica que texit ere. Porro mare posuit in latere dextro contra orientem ad meridiem. Fecit aut̄ hiram lebetas et creagras et fialas· & complevit omne opus regis in domo dei. Hoc est columnas duas & epistilia· & capita· et quasi quedā retiacula· que capita tegerent sup epistilia. Malagranata q; quadraginta et retiacula duo· ita ut bini ordines malagranatorū singlis retiaculis iungerent̄: q; pregerēt epistilia· & capita columnarū. Bases etiam fecit· & concas· quas suposuit

balibz: mare unū·boues quoq; duodecim sub mari et lebetas et creagras et fialas. Omnia vasa fecit salomoni hiram pater eius in domo dñi·ex ere mundissimo. In regione iordanis fudit ea rex ī argillosa terra: inter sochot et saredata. Erat aūt multitudo vasorum innumerabilis: ita ut ignoraret pondus eris. Fecitq; salomon oīa vasa domus dei: et altare aureū et mensas·et sup eas panes ꝓpositōnis. Candelabra quoq; cū lucernis suis ut lucerent ante oraculū iuxta ritum ex auro purissimo · et florentia quedam et lucernas·et forcipes aureos. Oīa de auro mundissimo facta sunt. Thimiamateria quoq; et thuribula et fialas et mortariola·ex auro purissimo. Et ostia celauit templi interioris id ē in sancta sanctorū: et ostia tēpli forinsecꝰ aurea. Sicq; cōpletū ē oīe opus qđ fecit salomon ī domo domini. ℭ V·

Intulit igitur salomon oīa que voverat dauid pater suus·argentū et aurū: et universa vasa posuit in thesauris domus dñi. Post que congregauit maiores natu isrl et cunctos principes tribuū·et capita familiaꝝ de filijs isrl in ierusalem: ut adducerent archam federis dñi de ciuitate dauid que est in syon. Venerūtq; itaq; ad regē omnes uiri israhel: in die solenni mensis septimi. Cunq; venissent cuncti seniorū israhel·portauerūt leuite archam: et intulerunt eam·et omnē paraturā tabernaculi. Porro vasa sanctuarij q̄ erāt in tabernaculo portauerūt sacerdotes cū leuitis. Rex autem salomon et universus cetus israhel·et omnes qui fuerunt congregati: ante archam immolabant arietes et boues absq; ullo numero. Tāta enī erat multitudo victimaꝝ.

Et intulerūt sacerdotes archā federis domini in locū suū id est ad oraclm templi in sancta sanctorū subter alas cherubin: ita ut cherubin expanderent alas suas sup locū in quo posita erat archa: et ipam archam tegerent cū vectibus suis. Vectium aūt quibz portabatur archa·quia paululum longiores erant·capita parebāt ante oraclm. Si vero quis paululū fuisset extrinsecus: eos videre nō poterat. Fuit itaq; archa ibi usq; ī presentem diē. Nichilq; erat aliud in archa nisi due tabule·quas posuerat moyses in oreb: quādo legē dedit dñs filijs israhel egredientibz ex egipto. Egressis aūt sacerdotibus de sanctuario·oīes enī sacerdotes q̄ ibi potuerant inueniri sanctificati sunt: nec adhuc ī illo tempore vices et ministeriorū ordo inter eos diuisus erat. Tā leuite q̄z cantores·id est et q̄ sub asaph erant·et q̄ sub heman·et q̄ sub ydithun filij et fratres eorū vestiti bissinis·cimbalis·et psalteriis·et citharis·concrepabant stantes ad orientalem plagā altaris: et cū eis sacerdotes centūuiginti canentes tubis. Igit cūctis pariter et tubis et voce et cimbalis et organis·et diuersi generis musicoꝝ concinentibz· et vocem in sublime tollentibus·longe sonitus audiebat: ita ut cū dñm laudare cepissent et dicere·cōfitemini dño quoniā bonus quoniā in eternū misericordia eius·impleretur domꝰ dei nube: ne possent sacerdotes stare et ministrare ꝓpter caliginē. Compleverat enim gloria dñi domum dei. ℭ VI·

Tunc salomon ait. Dñs pollicitꝰ est·ut habitaret in caligine: ego autem edificaui domū nomini eius: ut habitaret ibi in ꝑpetuum. Et cōuertit rex faciem suā: et benedixit uniuerse

mltitudini israhel. Nam omnis turba
stabat intenta ⁊ ait. Benedictus dñs
deus israhel: qui qđ locutus est dauid
patri meo· opere cōpleuit dicens. A die
qua eduxi pplm meū de terra egipti· nō
elegi ciuitatem de cunctis tribubꝫ isra-
hel ut edificaretur in ea domus nomi-
ni meo: neqꝫ elegi quēquā alium virū
ut esset dux in populo meo israhel: sed
elegi iherusalem ut sit nomē meū ī ea:
et elegi dauid ut constituerē eum super
populū meum israhel. Cūqꝫ fuisset vo-
luntatis dauid patris mei ut edificaret
domum nomini dñi dei israhel: dixit
dñs ad eum. Quia hec fuit voluntas
tua ut edificares domū nomini meo:
bene quidē fecisti huiuscemodi habere
voluntatē: sed nō tu edificabis michi
domum. Uerumtamē filius tuus qui
egredietur de lumbis tuis: ipe edifica-
bit domū nomini meo. Compleuit er-
go dñs sermonē suū quē locutus fue-
rat: ⁊ ego surrexi pro dauid patre meo·
⁊ sedi sup thronū israhel sicut locutus
est dñs: ⁊ edificaui domū nomini dñi
dei israhel· ⁊ posui in ea archam ī qua
est pactum dñi quod pepigit cū filijs
israhel. Stetit ergo coram altare dñi
ex aduerso vniuerse mltitudinis isrl:
et extendit manus suas. Siquidē fece-
rat salomon basim eneam ⁊ posuerat
eam ī medio basilice: habentem: quīqꝫ
cubitos lōgitudinis et quinqꝫ latitu-
dinis· ⁊ tres cubitos altitudinis. Ste-
titqꝫ super eam: ⁊ deinceps flexis genibꝫ
contra vniuersam multitudinē isrl: ⁊
palmis in celum leuatis ait. Domine
deus israhel· non est similis tui deus in
celo et in terra· qui custodis pactum ⁊
misericordiā cum seruis tuis· qui am-
bulant coram te in toto corde suo: qui
prestitisti seruo tuo dauid patri meo
quecunqꝫ locutus fueras ei: ⁊ que ore
promiseras opere cōplesti· sicut ⁊ pñs
tempus probat. Nunc ergo dñe deus
israhel imple seruo tuo pri meo dauid
quecunqꝫ locutus es dicens. Non defi-
ciet ex te vir coram me q̄ sedeat super
thronum israhel: ita tamen si custodi-
erint filij tui vias meas· ⁊ ambulaue-
rint in lege mea: sicut ⁊ tu ambulasti
coram me. Et nunc domine deꝰ isra-
hel firmetur sermo tuus: quē locutus
es seruo tuo dauid. Ergo ne credibile
est· ut habitet deus cum hominibꝫ super
terram? Si celum ⁊ celi celoꝝ nō te ca-
piunt: quātomagis domus ista quā
edificaui? Sed ad hoc tantum facta ē·
ut respicias orationē serui tui· ⁊ obse-
crationem eius domine deus meus au-
dias: ⁊ preces quas fudit famulꝰ tuꝰ
coram te: ut aperias oculos tuos sup
domum istam diebꝫ ac noctibus· sup
locum in quo pollicitus es ut inuoca-
tur nomen tuum: ⁊ exaudires oratio-
nem quā seruus tuus orat in eo: ⁊ ex-
audias preces famuli tui ⁊ populi tui
israhel. Quicunqꝫ orauerit ī loco isto·
exaudi de habitaculo tuo id est de celis·
et ppiciare. Si peccauerit quispiā ī pro-
ximum suū ⁊ iurare cōtra eū paratus
venerit· seqꝫ maledicto constrinxerit co-
ram altari in domo ista: tu audies de
celo· ⁊ facies iudicium seruorū tuorū:
ita ut reddas iniquo viam suam ī ca-
put proprium: et vlciscaris iustum re-
tribuens ei scdm iusticiam suā. Si su-
peratus fuerit populus tuꝰ israhel ab
inimicis· peccabunt enī tibi· ⁊ conuer-
si egerint penitenciā· et obsecrauerint
nomen tuum· ⁊ fuerint deprecati in lo-
co isto: tu exaudies de celo ⁊ propicia-
re peccato populi tui israhel· et reduc
eos in terram quā dedisti eis ⁊ pribus

eorū. Si clauso celo pluuia non fluxerit ꝓpter peccata populi tui·⁊ deprecati te fuerint in loco isto·⁊ cōfessi nomini tuo·⁊ conuersi a peccatis suis cum eos afflixeris:exaudi de celo dñe·⁊ dimitte peccata seruis tuis·⁊ populi tui israhel: et doce eos viam bonam·ꝑ quā ingrediantur:⁊ da pluuiā terre quā dedisti populo tuo ad possidendū. Fames si orta fuerit in terra·⁊ pestilencia erugo ⁊ aurugo·et locusta ⁊ brucus·et hostes vastatis regionibz portas obsederint ciuitatis·oīūsq; plaga ⁊ infirmitas presserit:si quis de populo tuo israhel fuerit deprecatus · cognoscens plagā et infirmitatem suā·⁊ expanderit manus suas in domo hāc:tu exaudies de celo de sublimi scilicet habitaculo tuo· et ꝓpiciare:⁊ rede unicuiq; secundum vias suas quas nosti eū habere i corde suo. Tu enim solus nosti corda filiorū hominū:ut timeant te et ambulent in vijs tuis· cunctis diebus quibz viuūt super faciem terre quā dedisti patribus nostris. Exterū quoq; qui non est de populo tuo israhel·si venerit de tra longinqua propter nomen tuū magnū et propter manū tuā robustam·⁊ brachium tuū extentum·et adorauerit in loco isto : tu exaudies de celo firmissimo habitaculo tuo·⁊ faces cūcta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus: ut sciant omnes populi terre nomen tuum·⁊ timeant te sicut populꝰ tuus israhel:⁊ cognoscant quia nomē tuū inuocatum est sup domum hanc quā edificaui. Si egressus fuerit ppls tuus ad bellum cōtra aduersarios suos·ꝑ viam in qua miseris eos:adorabunt te contra viam in qua ciuitas hec est quā elegisti·et domꝰ quā edificaui nomini tuo:ut exaudias de celo pces eoꝝ et obsecrationem·⁊ ulciscaris. Si aūt peccauerint tibi·neq; enim est hō qui non peccet·⁊ iratus fueris eis·⁊ tradideris hostibus·⁊ captiuos duxerint eos in terram longinquā·uel certe q̄ iuxta est:⁊ cōuersi i corde suo i terra ad quā captiui ducti fuerāt egerint penitenciā· et deprecati te fuerint i terra captiuitatis sue dicentes·peccauimus·iniq; fecimus·iniuste egimus:⁊ reuersi fuerit ad te in toto corde suo·⁊ tota anima sua in tra captiuitatis sue·ad quam ducti sunt:adorabunt te contra viam terre sue quā dedisti patribus eorum· et urbis quā elegisti·⁊ domus quā edificaui nomini tuo:ut exaudias de celo hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum:⁊ facias iudicium·⁊ dimittas populo tuo quāuis peccatori . Tu es enim deus meus. Aperiantur queso oculi tui:⁊ aures tue intente sūt ad orationē que fit in loco isto. Nūc igitur consurge dñe deus in requiē tuā: tu et archa fortitudinis tue . Sacerdotes tui dñe·deꝰ induant salutē:et sancti tui letent in bonis . Dñe deus meꝰ ne auertas faciem xpisti tui. Memēto misericordiarū dauid serui tui. Cūq; oraſſet salomō fundēs pces·ignis descendit de celo:⁊ deuorauit holocausta et victimas·⁊ maiestas dñi impleuit domū: nec poterāt sacerdotes ingredi templū dñi eo qđ implesset maiestas dñi·templū dñi:sed ⁊ oēs filij israhel videbāt descendentē ignē·⁊ gl'am dñi sup domū: ⁊ corruētes ꝑ i terrā sup pauimentū stratū lapide·adorauerunt ⁊ laudauerunt dñm quoniam bonꝰ qui i sclm misericordia eiꝰ. Rex aūt ⁊ omnis ppls immolabant victimas coram domino.

Cm.

Cædauit igit rex salomon hostias·boum uigīti duo milia:

arietū centūuigīti milia. Et dedicauit domum dei rex ⁊ uniuersus pp̄s. Sacerdotes aūt stabant in officijs suis· et leuite in organis carminū dominique fecit dauid rex ad laudandū dn̄m· quū in seculū misericordia ei⁹: ymnos dauid canentes p manus suas. Porro sacerdotes canebāt tubis ante eos: cunctusq; isr̄l stabat. Sanctificauit q; salomon medium atriū ante templū dn̄i. Obtulerat enim ibi holocausta et adipes pacifi corum: quia altare eneū quod fecerat nō poterat sustinere holocausta ⁊ sacrificia ⁊ adipes. Fecit ergo salomon solemnitatē in tempore illo septem diebus ⁊ omnis isr̄l cū eo· ecclesia magna valde: ab introitu emath usq; ad torrentem egipti. Fecitq; die octauo collectam· eo quod dedicasset altare septem diebz· ⁊ solemnitatem celebrasset diebz septem. Igitur i die vicesimatica mensis septimi dimisit pp̄m ad tabernacula sua: letantes atq; gaudentes sup bono quod fecerat dom⁹ dauid et salomoni ⁊ israhel pp̄o suo. Compleuitq; salomon domum dn̄i· et domū regis· et omnia q̄ disposuerat in corde suo ut faceret i domo domini et in domo sua: ⁊ prosperatus ē. Apparuit autem ei dn̄s nocte: ⁊ ait. Audiui orationē tuam: et elegi locum istū mihi in domū sacrificij. Si clausero celū et pluuia non fluxerit· ⁊ mandauero ⁊ precepero locuste ut deuoret terram· et misero pestilentiam in populum meū: conuersus aūt pp̄s meus super quos inuocatum ē nomen meū· deprecatus me fuerit· ⁊ exquisierit faciem meam· ⁊ egerit penitentiā a uijs suis pessimis: et ego exaudiam de celo· ⁊ propitius ero peccatis eorū· ⁊ sanabo terram eorum. Oculi quoq; mei erunt aperti· ⁊ aures mee erecte: ad orationē eius qui i loco isto orauerit. Elegi enī et sanctificauī locum istum: ut sit nomen meū ibi in sempiternū· ⁊ permaneant oculi mei et cor meum ibi cunctis diebz. Tu quoq; si ambulaueris corā me sicut ambulauit dauid pater tuus· ⁊ feceris iuxta omnia que precepi tibi· ⁊ iustitias meas iudiciaq; seruaueris: suscitabo thronum regni tui· sicut pollicitus sum dauid patri tuo dicens. Non auferetur de stirpe tua vir· qui non sit princeps in israhel. Si autem auersi fueritis· et dereliqueritis iustitias meas et p̄cepta mea que proposui vobis: ⁊ abeuntes seruieritis dijs alienis· ⁊ adoraueritis eos: euellā vos de terra mea quā dedi vobis· et domum hanc quā edificaui nomini meo proiciam a facie mea: et tradam eam in parabolā ⁊ i exemplū cunctis pp̄is· ⁊ domus ista erit improuerbium uniuersis transeuntibz: ⁊ dicent stupentes. Quare fecit dominus sic terre huic et domui huic? Respondebuntq;. Quia dereliquerunt dn̄m deū patrum suorū· qui eduxit eos de terra egipti: ⁊ apprehenderunt deos alienos· ⁊ adorauerūt eos ⁊ coluerūt: idcirco venerūt sup eos uniūsa hec mala. ℭ Vm.

Expletis aūt uiginti ānis postq; edificauit salomon domū dn̄i et domū suam: ciuitates quas dederat hiram salomoni edificauit· ⁊ habitare ibi fecit filios israhel. Abijt quoq; in emath suba· ⁊ obtinuit eam ⁊ edificauit palmiram in deserto: ⁊ alias ciuitates munitissimas edificauit in emath. Extruxitq; bethoron superiorē· et bethoron inferiorem· ciuitates muratas: habentes portas ⁊ uectes et seras. Balaath etiam et omnes urbes firmissimas que fuerunt salomonis:

cunctasq; urbes quadrigarū·⁊ urbes equitū. Omnia quecunq; voluit fecit rex salomon atq; dispposuit·edificauit in ierusalē·⁊ in libano·et in uniuersa terra potestatis sue. Omnem populū qui derelictus fuerat de hetheis ⁊ amorreis·et ferezeis·et eueis ⁊ iebuseis·qui non erāt de stirpe israhel·de filijs eoꝝ et de posteris quos nō interfecerāt filij israhel subiugauit salomon ī tributarios usq; in diē hanc. Porro de filijs israhel nō posuit ut seruirent operibꝫ regis. Ipsi enim erāt uiri bellatores ⁊ duces primi·⁊ principes quadrigarū et equitum eius. Omnes aūt principes exercitus regis salomonis·fuerūt ducenti quinquagīta q̄ erudiebant pplm. Filiam uero pharaonis transtulit de ciuitate dauid:in domū quā edificauerat ei. Dixit enī. Non habitabit uxor mea ī domo dauid regis israhel·eo quod sanctificata sit:quia ingressa ē in eam archa domini. Tūc obtulit salomon holocausta dño sup altare dñi quod exstruxerat ante porticū:ut p singulos dies offerretur ī eo iuxta p̄ceptū moysi in sabbatis·et in kalendis et ī festis diebus ter p annū:id est ī solennitate azimorū et solennitate ebdomadaꝝ et in solēnitate tabernaculoꝝ. Et cōstituit iuxta dispositionē dauid p̄is sui officia sacerdotū ī ministerijs suis·et leuitas in ordine suo:ut laudarent ⁊ ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum uniuscuiusq; diei:⁊ ianitores ī diuisionibus suis per portā·⁊ portam. Sic enim precepterat dauid homo dei. Nec pretergressi sunt de mandatis regis tam sacerdotes q̄z leuite:ex oīb̄ que precepterat. Et in custodijs thesaurorum oēs impensas p̄paratas habuit salomon:ex eo die quo fundauit domū dñi usq; in diem quo perfecit eā. Tūc abijt salomō ī asiongaber·⁊ ī hailath·ad hpram maris rubri:q̄ ē in terra edom. Misit ergo ei hiram p manū seruoꝝ suoꝝ naues ⁊ nautas gnaros maris:⁊ abierunt cum suis salomonis in ophir. Tulerūtq; inde quadringenta quinquaginta talenta auri:et attulerūt ad regem salomonē. C. ix.

Regina quoq; saba cum audisset famā salomonis·uenit ut tentaret eum in enigmatibꝫ ī ierusalē: cum magnis opibus et camelis qui portabant aromata·⁊ auri plurimū·gemmasq; p̄ciosas. Cūq; uenisset ad salomonem:locuta est ei quecūq; erāt in corde suo. Et exposuit ei salomon omnia que ꝓposuerat:nec quicq̄z fuit quod non perspicuum ei fecerit. Que postq̄z uidit sapientiā scilicet salomonis·⁊ domū quā edificauerat·necnon et cibaria mense ei⁹ ⁊ habitacula seruorum et officia ministrorū eius ⁊ uestimenta eorū·pincernas quoq; et uestes eorū:⁊ uictimas q̄s immolabat in domo domini: non erat p̄ stupore ultra ī ea spiritus. Dixitq; ad regem. Verus est sermo quē audierā in terra mea:de uirtutibꝫ et sapientia tua. Nō credebam narrantibus:donec ipa uenissem et uidissent oculi mei·⁊ probasse uix medietatē sapiētie tue michi fuisse narratam. Uicisti famam uirtutibꝫ tuis. Beati uiri tui ⁊ beati serui tui:hij qui assistunt coram te omni tempore·et audiunt sapiētiam tuam. Sit dñs deus tuus benedictus qui uoluit te ordinare super thronū suum regem dñi dei tui. Quia diligit deꝰ israhel·⁊ uult seruare eum in eternū:idcirco posuit te sup eū regem·ut facias iudicia atq; iustitiā. Dedit aūt regi centūnginti

talenta auri·⁊ aromata mlta nimis: et gemmas pciosissimas. ſſō fuerūt aromata talia: ut hec ꝙ dedit regina saba regi salomoni. Sed ⁊ hui hiram cū seruis salomonis attulerunt aurū de ophir: et ligna thyna·et gemmas preciosissimas. De quibus fecit rex de lignis scilicet thynis gradus i domo dominī·et in domo regia: citharas q; et psalteria cantoribz. ſſunquā uisa sunt in terra iuda ligna talia. Rex aūt salomon dedit regine saba cuncta ꝙ uoluit·et ꝙ postulauit: et mlto plura quā attulerat ad eū. Que reūsa abiit in terrā suā cum seruis suis. Erat aūt pondus auri qđ afferebat salomoni p singulos ānos sexcenta sexagīta sex talenta auri: excepta ea summa quā legati diuersax gentiū et negociatores afferre solebāt·omnesq; reges arabie et satrapx terrax: qui cōportabāt aurū et argentum salomoni. ſſecit igit rex salomon ducentas hastas aureas·de summa sexcentorum aureorū: qui in singulis hastis expendebant. Trecenta quoq; scuta aurea trecentox aureorū: quibz tegebant singla scuta. Posuit q; ea rex in armamentario quod erat constitū nemore. ſſecit quoq; rex solū eburneū grande: et uestiuit illud auro mundissimo. Sex q; gradus quibus ascendebat ad solū·⁊ scabellū aureū· et brachiola duo altrinsecus·⁊ duos leones stantes iuxta brachiola: sed ⁊ alios duodecim·leūculos stantes sup sex gradus ex utraq; parte. ſſon fuit tale solium i uniuersis regnis. Oīa quoq; uasa cōuiuij regis erāt aurea: et uasa domus saltus libani ex auro purissimo. Argentū enim in diebus illis p nichilo reputabatur. Siquidē naues regis ibant in tharsis cū seruis hiram semel i tribus ānis: et deferebāt inde aurū ⁊ argentū ⁊ ebur ⁊ symias ⁊ pauos. ſſMagnificat⁹ ē igit salomō super omnes reges terre: pre diuitijs et gloria. Omnesq; reges terrarū desiderabant uidere faciem salomonis: ut audirent sapientiā quā dederat deus in corde eius. Et deferebāt ei munera: uasa argentea et aurea·et uestes·⁊ arma·et aromata equos et mulos per singulos ānos. Habuit quoq; salomon quadraginta milia equorū in stabulis: et curruum equitūq; duodecim milia. Constituitq; eos in urbibz quadrigax: et ubi erat rex in hierusalē. Exercuit etiā potestatē sup cūctos reges a flumine euphratem usq; ad terrā philistinorum: et usq; ad terminos egipti. Tantamq; copiā prebuit argenti i hierusalē quasi lapidū: et cedrorū tantā mltitudinē uelut sicomoz q gignunt in campestribz. Adducebantur aūt ei equi de egipto: cunctisq; regionibz. Reliqua aūt operū salomonis priorū et nouissimox scripta sunt in uerbis nathan pphete·⁊ i libris ahie silonitis: i uisione q; addo uidentis contra hieroboam filiū nabath. Regnauit aūt salomon in hierlm sup omnē isrl: quadraginta ānis. Dormuitq; cum pribus suis: ⁊ sepelierūt eū in ciuitate dauid: regnauitq; roboā filꝰ eius p eo. C. x.

Profectus ē autē roboā in sichem· illuc enī cūctus isrl conuenerat: ut constituerent eū regem. Quod cum audisset hieroboam filius nabath qui erat in egipto·fugerat quippe illuc ante salomonem·statim reuersus ē. Vocauerunt q; eum et uenit cum uniuerso israhel·et locuti sunt ad roboam dicentes. Pater tuꝰ durissimo iugo nos pressit·tu leuiora impera patri tuo qui

nobis imposuit grauem servitutem:
et paululū de onere subleua·ut seruia-
mus tibi. Qui ait. Post tres dies re-
uertimini ad me. Cumq; abisset pplˢ·
iniit consiliū cum senibꝫ qui steterant
coram pre eius salomone dū adhuc
uiueret dicens. Quid datis consilij ut
respondeā populo? Qui dixerunt ei.
Si placueris pplo huic et lenieris eos
verbis clementibꝫ: servient tibi omni
tempore. At ille reliquit consiliū senū:
et cum iuuenibꝫ tractare cepit qui cum
eo nutriti fuerant·⁊ erant in comitatu
illi⁹. Dixitq; ad eos. Quid vobis ui-
detur· uel respondere quid debeo pplo
huic qui dixit michi: subleua iugū qđ
imposuit nobis pater tuus? At ille
responderunt ut iuuenes et nutriti cū
eo in delicijs: atq; dixerunt. Sic loque-
ris populo qui dixit tibi· pater tuus
aggrauauit iugum nr̄m tu subleua: ⁊
respondebis ei. Minim⁹ digitus me⁹:
grossior est lumbis patris mei. Pater
meus imposuit vobis graue iugū: et
ego maius pondus apponam. Pater
meus cecidit vos flagellis: ego vero
cedam vos scorpionibus. Venit ergo
iheroboā et uniuersus pplˢ ad roboā
die tercio: sicut preceperat eis. Respon-
ditq; rex dura· derelicto consilio senio-
rum: locutusq; ē iuxta iuuenū volun-
tatem. Pater meus graue vobis im-
posuit iugum: quod ego grauius fa-
ciam. Pater me⁹ cecidit vos flagellis:
ego vero cedam vos scorpionibus. Et
non acquieuit populi precibus. Erat
enī voluntatis dei: ut compleret̄ sermo
eius· quē locutus fuerat p manū ahie
silonitis ad iheroboam filiū nabath.
Populus aūt uniuersus rege durio-
ra dicente: sic locutus est ad eum. Nō
est nobis pars in dauid: neq; hereditas
in filio ysai. Reuertere ī tabernacula tua
israhel. Tu autem pasce domū tuā da-
uid. Et abijt israhel in tabernacl'a sua.
Super filios aūt isrl' qui habitabāt
in ciuitatibꝫ iuda: regnauit roboam.
Misitq; rex roboam adurā q̄ preerat
tributis: ⁊ lapidauerūt eum filij isrl'
et mortuus ē. Porro rex roboam cur-
rum festinauit ascendere: ⁊ fugit in ihe-
rusalem. Recessitq; israhel a domo da-
uid: usq; ad diem hanc. Factū est aūt
cum audisset omnis israhel quod re-
uersus esset iheroboam: miserunt et
uocauerunt eū congregato cetu ⁊ con-
stituerunt eū regem sup omnē israhel:
nec secutus ē quispiam domū dauid
preter tribum iuda solam. C. XI
Venit aūt roboam in iherusalem:
et cōuocauit uniuersam domū
iuda et beniamin centumoctoginta
milia electoꝝ atq; bellantiū: ut dimica-
ret contra israhel et conuerteret ad se
regnum suū. Factus ē sermo domini
ad semeiam hominem dei dicens. Lo-
quere ad roboam filiū salomonis re-
gem iuda: ⁊ ad uniuersum israhel· qui
est in iuda et beniamin. Hec dicit dn̄s.
Nō ascendetis neq; pugnabitis ↄtra
fratres vestros· reuertatur unusquisq;
in domū suam· quia in ea hoc gestum
est volūtate. Qui cum audissent sermo-
nem domini reuersi sunt: nec perrexe-
runt contra iheroboam. Habitauit
autem roboam in iherusalem: et edifi-
cauit ciuitates muratas in iuda: ex-
truxitq; bethleem et etham et thecue·
bethsur quoq; ⁊ socco ⁊ odollam· nec-
non et geth ⁊ maresa ⁊ ziph: sed et a-
duram et lachis ⁊ azecha: saraa q̄z et
ahialon ⁊ hebron que erant in iuda
et beniamin: ciuitates munitissimas.
Cumq; clausisset eas muris· posuit ī

eis principes ciborūq; hprrea. hoc est olei et vini. Sed et in singulis urbibz fecit armamentaria scutoz ⁊ hastaz: firmauitq; eas summa diligentia: et imperauit sup iudā ⁊ beniamin. Sacerdotes aūt ⁊ leuite qui erant in uniuerso israhel. uenerūt ad eū de cunctis sedibus suis: relinquentes suburbana et possessiones suas. et trāseuntes ad iudam et iheruſalem: eo qđ abiecisset eos iheroboam ⁊ posteri eius ne sacerdotio domini fungerent̄: qui ꝺstituit sibi sacerdotes excelsorū ⁊ demoniorū vitulorūq; quos fecerat. Sed et de cunctis tribubz israhel quicunq; dederant cor suum ut quererent dñm deū israhel. venerunt in iheruſalem ad immolandum victimas suas coram domino deo patrum suoz: et roborauerunt regnum iuda: confirmauerūt roboam filiū salomonis per tres annos. Ambulauerunt enim in uiis dauid ⁊ salomonis ānis tantū tribus. Duxit aūt roboam uxorem maalath filiam iherimuth filij dauid: abiail quoq; filiam heliab filij ysai: que peperit ei filios ieus et sōmoriam et zoom. Post hanc quoq; accepit maacham filiam absolon: que peperit ei abia et abi ⁊ ziza et salomith. Amauit aūtem roboam maacham filiam absolon: super omnes uxores suas et cōcubinas. Nā uxores decem et octo duxerat: concubinas aūtem sexaginta: et genuit uiginti octo filios ⁊ sexaginta filias. Constituit uero in capite abiam filium maacha ducem sup omnes fratres suos: ipsum enim regem facere cogitabat quia sapientioz fuit ⁊ potentioz super oēs filios eius: ⁊ in cunctis finibus iuda ⁊ beniamin et in uniuersis ciuitatibus muratis. Prebuitq; eis escas plurimas: et multas petiuit uxores.

Cxii.

Cunq; roboratū fuisset regnū roboā ⁊ cōfortatū: dereliquit legem domini et omnis israhel cū eo. Anno autem quinto regni roboam. ascendit sesac rex egipti in iheruſalem quia peccauerant domino: cum mille ducētis curribz et sexagīta milibz equitum. Nec erat numer9 vulgi qđ uenerat cum eo ex egipto: libies scilicet et troglodite et ethiopes: capitq; ciuitates munitissimas in iuda. ⁊ uenit usq; in iheruſalem. Semeias autem pheta ingressus est ad roboam et principes iuda: qui congregati fuerant i ihrlim fugientes sesac: dixitq; ad eos. Hec dicit dñs. Vos reliquistis me: ⁊ ego reliqui uos in manu sesac. Cōsternatiq; principes israhel et rex dixerūt. Iustus est dominus. Cūq; uidisset dñs quod humiliati essent: factus ē sermo domini ad semeiam dicens. Quia humiliati sunt nō disperdam eos: dabo q; eis pauxillū auxiliū: ⁊ non stillabit furor meus super iheruſalem per manū sesac. Veruntamen seruient ei: ut sciāt distantiam seruitutis mee et seruitutis regni terrarū. Recessit itaq; sesac rex egipti ab ihrlim sublatis thesauris domus domini et domus regis: oīa q; secum tulit. ⁊ clipeos aureos quos fecerat salomon p quibz fecit rex eneos. ⁊ tradidit illos principibz scutariorum qui custodiebant uestibulum palatij. Cunq; introiret rex domum dei. uenientes scutarij ⁊ tollebant eos: iterumq; referebant eos ad armamentarium suum. Veruntamen quia humiliati sunt auersa est ab eis ira dñi: nec deleti sunt penitus. Siquidem ⁊ in iuda inuenta sunt opera bona. Confortatus ē ergo rex roboam in ihrlim:

atq; regnauit. Quadraginta autem
et unius ānī erat cū regnare repisset:
et decem et septem annis regnauit ī ihe-
rusalem urbe quā elegit dñs:ut cōfir-
maret nomen suū ibi·de cunctis tribu-
bus israhel. ſNomen aūt matris eius
naama ammanites. ſFeciq; malum
et non ꝓparauit cor suū ut quereret do-
minum. Opera uero roboam prima
et nouissima scripta sunt in libris se-
meie ꝓphete et addo videntis:ꝫ diligen-
ter reꝑsita. Pugnauerunq; aduer-
sum se roboā ꝫ iheroboā cūctis diebs.
Et dormiuit roboam cū patribs suis:
sepultusq; est in ciuitate dauid: et re-
gnauit abia filius eius ꝓ eo. Cxm·

Anno octauodecimo regis ihero-
boam regnauit abia sup iudam.
Tribus annis regnauit in ihrusalem.
ſNomenq; matris eius michaia:filia
urihel de gabaa:et erat bellū inter abia
et iheroboam. Cumq; iniisset abia cer-
tamen·ꝫ haberet bellicosissimos viros.
et electorum quadraginta milia:ihe-
roboam cōstruxit contra aciem octo-
ginta milia virorꝫ:qui et ipi electi erāt
et ad bella fortissimi. Stetit ergo abia
sup montem semeron·q̄ erat in ephra-
im:et ait. ſAudi iheroboam et omnis
israhel. ſNum ignoratis qđ dominus
deus israhel dederit regnum dauid sup
israhel in sempiternū·ipi et filijs eius
in pactum salis. Et surrexit iheroboam
filius nabath seruus salomonis filij
dauid·ꝫ rebellauit contra dominum
suum. Congregatiq; sunt ad eū uiri
uanissimi et filij belial:ꝫ preualuerūt
contra roboam filiū salomonis. Ro-
ro roboam erat rudis et corde pauido:
nec potuit resistere eis. ſNunc ergo uos
dicitis quod resistere possitis regno
domini qđ possidet ꝑ filios dauid:

Habetisq; grandem ꝑ multitudinē:
atq; uitulos aureos quos fecit uobis
iheroboam in deos. Et eiecistis sacerdo-
tes dñi filios aaron atq; leuitas:ꝫ fe-
cistis uobis sacerdotes sicut omnes
ꝑ terrarū. Quicunq; uenerit et inīt-
auerit manū suam in thauro·iu bu-
bus·et in arietibs septem:fit sacerdos
eorū qui nō sunt dij. ſNoster aūt dñs
deus est:quē nō relinquimus. Sacer-
dotesq; ministrant domino de filijs
aarō·et leuite sunt in ordine suo: olo-
causta quoq; offerūt dño ꝑ singlos
dies·mane et uespere·et thimiama
iuxta legis ꝓcepta confectū:ꝫ ꝓponun-
tur panes in mensa mūdissima. Estq;
apud nos candelabrum aureū·ꝫ lu-
cerna eius: ut accendant semp ad ue-
speram. ſNos quippe custodimus pre-
cepta dñi dei nostri:quē uos reliquistis.
Ergo in exercitu nostro dux deus est:
et sacerdotes eius qui clangunt tubis
et resonant contra uos. ſFilij israhel.
ſNolite pugnare contra dñm deum
patrum uestrorū:quia non uobis exꝑ-
dit. Hec illo loquente:iheroboā retro
molichatur insidias. Cūq; ex aduer-
so hostiū staret: ignorante iudā suo
ambiebat exercitu. Respicensq; iudas
uidit instare bellum ex aduerso ꝫ post
tergum:et clamauit ad dñm ac sacer-
dotes tubis canere ceperunt:omnesq;
uiri iuda uociferati sunt. Et ecce illis
clamantibs:ꝑterruit deus iheroboam
et omnem israhel qui stabat ex aduer-
so abia et iuda fugeruntq; filij israhel
iudam:ꝫ tradidit eos deus in manu
eorum. Percussit ergo eos abia ꝫ ꝑs
eius plaga magna:et corruerūt vul-
nerati ex israhel·quinquaginta milia
uirorum fortū. Humiliatiq; sunt filij
israhel i tempore illo·ꝫ ꝛhementissime

confortati filij iuda: eo quod sperassent in domino deo patrū suorū. Persecutus est aūt abia fugientē ieroboam: et cepit ciuitates eius. bethel et filias eius. et ihesana cum filiabz suis. effron q3 et filias eius. Nec valuit ultra resistere ieroboam. in diebz abia. Quē percussit dominus et mortuus ē. Igitur abia cōfortato imperio suo. accepit uxores quatuordecim: procreauitq3 uigintiduos filios. et sedecim filias. Reliqua autem sermonum abia uiarumq3 et operum eius: scripta sunt diligentissime in libro addo prophete. C. xm

Dormiuit aūt abia cum patribus suis: et sepelierunt eū in ciuitate dauid. Regnauitq3 asa filius ei9 pro eo. In cui9 diebus quieuit terra ānis decem. Fecit ergo asa quod bonum et placitū erat ī conspectu dei sui. et subuertit altaria peregrini cultus. et excelsa. et cōfregit statuas lucosq3 succidit: et precepit iude ut quereret dūm deum patrum suoz. et faceret legem. et uniūsa mandata. Et abstulit de cunctis urbibus iuda aras et fana: et regnauit in pace. Edificauit quoq3 urbes munitas in iuda: quia quietus erat et nulla temporibz eius bella surrexerant. pace domino largiente. Dixit aūt iude. Edificemus ciuitates istas. et uallemus muris. et roboremus turribz et portis et seris. donec a bellis quieta sunt oīa: eo quod quesierimus dūm deū patrū nostroz et dederit nobis pacem p gyrū. Edificauerunt igitur: et nullū in extruendo impedimentū fuit. Habuit autē asa in exercitu suo portantium scuta et hastas de iuda trecenta milia: de beniamin uero scutariorz et sagittariorū ducenta octaginta milia. Oīesq3 isti uiri fortissimi. Egressus ē aūt contra eos zara ethiops cū exercitu suo decies centena milia. et curribz trecentis: et uenit usq3 maresa. Porro asa prexit obuiā ei. et instruxit aciem ad bellum ī ualle sephata. que est iuxta maresa: et inuocauit dūm deum et ait. Domine non est apud te ulla distātia. utrū ī paucis auxilieris aut ī pluribz: adiuua nos dñe deus noster. In te enim et in tuo nomine habentes fiduciā: uenimus contra hanc multitudinē. Domine deus noster tu es: nō p̄ualeat contra te homo. Exterruit itaq3 dñs ethiopes coram asa et iuda. Fugeruntq3 ethiopes et persecutus est eos asa et pplus qui cū eo erat usq3 gerara. Et ruerunt ethiopes usq3 ad internitionē: quia domino redente contriti sunt et exercitu illi9 preliante. Tulerunt ergo spolia mlta: et percusserunt ciuitates oīes p circuitum gerare: grandis quippe cunctos terror inuaserat: et diripuerūt urbes: et multam predam asportauerunt: sed et caulas ouiū destruētes tulerūt preoz infinitam multitudinem camelorū: reuersiq3 sunt in ihrusalem. C. xv

Hazarias autem filius obed facto ī se spiritu dei. egressus est ī occursum asa: et dixit ei. Audite me asa. et omnis iuda et beniamin. Dominus uobiscum: quia fuistis cū eo. Si quesieritis eū: inuenietis. Si aūt dereliqueritis: derelinquet uos. Transibūt aūt multi dies in israhel absq3 deo uero. et absq3 sacerdote. absq3 doctore q3 et absq3 lege. Cūq3 reuersi fuerit ī angustia sua ad dūm deum israhel et quesierint eum: reppriet eum. In tempore illo non erit pax egredienti et ingredienti: sed terrores undiq3 in cunctis habitatoribus terrarū. Pugnabit enī gens contra gentē. et ciuitas ciuitatē

quia dñs conturbabit eos in omni
angustia. Vos ergo confortamini: ⁊
non dissoluantur manus vestre: erit
enim merces operi vestro. Quod cum
audisset asa verba scilicet et pphetiam
azarie filij obeth pphete confortatus
est: et abstulit ydola de omni terra iu-
da et de beniamin: et ex urbibz quas ce-
perat montis ephraim: et dedicauit
altare domini quod erat ante porticū
dñi: congregauitq; uniuersum iudam
et beniamin: et aduenas cum eis de
ephraim ⁊ manasse ⁊ de symeon. Plu-
res enim ad eū confugerant ex israhel:
videntes quod dñs deus illius esset
cum eo. Cunq; venissent in ihrlm men-
se tercio: āno decimoquinto regni asa:
immolauerūt dño i die illa de manu-
bijs: et prdā quā adduxerant: boues
septingentos: et arietes septem milia:
et inierūt ex more ad corroborandū
fedus: ut quererent dñm deum patrū
suorū in toto corde et in tota anima
sua. Si quis aūt inquit nō quesierit
dñm deum israhel: moriatur a mini-
mo usq; ad maximū a viro usq; ad
mulierem. Juraueruntq; dño voce ma-
gna in iubilo: et in clangore tube et i
sonitu bucinarū: omnes qui erant in iu-
da cum execratione. In omni enim cor-
de suo iurauerunt et in tota voluntate
quesierunt eum: ⁊ inuenerūt. Prestitit
q; eis dominus requiem per circuitum.
Sed et maacham matrem asa regis
ex augusto deposuit imperio: eo quod
fecisset in luco simulacrum priapi qđ
omne contriuit: ⁊ in frusta cōminuēs
combussit in torrente cedron. Excelsa
aūt decelida sunt in israhel. Attamen
cor asa erat perfectum cunctis diebus
eius. Eaq; vouerat pater suus ⁊ ipe in-
tulit in domum domini: argentum ⁊
aurum vasorūq; diuersam suppellecti-
lem. Bellum uero non fuit usq; ad tri-
cesimum annum regni asa. C xvi.

Anno autem tricesimo sexto regni
eius: ascendit baasa rex israhel i
iudam et muro circundabat rama: ut
nullus tute posset egredi et ingredi de
regno asa. Protulit aūt asa argentū
et aurum de thesauris domus dñi et
de thesauris regijs: misitq; ad bena-
dab regem sirie qui habitabat in damas-
co dicens. Fedus inter me ⁊ te est. Pa-
ter quoq; meus et pater tuus habuere
concordiam: quāobrem misi tibi ar-
gentum ⁊ aurū: ut rupto federe quod
habes cum baasa rege israhel facias
eum a me recedere. Quo comperto bena-
dab misit principes exercituum suorū
ad urbes israhel: qui pcusserūt ahion
et dan et abelmaim et uniūsas urbes
muratas. Quod cum audisset baasa
desiit edificare rama: ⁊ intermisit o-
pus suum. Porro asa rex assumpsit
uniuersum iudam et tulerunt lapides
de rama ⁊ ligna que edificationi pa-
rauerat baasa: edificauitq; ex eis ga-
baa et maspha. In tempore illo uenit
anani pphera ad asam regem iuda: ⁊
dixit ei. Quia habuisti fiduciā in rege
sirie et nō in domino deo tuo: idcirco
euasit sirie regis exercit9 de manu tua.
Nonne ethiopes et libies multo plu-
res erant quadrigis et equitibz ⁊ mul-
titudine nimia: quos cum i domino
credidisses: tradidit i manu tua? Ocu-
li enim dñi contemplantur uniūsam
terram: ⁊ prebent fortitudinē hijs qui
corde perfecto credunt in eum. Stulte
igitur egisti: ⁊ propter hoc etiam pre-
senti tempore aduersum te bella cōsur-
gent. Iratusq; asa aduersus videntē
iussit eū mitti in nerū. Valde quippe

sup hoc fuerat dominus indignatus et interfecit de ppō in tempore illo plurimos. Opera aūt asa ꝓma et nouissima scripta sunt in libro regum iuda et israhel. Egrotauit etiā asa anno tricesimo nono regni sui dolore pedum uehementissimo: et nec in infirmitate sua quesiuit dñm: sed magis in medicorum arte confisus est. Dormiuitq; cum patribus suis ⁊ mortuus est āno quadragesimo primo regni sui: et sepelierunt eū in sepulcro suo qđ foderat sibi in ciuitate dauid. Posuerunt; eū super lectulum suū plenum aromatibus ⁊ unguentis meretricijs que erant pigmentariorū arte ꝺfecta: ⁊ cōbusserūt super eum ambitione nimia. ℭ xvii

Regnauit aūt iosaphat filius eius pro eo: ⁊ inualuit contra israhel. Constituitq; militū numeros i ciuitatibus iuda que erāt vallate muris: presidiaq; disposuit in terra iuda ⁊ in ciuitatibus ephraim quas ceperat asa pater eius. Et fuit dominꝰ cū iosaphat: quia ambulauit in vijs dauid patris sui primis· ⁊ non speranit in baalim sed in deo patris sui: et preceptis illius ⁊ non iuxta peccata israhel. Cōfirmauitq; dñs regnū i manu eius: ⁊ dedit omnis iuda munera iosaphat: factaq; sunt ei infinite diuitie· et nimia gloria. Cunq; sumpsisset cor eius audaciam· ꝓpter vias dñi: etiam excelsa et lucos de iuda abstulit. Tercio autem anno regni sui misit de principibus suis benail ⁊ obdiam ⁊ zachariam· et nathanael ⁊ micheam· ut docerent in ciuitatibus iuda: ⁊ cum eis leuitas semeiam ⁊ nathaniam et zabadiam· asahel qꝫ ⁊ semiramoth et ionathan· adoniamq; ⁊ thobiam et tobadoniam leuitas: et cum eis elisama et ioram sacerdotes. Docebātq; ꝑfm in iuda habentes librū legis domini: ⁊ circuibant cunctas urbes iuda: atq; erudiebant populū. Factaq; factus est pauor domini super oīa regna terraꝝ· que erant per gyrum iuda: nec audebāt bellare contra iosaphat. Sed et philistei· iosaphat munera deferebāt· ⁊ vectigal argenti. Arabes quoq; adducebant pecora arietū· septē milia septingētos· ⁊ hircos totidem. Creuit ergo iosaphat et magnificatꝰ est usq; i sublime: atq; edificauit in iuda domos ad instar turrium urbesq; muratas: ⁊ multa opera patrauit in urbibus iuda. Viri quoq; bellatores ⁊ robusti erant i hierusalem: quoꝝ iste numerꝰ ꝑ domos atq; familias singulorum. Ꝺn iuda princeps exercitus ednas dux: et cum eo robustissimorū virī trecenta milia. Post hunc iohannan princeps: et cū eo ducenta octuaginta milia. Post illum qꝫ amasias filius zechri cōsecratus domino: et cū eo ducenta milia virorꝝ fortium. Hunc sequebatur robustus ad prelia eliada: et cum eo tenentiū arcum et clipeum ducenta milia. Post istū etiā iozabad: ⁊ cū eo centū octoginta milia expeditorum militum. Hij omnes erāt ad manum regis: exceptis alijs quos posuerat in urbibus muratis· et in uniuerso iuda. ℭ· xviii·

Fuit ergo iosaphat diues ⁊ inclitus multum: ⁊ affinitate cōiunctus est achab: descenditq; post ānos ad eum in samariam. Ad cuius aduentum mactauit achab arietes ⁊ boues plurimos ipi ⁊ populo qꝫ venerat cum eo: ꝑsuasitq; illi ut ascenderet in ramoth galaad. Dixitq; achab rex israhel ad iosaphat regem iuda. Veni mecum in ramoth galaad. Cui ille

respondit. Vt ego et tu:sicut populus tuus sic et pp̃l's meus:recumq; reimus in bello. Dixit iosaphat ad regem isrl. Consule obsecro in presentiaꝝ sermonem dñi. Congregauit igit̃ rex israhel prophetaꝝ quadringẽtos viros: ⁊ dixit ad eos. Ascendã in ramoth galaad ad bellandũ ire debemus an quiescere? At illi ascende inquiũt:⁊ tradet deus i manu regis. Dixitq; iosaphat. Nũquid non ẽ hic pphetes dñi: ut ab illo etiã requiramus? Et ait rex israhel ad iosaphat. Est vir vn9 a quo possumus querere dñi voluntatem: sed ego odi eum quia nõ pphetat michi bonum sed malũ omni tempore. Est autẽ micheas filius iemla. Dixitq; iosaphat. Ne loquaris rex hoc modo. Vocauit ergo rex israhel vnũ de eunuchis:⁊ dixit ei. Vocа cito micheam filiũ iemla. Porro rex israhel ⁊ iosaphat rex iudaverq; sedebãt in solio suo:vestiti cultu regio. Sedebant aũt in area iuxta portam samarie:omnesq; pphete vaticinabantur coram eis. Sedechias vero filius chanana fecit sibi cornua ferrea:⁊ ait. Hec dicit dominus. His ventilabis siriam:donec conteras eã. Omnesq; prophete similiter pphetabant: atq; dicebant. Ascende in ramoth galaad ⁊ prosperaberis:⁊ tradet eos dominus in manu regis. Nũcius aũt qui ierat ad vocandũ micheam ait illi. Ecce verba omniũ prophetarũ vno ore bona regi annũciant. Queso ergo te ut ⁊ sermo tuus ab eis nõ dissentiat: loquarisq; prospera. Cui respõdit micheas. Viuit dñs: quia quicunq; dixerit mihi deus meus hoc loquar. Venit ergo ad regẽ. Cui rex ait. Micheа:ire debem9 in ramoth galaad ad bellandum an quiescere? Cui ille respõdit. Ascendite: cuncta enim prospera euenient: et tradentur hostes i manus vras. Dixitq; rex. Iterum atq; iterũ te adiuro:ut mihi nõ loquaris nisi qđ verum est in nomine dñi. At ille ait. Vidi vniuersum israhel dispersum i montibꝫ:sicut oues absq; pastore. Et dixit dominus. Non habent isti dominos: reuertat̃ unusquisq; in domum suã in pace. Et ait rex israhel ad iosaphat. Nõne dixi tibi qm nõ prophetaret iste michi quicq̃ boni:sed ea que mala sunt? At ille idcirco ait. Audite verbum dñi. Vidi dñm sedentem in solio suo: et omnẽ exercitum celi assistentem ei a dextris et a sinistris. Et dixit dominus. Quis decipiet achab regẽ israhel ut ascendat et corruat in ramoth galaad? Cumq; diceret unus hoc modo et alter alio: processit spiritus ⁊ stetit coram dño et ait. Ego decipiam eũ. Cui dñs. In quo inquit decipies? At ille respõdit. Egrediar:⁊ ero spiritus mendax i ore omniũ prophetaꝝ ei9. Dixitq; dñs. Decipies et prevalebis:egredere ⁊ fac ita. Nũc igitur ecce dñs dedit spiritũ mendacij i ore omniũ prophetaꝝ tuorum: et dñs locutus est de te mala. Accessit autem sedechias filius chanana:⁊ percussit micheе maxillã et ait. Per quã viam transiuit spiritus dñi a me ut loqueretur tibi? Dixitq; micheas. Tuipse videbis i die illo:quãdo ingressus fueris cubiculũ de cubiculo ut abscondaris. Precepit aũt rex israhel dicens. Tollite micheã et ducite eũ ad amon principem ciuitatis ⁊ ad ioas filium amalech:et dicetis. Hec dicit rex. Mittite hunc in carcerem: ⁊ date ei panis modicũ ⁊ aque pauxillũ:donec reuertar in pace. Dixitq; micheas. Si reuersus fueris in pace: non est dominus

locutus in me. Et ait. Audite omnes ppli. Igitur ascenderūt reꝝ israhel et iosaphat reꝝ iuda ī ramoth galaad: dixitq; reꝝ israhel ad iosaphat. Mutabo habitum· ⁊ sic ad pugnā vadam: tu aūt induere vestibus tuis. Mutatoq; reꝝ israhel habitu venit ad bellum. Reꝝ autem syrie ꝓceperat ducibz equitatus sui dicens. Ne pugnetis contra minimum· aut cōtra maximū: nisi contra solum regē israhel. Itaq; cū vidissent principes equitatus iosaphat: dixerūt. Reꝝ israhel est iste: ⁊ circumdederūt eum dimicātes. At ille clamauit ad dominum· et auxiliatus est ei: atq; auertit eos ab illo. Cū enim vidissent duces equitatus q̄ non esset reꝝ isrl: relinquerunt eum. Accidit aūt ut unus e populo sagittam in incertū iaceret: ⁊ percuteret regē israhel inter ceruicē ⁊ scapulas. At ille aurige suo ait. Conuerte manum tuam· et educ me de acie: quia vulneratus sum. Et finita est pugna in die illo. Porro reꝝ israhel stabat in curru suo ꝯra syros usq; ad vesperam: et mortuus est occidente sole. ℭ xix·

Reuersus ē aūt iosaphat reꝝ iuda in domū suam pacifice in ihrusalem. Cui occurrit iehu filius anani videns: et ait ad eū. Impio ꝑbes auxilium: et hijs q̄ odērūt dñm amicicia iungeris: et idcirco iram quidem dñi mereberis: sed bona opera inuenta sunt in te: eo quod abstuleris lucos de terra iuda· ⁊ ꝓparaueris cor tuū ut requireres dñm deū patruū tuoꝝ. Habitauit ergo iosaphat ī ihrusalem. Rursumq; egressus ē ad ppl'm· de bersabee usq; ad mōtem ephraim: ⁊ reuocauit eos ad dñm deum patrū suoꝝ: constituitq; iudices terre ī cūctis ciuitatibus iuda munitis p singla loca: ⁊ ꝑcipiēs iudicibz videre ait quid faciatis. Nō enim hominis exercetis iudicium sed domini: ⁊ quodcūq; iudicaueritis ī vos redundabit. Sit timor dñi vobiscum: et cū diligencia cuncta facite. Non est enim apud dñm deū nrm iniquitas nec ꝑsonarū acceptio: nec cupido munerum. In ihrlm quoq; constituit iosaphat leuitas ⁊ sacerdotes et ꝑncipes familiaꝝ reꝝ israhel ut iudiciū ⁊ causa dñi iudicarent habitatoribus eius: precepitq; eis dicens. Sic agetis in timore domini fideliter et corde perfecto. Omnem causam que venerit ad vos fratrū vestroꝝ qui habitant ī urbibus suis· inter cognationē ⁊ cognationē vbicunq; questio ē de lege· de mādato· de cerimonijs· de iustificationibus· ostendite eis ut non peccent in dñm: et ne veniat ira sup vos ⁊ sup fratres vestros. Sic ergo agentes nō peccabitis. Amarias aūt sacerdos ⁊ pontifex vester: in hijs que ad deū ptinent presidebit. Porro zabadias filius ismahel qui est dux in domo iuda: sup ea opera erit que ad regis officiū pertinēt. Habetisq; magistros leuitas coram vobis: confortamini et agite diligenter: ⁊ erit dominꝰ vobiscū in bonis. ℭ xx·

Post hec congregati sunt filij moab ⁊ filij āmon ⁊ cum eis de ammonitis ad iosaphat: ut pugnarent contra eū. Veneruntq; nuncij: et iudicauerunt iosaphat dicentes. Venit contra te multitudo magna de hijs locis q̄ trans mare sunt et de syria: et ecce constituunt in asasonthamar· que est engaddi. Iosaphat autem timore perterritus· totum se cōtulit ad rogandum dñm: ⁊ predicauit ieiunium universo iuda. Congregatusq; est iudas ad deprecandū dñm: sed ⁊ omnes de

urbibus suis venerūt ad obsecrandū eum. Cunq; staret iosaphat ī medio ceu iude et ihrlm in domo dñi ante atrium nouū ait. Domine deus patrū nostroz tu es de⁹ in celo: et dominaris cunctis regnis gentiū. In manu tua ē fortitudo et potentia: nec quisq; tibi potest resistere. Nōne tu deus noster interfecisti omnes habitatores terre huius coram pplo tuo israhel· et dedisti eam semini abrahā amici tui ī sempiternū? Habitauerūtq; in ea: et edificauerunt in illa sanctuariuū nomini tuo dicētes. Si irruerint sup nos mala· gladius iudicij· pestilentia et fames: stabimus coram domo hac in conspectu tuo· in qua inuocatū est nomē tuū· et clamabimus ad te ī tribulationibz nostris: et exaudies saluosq; facies. Nūc igit ecce filij āmon et moab et mons seir per quos nō cōcessisti isrl ut trālirent quando egrediebant de egipto· sed declinauerunt ab eis et non interfecerunt illos: econtrario agūt· et nituntē eicere nos de possessione quā tradidisti nobis deus noster. Ergo non iudicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo ut possim⁹ huic multitudini resistere· que irruit super nos: sed cum ignoremus quid agere debeamus hoc solum habemus residui· ut oculos nostros dirigam⁹ ad te. Omnis vero iuda stabat corā dño· cū paruulis et uxoribz et liberis suis. Erat aūt iaziel filius zacharie filij banaie filij iehiel filij mathanie leuites de filijs asaph: super quē factus est spiritus dñi in medio turbe et ait. Attendite omnis iuda· et qui habitatis in ihrlm: et tu rex iosaphat. Hec dicit dominꝰ vobis. Nolite timere: nec paueatis hanc multitudinē. Nō est enī vestra pugna: sed dei. Cras descendetis cōtra eos. Ascensuri enim sunt per diuum nomine sis: et inuenietis illos in summitate torrentis qui ē contra solitudinē iheruhel. Nō enim eritis vos qui dimicabitis: sed tātummodo cōfidenter state: et videbitis auxiliū dñi sup vos. O iuda et ihrlm nolite timere nec paueatis: cras egredienimini otra eos: et dñs erit vobiscū. Iosaphat ergo et iuda et oēs habitatores ihrlm ceciderūt proni ī terram corā dño: et adorauerunt eū. Porro leuite de filijs caath et de filijs chore laudabant dñm deū israhel voce magna in excelsum. Cūq; mane surrexissēt egressi sunt per desertū thecue: profectisq; eis stans iosaphat in medio eorum dixit. Audite me viri iuda: et oēs habitatores ihrlm. Credite in dño deo vestro: et securi eritis: credite pphetis eius: et cuncta rueniēt prospera. Deditq; consilium pplo: et statuit cantores dñi ut laudarent eum in turmis suis· et antecederēt exercitū: ac voce consona dicerēt. Confitemini dño: qm̄ in eternū misericordia eius. Cūq; cepissent laudes canere· uertit dñs insidias eoz in semetipos filiorū scilicet ammon et moab· et montis seir· qui egressi fuerāt ut pugnarent cōtra iudā: et pcussi sunt. Stāq; filij ammon et moab consurrexerūt aduersum habitatores mōtis seir: ut interficerent et delerent eos. Cunq; hoc opere pperassent: etiā in semetipos versi mutuisq; cōciderē vulneribz. Porro iudas cū venisset ad speluncā q̄ respicit solitudinē vidit procul omnē late regionē plenā cadaueribz: nec fuisse quenq; q̄ necem potuisset euadere. Venit ergo iosaphat et oēs pplꝰ cū eo ad deprahenda spolia mortuorum: inuenerunt; inter cadauera variam

suppellectilem·vestes q; et vasa pciosissima·et diripuerūt:ita ut oia portare non possent nec p tres dies spolia auferre·pro prede magnitudine. Die autem quarto congregati sunt in valle benedictionis. Etenī quoniā ibi benedixerunt dño:vocauerunt locum illū vallis benedictionis usq; in presentem diem. Reuersusq; est oīs vir iuda et habitatores ihrlm·t iosaphat ante eos in ihrlm cū letitia magna: eo qđ dedisset eis dñs gaudiū de inimicis suis. Ingressiq; sunt in iherusalem cū psalteriis et citharis et tubis ī domū domini. Irruit aūt pauor dñi sup uniuersa regna terrarum:cū audissent pugnasset dñs ctra inimicos israhel: quieuitq; regnū iosaphat:t prebuit ei pacē dñs p circuitū. Regnauit igitur iosaphat sup iudā:t erat triginta quinq; annoz cū regnare repisset. Viginti aūt et quinq; annis regnauit ī iherusalem:t nomen mris eius azuba filia selachi: et ambulauit in via pris sui asa nec declinauit ab ea faciens que placita erant corā dño. Veruntamen excelsa nō abstulit:et adhuc pplus non direxerat cor suū ad dñm deū patrum suorū. Reliqua aūt gestorū iosaphat priorū et nouissimoz scripta sunt in verbis iehu filij anani:q digessit in libro regū israhel. Post hec iniit amicicias iosaphat rex iuda cū ochozia rege israhel qui9 opa fuerūt impissima:t particeps fuit ut faceret naues q irent ī tharsis: fecerūtq; classē ī asiongaber. Prophetauit aūt eliezer filius dodau de maresa ad iosaphat dicens. Quia habuisti fedus cū ochozia·percussit dñs opera tua:contriteq; sūt naues:nec potuerūt ire ī tharsis.

Dormiuit autem iosaphat cum patribus suis:et sepultus ē cum eis in ciuitate dauid:regnauitq; ioram filius eius pro eo. Qui habuit fratres filios iosaphat:azariam·t iahiel·et zachariam·t azariā et michahel·t saphatiam. Oēs·hij filij iosaphat regis iuda. Deditq; eis pater suus mlta munera argenti et auri·t pncipatus cū ciuitatibz munitissimis ī iuda:regnū aūt tradidit ioram eo qđ esset primogenitus. Surrexit autem ioram sup regnū patris sui. Cumq; se confirmasset:occidit oēs fratres suos gladio·t quosdam de principibz iuda. Triginta duoz annoz erat ioram cū regnare repisset:t octo ānis regnauit in ihrlm: ambulauitq; in vijs regum israhel sicut egerat dom9 achab. Filia quippe achab erat uxor eius. Et fecit malū in cōspectu dñi. Voluit aūt dñs disperdere domū dauid ꝓpter pactum qđ inierat cū eo:t quia ꝓmiserat ut daret ei lucernam t filijs eius ī oīm tempore. In diebz illis rebellauit edom ne esset subditus iude:t constituit sibi regem. Cūq; transiret ioram cū principibus suis·et cuncto equitatu q erat secum:surrexit nocte·t percussit edom qui se circumdederat· et omnes duces equitat9 ei9. Attamen rebellauit edom· ne esset subditiōne iuda:usq; ad hāc die. Eo tempore et lobna recessit: ne esset sub manu illius. Dereliquerat enī dominum deū patrū suoz:insup t excelsa fabricatus est in urbibus iuda:t fornicari fecit habitatores iherusalē·et preuaricari iudam. Allate sunt autem ei littere ab helia propheta: in qbus scriptum erat. Hec dicit dñs deus dauid patris tui. Quoniā nō ambulasti in vijs iosaphat patris tui·t in vijs asa regis iuda sed incessisti p iter regū israhel· et fornicari fecisti iudā t habitatores

ihĕrusalem·imitatus fornicatiōnē domus achab:insuper ⁊ fratres tuos domū pr̄is tui meliores te occidisti:ecce dñs ꝓcutiet te plaga magna cū ꝑplo tuo·et uxoribus et filijs tuis:uniūsa q3 substantia tua. Tu aūt egrotabis pessimo languore uteri:donec egrediantur uitalia tua paulatim ꝑ singlos dies. Suscitauit ergo dñs cōtra ioram spiritū philistinoꝝ ⁊ arabū·qui confines sunt ethiopibz:et ascenderunt in terram iuda et uastauerūt eam. Diripuerūtq3 cunctā substantiā q̄ inuenta est in domo regis:insup et filios eius et uxores. ſNec remansit ei filius nisi ioachaz:qui minimus natu erat. Et sup hec oīa percussit eū dñs alui languore insanabili. Cunq3 dies succederet dies·⁊ temporū spacia uoluerentur·duoꝝ ānoꝝ expletus est circulus: et sic longa consumptus tabe· ita ut egereret etiā uiscera sua:languore pariter et uita caruit. ſMortuusq3 ē in infirmitate pessima:⁊ nō fecit ei populus sēm morem cōbustionis exequias· sicut fecerat maioribz eius. Triginta duoꝝ annorum fuit cū regnare cepisset:et octo ānis regnauit ī ihĕrusalem. Ambulauitq3 non recte:et sepelierunt eum in ciuitate dauid: ueruntamen non in sepulcro regum. C· xxii·

Constituerūt autem habitatores ihĕrusalē ochoziam filium eius minimū regem pro eo. Omnes enī maiores natu qui ante eū fuerant interfecerant latrones arabū qui irruerant in castra. Regnauitq3 ochozias filius ioram regis iuda quadraginta duoꝝ annorum erat ochozias cū regnare cepisset:⁊ uno anno regnauit in ihĕrusalem:⁊ nomen mr̄is ei9 athalia filia amri. Sed et ipe ingressus ē per uias domus achab. ſMater enī ei9 impulit eum·ut impie ageret. ſFecit igit malū in conspectu domini sicut dom9 achab. Ipi enī fuerunt ei consiliarij post mortem patris sui in interitū eius:ambulauitq3 in cōsilijs eoꝝ. Et perrexit cū ioram filio achab rege isr̄l in bellū contra asahel regem syrie in ramoth galaad: uulneraueruntq3 syri ioram. Qui reuersus ut curaret in iesrahel. ſMultas enī plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur ochozias filius ioram rex iuda descendit ut inuiseret ioram filiū achab ī iesrahel egrotantem. Uolūtatis quippe fuit dei aduersus ochoziam·ut ueniret ad ioram. Et cum uenisset ⁊ egrederetur cum eo aduersum iehu filiū namsi quē unxit dominus ut deleret domū achab:cū ergo euerteret iehu domū achab inuenit principes iuda et filios fratrū ochozie qui ministrabant ei·⁊ interfecit illos. Ipm quoq3 prequirens ochoziam comprehendit latantē in samaria adductū q3 ad se occidit:et sepelierūt eum eo q̄ esset filius iosaphat:qui quesierat dominum in toto corde suo. ſNec erat ultra spes aliqua:ut de stirpe q̄s regnaret ochozie. Siquidem mater ei9 athalia uidēs q̄ mortu9 esset filius suus: surrexit·⁊ interfecit omnē stirpē regiā dom9 ioram. Porro iosabeth filia regis tulit ioas filium ochozie·et furata est eum de medio filiorum regis cū interficerētur:absconditq3 eum cū nutrice sua in cubiculo lectulorum:iosabeth aūt que absconderat eū·erat filia regis ioram· uxor ioiade pontificis soror ochozie:et idcirco athalia non interfecit eum. ſFuit ergo cum eis in domo dei absconditus sex annis:q̄bus regnauit athalia sup terrā. C· xxiii·

Anno aũt septimo cõfortatus ioiada assumpsit centuriones · azariam videlicet filium ieroboã ⁊ ysmahel filiũ iohannan · azariam quoq; filium obed · ⁊ maasiam filiũ adaie · et elisaphat filium zechri : et iniit cũ eis fedus. Qui circũeuntes iudã cõgregauerunt leuitas de cunctis urbibz iuda · et principes familiaꝝ israhel: venerunt q; ihrlm. Iniit ergo omnis multitudo pactũ i domo dei cũ rege. Dixitq; ad eos ioiada. Ecce filiꝰ regis regnabit sicut locutus est dñs sup filios dauid. Iste est ergo quẽ facietis. Tercia pars vrũ qui veniũt ad sabbatũ sacerdotũ et leuitarum et ianitorũ erit in portis: tercia vero pars ad domũ regis: ⁊ tercia ad portã q̃ appellatur fundamenti. Omẽ vero reliquũ vulgus sit in atriis domꝰ dñi: nec quispiam alius ingrediatur domũ dñi · nisi sacerdotes ⁊ qui ministrant de leuitis. Ipi tantũmodo ingrediantur quia sanctificati sunt: ⁊ omne reliquum vulgus obseruet custodias domini. Leuite aũt circundẽt regem habentes singuli arma sua: ⁊ si quis aliꝰ ingressus fuerit templum interficiat̃: sintq; cum rege · ⁊ intrante ⁊ egrediẽte. Fecerunt ergo leuite ⁊ vniuersus iuda iuxta omnia que p̃ceperat ioiada pontifex . Et assumpserunt singuli viros qui sub se erant: ⁊ veniebãt pr ordinẽ sabbati cum hijs q̃ impleuerant sabbatum · et egressi erant. Siquidem ioiada pontifex nõ dimiserat abire turmas: que sibi p singulas ebdomadas succedere cõsueuerant. Dedit q; ioiada sacerdos centurionibz lanceas clipeosq; et peltas regis dauid: quas dedicauerat in domo dñi. Constituitq; omnẽ populũ tenentiũ pugiones a parte templi dextra · usq; ad partem tẽpli sinistrã · corã altari et templo p circuitũ regis: et eduxerũt filiũ regis et imposuerũt ei diadema ⁊ testimoniũ: dederuntq; in manu eius tenendã legem ⁊ constituerunt eum regem. Vnxitq; illũ ioiada pontifex · ⁊ filij eius: imprecati q; sunt ei atq; dixerunt . Viuat rex. Quod cũ audisset athalia vocem scilicet currentium · atq; laudantiũ regem: ingressa est ad pplm in templũ dñi. Cũq; vidisset regẽ stantem super gradũ i introitu et principes turmasq; circa eũ · omnẽ q; pplm terre gaudentẽ atq; clangentẽ tubis · ⁊ diuersi generis organis cõcinentem · vocemq; laudantiũ : scidit vestimenta sua ⁊ ait. Insidie · insidie. Egressus aũt ioiada pontifex ad centuriones et principes exercitus dixit eis. Educite illam extra septa templi: et interficiat̃ foris gladio . Precepitq; sacerdos ne occideretur in domo domini. Et imposuerũt cruribz eius manus. Cumq; intrasset portam equoꝝ domꝰ regis: interfecerũt eã ibi. Pepigit autẽ ioiada fedꝰ inter se vniuersũq; pplm et regẽ: ut esset pplꝰ dñi. Itaq; ingressus est omnis pplꝰ domũ baal · et destruxerunt eam: et altaria ⁊ simulacra illiꝰ cõfregerũt: mathan quoq; sacerdotem baal interfecerũt ãte aras. Constituit autem ioiada ꝓpositus in domo dñi et sub manibz sacerdotũ ⁊ leuitarum · quos distribuit dauid in domo dñi: ut offerent holocausta domino sicut scriptũ est in lege moysi · in gaudio et cãticis · iuxta dispositionẽ dauid. Constituit quoq; ianitores in portis domꝰ dñi: ut nõ ingrederet̃ eam immũdus in omni re. Assumpsitq; centuriones et fortissimos viros · ac principes pplꝰ et omne vulgus terre: ⁊ fecerunt descendere regem de domo domini · ⁊ introire

per medium porte superioris in domum regis: et collocauerunt eum in solio regali. Letatusq; ē omnis populus terre: et urbs quieuit. Porro athalia interfecta est gladio. C xxiii

Septem ānorū erat ioas cū regnare cepisset: ⁊ quadraginta ānis regnauit in ihrlm. Nomē matris ei⁹ sebia de berlabee. Fecitq; qđ bonum est coram dño: cunctis diebus ioiade sacerdotis. Accepit aūt ei ioiada uxores duas: e quibus genuit filios et filias. Post que placuit ioas ut instauraret domum dñi: congregauitq; sacerdotes et leuitas: et dixit eis. Egredimini ad ciuitates iuda: et colligite de uniuerso israhel pecuniā ad sarta tecta templi dei nostri p singulos annos: festinatoq; hoc facite. Porro leuite egere negligentius. Vocauitq; rex ioiadam principem: et dixit ei. Quare tibi non fuit cure ut cogeres leuitas inferre de iuda et de iherusalē pecuniā q̄ cōstituta est a moyse seruo dñi: ut inferret eam omnis multitudo isrl in tabernaculū testimonij? Athalia enī impissima et filij eius destruxerūt domū dei: et de uniuersis que sanctificata fuerant in templo dñi orauerūt phanū baalim. Precepit ergo rex: et fecerūt archam: posueruntq; eā iuxta portam dñi forinsecus. Et pdicatū est i iuda et iherusalē: ut deferrent singli pēnum domino qđ cōstituit moyses seruus dei sup omnē israhel: in deserto: letatiq; sunt cuncti principes: et omnis pplus: ⁊ ingressi contulerunt in archam dñi atq; miserunt: ita ut implerēt. Cūq; tempus esset ut deferrent archam coram rege p manus leuitaz: uidebant enī multā pecuniā: ingrediebaī scriba regis ⁊ quē pmus sacerdos constituerat: effundebantq; pecuniam que erat in archa. Porro archam reportabant ad locū suū: sicq; faciebāt per singulos dies. Et congregata est infinita pecunia: quā dederūt rex et ioiada his qui pērant operibus domus dñi. At illi cōducebant ex ea cesores lapidū ⁊ artifices operū singulorū: ut instaurarent domū dñi: fabros quoq; ferri et eris: ut qđ cadere ceperat fulcirēt. Egerūtq; hij q̄ operabantur industrie: et obducebaī parietum cicatrix per manus eoz: ac suscitauerunt domū dñi in statum pristinū: et firmiter eam stare fecerūt. Cūq; complessent omnia opera: detulerūt coram rege et ioiade reliquā partem pecunie: de qua facta sunt uasa templi in ministerium ad holocausta: fiale quoq; et cetera uasa aurea et argentea. Et offerebanī holocausta in domo domini iugiter cunctis diebus ioiade. Senuit aūt ioiada plenus dierū et mortuus est cū centūtriginta esset annoz: sepelieruntq; eū in ciuitate dauid cū regibz: eo q̄ fecisset bonū cū israhel ⁊ cū domo eius. Postq; aūt obiit ioiada: ingressi sunt principes iuda: et adorauerunt regem. Qui delinitus obsequijs eorū acquieuit eis. Et dereliquerūt templū domini dei patrū suoz: seruieruntq; lucis et sculptilibz: et facta est ira contra iudā et iherusalē ꝓpter hoc peccatum. Mittebatq; eis ꝓphetas ut reuerterentī ad dominū: quos protestātes illi audire nolebant. Spiritus itaq; dei induit zachariam filiū ioiade sacerdotē: et stetit in cōspectu ppli: et dixit eis. Hec dicit deus. Quare transgredimini preceptū domini quod uobis nō ꝓderit: et dereliquistis dominū ut dereliqueret uos? Qui congregati aduersus eū miserunt lapides iuxta regis imperiū:

in atrio dom9 dñi. Et nō ē recordatus ioas rex misericordie quā fecerat ioiada pater illius secū: sed interfecit filiū eius. Qui cū moreret ait. Videat dñs et requirat. Cūq; evolut9 esset annus ascendit contra eū exercitus sirie: venit q; i iudam et ihrlim et interfecit cūctos principes ppli: atq; uniuersam pdam miserunt regi i damascū. Et certe cum permodicus venisset numerus sirorū tradidit dñs manibz eorū infinitam multitudinē: eo qđ dereliquissent dominū deū pm suorū. Jn ioas quoq; ignominiosa exercuere iudicia: et abeuntes dimiserūt eum in languoribus magnis. Surrexerūt aūt contra eum serui sui i ultionē sanguinis zacharie filij ioiade sacerdotis: et occiderunt eū in lectulo suo et mortuus est: sepelierūt q; illum in ciuitate dauid sed non in sepulcris regum. Jnsidiati vero sunt ei zabad filius semath amanitidis: et iozabath filius semarith moabitidis. Porro filij eius ac summa pecunie que adunata fuerat sub eo: et instauratio domus dei scripta sunt diligentius in libro regum. Regnauit autem amasias filius eius pro eo. C. xxv

Vigintiquinq; annorū erat amasias cū regnare cepisset: et viginti nouem ānis regnauit in ihrusalem. Nomen mris eius ioiaden de ihrusalem. Fecitq; bonū in conspectu domini: veruntamen nō in corde pfecto. Cūq; roboratum sibi videret imperiū iugulauit seruos qui occiderant regē pter suum: sed filios eoz nō interfecit: sicut scriptū ē i libro legis moysi: ubi pcepit dñs dicens. Non occidentur patres pro filijs: neq; filij pro pribz suis: sed unusquisq; in suo peccato morietur. Congregauit igit amasias iudam: et constituit eos per familias: tribunos q; et centuriones i uniuerso iuda et beniamin: et recensuit a viginti ānis sursum: inuenitq; triginta milia iuuenū qui egrederent ad pugnam et tenerent hastam et clipeum. Mercede quoq; conduxit de israhel centū milia robustorum centū talentis argenti. Venit aūt homo dei ad illum et ait. O rex ne egrediatur tecū exercit9 israhel. Nō est enim dñs cum isrl: et cunctis filijs ephraim. Quod si putas in robore exercitus bella consistere: superari te faciet deus ab hostibus. Dei quippe est et adiuuare: et in fugam conuertere. Dixitq; amasias ad hominē dei. Quid ergo fiet de centum talentis que dedi militibus israhel? Et respondit ei homo dei. Habet dñs unde tibi dare possit multo hijs plura. Seperauit itaq; amasias exercitum qui venerat ad eū ex ephraim: ut reuerterentur i locū suū. At illi cōtra iudam vehementer irati: reuersi sunt in regionē suam. Porro amasias cōfidenter eduxit ppm suum: et abijt in vallem salinaz: percussitq; filios seir decem milia. Et alia decem milia virorū ceperunt filij iuda: et adduxerunt ad pruptū cuiusdam petre: precipitauerūtq; eos de summo i preceps: qui uniuersi crepuerūt. At ille exercit9 quē remiserat amasias ne secum iret ad preliū: diffusus i ciuitatibus iuda: a samaria usq; ad bethoron et interfectis tribus milibus diripuit predam magnā. Amasias quoq; post redem ydumeoz et allatos deos filiorū seir statuit illos in deos sibi: et adorabat eos: et illis adolebat incensum. Quā obrem iratus dñs contra amasiam: misit ad illum prophetā qui diceret ei. Cur adorasti deos q nō liberauerūt

populū suū de manu tua? Cunq; hec ille loqueret: respondit ei. Stultum consiliarius regis es? Quiesce ne interficiā te. Descendensq; ppheta: sēo inquit quod cogitauerit dñs occidere te: qui et fecisti hoc malū: et msup nō acquieuisti consilio meo. Igit amasias rex iuda inito pessimo consilio: misit ad ioas filiū ioachaz: filij iehu regē israhel dicens. Veni videamus nos mutuo. At ille remisit nūcios dicēs. Carduus qui est ī libano: misit ad cedrū libani dicens. Da filiā tuā filio meo uxorem. Et ecce bestie que erant ī silua libani: transierūt ⁊ cōculcauerunt carduum. Dixisti percussi edom: ⁊ idcirco erigitur cor tuū in superbiā. Sede in domo tua. Cur malū aduersum te puocas: ut cadas et tu et iudas tecum? Stolluit audire amasias: eo q; dominī esset voluntas: ut traderet in manus hostium ppter deos edom. Ascendit igit ioas rex israhel: ⁊ mutuos sibi pbuere conspectus. Amasias autem rex iuda erat in bethsames iude. Corruitq; iudas coram israhel: et fugit in tabernacla sua. Porro amasiam regē iuda filiū ioas filij ochozie cepit ioas rex israhel in bethsames et adduxit in ihrlm: destruxitq; murū eius: a porta ephraim usq; ad portam āguli quadringētis cubitis. Omne quoq; aurū et argentum: ⁊ uniuersa uasa q̄ repererat ī domo dei: ⁊ apud obededom: in thesauris etiam domus regie: necnō ⁊ filios obsidum: reduxit ī samariam. Vixit autem amasias filius ioas rex iuda postq̄ mortu⁹ est ioas filius ioachas rex israhel quindecim annis. Reliqua aūt sermonū amasie prioz et nouissimorum scripta sunt ī libro regū iuda et israhel. Qui postquā recessit a dño: retenderunt ei insidias in ihrlm. Cunq; fugisset lachis miserūt et interfecerunt eum ibi: reportantesq; super equos sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate dauid. C. xxvi.

Omnis aūt pplus iuda: filiū eius oziam annorū sedecim cōstituit regem pro amasia pre suo. Ipe edificauit ahilat: et restituit eam dicioni iude: postq̄ dormiuit rex cū patribus suis. Sedecim annoz erat ozias cum regnare cepisset: et quinquagintaduobz annis regnauit in ihrlm. Nomen matris eius iecelia de ihrlm. Fecitq; quod erat rectum in oculis dñi iuxta oīa que fecerat amasias pater eius: et requisiuit dñm in diebz zacharie intelligentis: et videntis deum. Cunq; requireret dñm: direxit eū in oībz. Deniq; egressus ē et pugnauit cōtra philistiim: et destruxit murū geth: ⁊ murū iamnie: murūq; azoti. Edificauit q̄ opida ī azoto et philistiim: et adiuuit eum deus cōtra philistiim ⁊ cōtra arabas qui habitabāt in gurbaal: ⁊ cōtra ammonitas. Appendebātq; āmonite munera ozie: et diuulgatū est nomen eius usq; ad introitum egipti. ppter crebras victorias. Edificauit quoq; ozias turres ī ihrlm sup portā anguli: et sup portam uallis: et reliquas in eodem muri latere: firmauitq; eas. Extruxitq; turres in solitudine: et effodit cisternas plurimas: eo quod haberet multa pecora: tam ī campestribz quā in yremi uastitate. Vineas q̄ habuit et vinitores in mōtibus: et ī carmelo. Erat quippe homo agriculture deditꝰ. Fuit aūt exercitus bellatoz eius q̄ procedebāt ad p̄lia sub manu iehiel scribe maasieq; doctoris: et sub manu ananie qui erat de ducibz regis. Omnisq;

numerus principū p familias virox fortium duorū miliū trecentox: et sub eis uniuersus exercitus trecentorū et septem miliū quingentox · q erant apti ad bella: et p rege cōtra aduersarios dimicabāt. Preparauit q; eis ozias id est cuncto exercitui clipeos t hastas· et galeas et loricas·arcusq; t fundas ad iaciendos lapides: t fecit in ihrlm diuersi generis machinas quas ī turribus collocauit·t ī angulis murox: ut mitterent sagittas et saxa grandia. Egressumq; ē nomen eius procul: co q auxiliaretur ei dñs et corroborasset illum. Sed cū roboratus esset eleuatū est cor eius in interitū suum t negligit dñm deū suū: ingressusq; templū dñi adolere voluit incensum super altare thimiamatis. Statimq; ingressus post eum azarias sacerdos·et cum eo sacerdotes dñi octuaginta uiri fortissimi·restiterunt regi: atq; dixerunt. Nō est tui officij ozia·ut adoleas incensū domino: sed sacerdotū hoc est filiorū aaro q cōsecrati sunt ad huiusmodi ministeriū. Egredere de sanctuario·ne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriā hoc a dño deo. Iratusq; ozias t tenens in manu thuribulum ut adoleret incensum: minabatur sacerdotibus. Statimq; orta est lepra·in fronte eius cora sacerdotibus ī domo dñi: supra altare thimiamatis. Cumq; respexisset eū azarias pōtifex·t oēs reliqui sacerdotes · uidetūt lepram in fronte eius: et festinato expulerūt eum. Sed t ipe preterius accelerauit egredi: co q sensisset illico plagā dñi. Fuit igitur ozias rex leprosus usq; ad diem mortis sue: et habitauit ī domo separata·plen? lepra ob quā electus fuerat de domo dñi. Porro ioathan filius ei? rexit domum regis: et iudicauit pplm terre. Reliqua autem sermonum ozie priorum et nouissimorū scripsit ysaias filius amos ppheta. Dormiuitq; ozias cum patribus suis: et sepelierūt eum in agro regalium sepulcrorum eo q esset leprosus: regnauitq; ioathan filius eius pro eo. C· xxvii

Viginti quīq; ānox erat ioathan cum regnare cepisset: et sedecim annis regnauit ī ihrlm. Nomen matris eius iheruſa·filia sadoch. Feciq; quod rectū erat coram dño iuxta oīa que fecerat ozias pater suus: excepto q non est ingressus templū dñi: t adhuc pplus delinquebat. Ipse edificauit portam domꝰ dñi excelsam: et ī muro ophel multa cōstruxit. Urbes quoq; edificauit in montibus iuda: t in saltibus castella et turres. Ipe pugnauit ctra regem filiox ammon·t uicit eum. Dederuntq; ei filij āmon in tempore illo centum talenta argēti: t decem milia choros tritici: ac totidem choros ordei. Hec ei prebuerūt filij ammon·in āno scdo et tercio. Corroboratusq; est ioathan: eo qd direxisset uias suas cora dño deo suo. Reliqua aūt sermonum ioathan et oēs pugne eius·et opera scripta sunt in libro regū israhel et iuda. Viginti quīq; annox erat cū regnare cepisset: et sedecim annis regnauit ī iherusalem. Dormiuitq; ioathan cum patribus suis: t sepelierunt eum in ciuitate dauid: et regnauit achaz filius eius pro eo. C· xxviii·

Viginti ānox erat achaz cū regnare cepisset: et sedecim ānis regnauit in ihrlm. Nō fecit rectum ī cōspectu dñi·sicut dauid pater eius · sed ambulauit in uijs regum israhel: insup t statuas fudit baalim. Ipe ē q adoleuit

dñi dei sui quater in die: z quater con-
fitebant̄·z adorabāt dñm deū suum.
Surrexerūt aūt sup gradū leuitarꝫ io-
sue z bani·et cedmihel·renni·sabnia·
abani·sarebias bani·chanani: et cla-
mauerūt magna voce ad dñm deum
suū. Et dixerūt leuite·iosue·z cedmiel·
bonni·asebia·serebia·arebia·odaia·se-
bna·saraia. Surgite: benedicite dño
deo nro·ab eterno usq; in eternū. Et be-
nedicāt nomini glorie tue excelso: in
oīi benedictione z laude. Tu ipe dñe so-
lus: tu fecisti celū et celū celorꝫ et omne
exercitū eorꝫ·terrā z vniūsa q̄ in ea sūt:
maria z omnia que in eis sunt. Et tu
viuificas oīa hec: z exercitꝰ celi te ado-
rat. Tu ipse dñe deus qui elegisti abrā

et eduxisti eum de igne chaldeorū:et posuisti nomē eius abrahā·⁊ inuenisti cor ei⁹ fidele coram te:⁊ pcussisti cū eo fedus ut dares ei terrā chananei·ethei· uei·⁊ amorrei·⁊ pherezei·⁊ iebusei·et gergesei·ut dares semini ei⁹. Et implesti uerba tua quīa iust⁹ es. Et uidisti afflictionē patrū nrōz in egipto·clamoremq; eoz audisti sup mare rubrū:et dedisti signa et portēta in pharaone· et i uniūsis seruis ei⁹:et in oīm pplo terre illi⁹. Cognouisti enī qa superbe egerāt otra eos:⁊ fecisti tibi nomē·sicut et in hac die. Et mare diuisisti āte eos:⁊ trāsierūt per mediū maris i sicca. Persecutores aūt eoz pecipisti in pfundū quasi lapidē i aquas ualidas:⁊ in columna nubis ductor eoz fuisti p die· et in colūna ignis per nocte:ut appareret eis uia per quā ingrediebant. Ad mōtē q; synai descendisti:et locut⁹ es cū eis de celo:⁊ dedisti eis iudicia recta et legē ueritatis·cerimonias·⁊ pcepta bona. Et sabbatū sanctificatū tuū ostendisti eis:⁊ mādata ⁊ cerimonias ⁊ legē pcepisti eis in manu moysi serui tui. Panē q; de celo dedisti eis i fame eoz:⁊ aquā de petra eduxisti eis sitientibus. Et dixisti eis ut ingrederent̄ ⁊ possiderēt terrā:sup quā leuasti manū tuam ut traderes eis. Ip̄i uero ⁊ pres nri superbe egerūt·⁊ indurauerunt ceruices suas:⁊ nō audierūt mādata tua:⁊ noluerūt audire:et nō sunt recordati mirabiliū tuoz q; feceras eis. Et indurauerūt ceruices suas:⁊ dederūt caput ut cōuertereñ ad seruitutē suā ꝯsi per contentionē. Tu aūt de⁹ pmptus clemēs et misericors lōganimis ⁊ multe miserationis:nō dereliquisti eos. Et quidem cū fecisset sibi uitulū oflatilē et dixisset· iste est de⁹ tuus q; eduxit te de egipto· fecerunt; blasphemias magnas:tu aūt in miserationibus tuis multis non dimisisti eos i deserto. Colūna nubis nō recessit ab eis per die·ut duceret eos in uia:⁊ colūna ignis p nocte:ut ostenderet eis iter per qđ ingrederent̄. Et spiritū tuū bonū dedisti q̄ doceret eos:et manna tuū nō pphibuisti ab ore eoz: et aquā dedisti eis in siti. Quadraginta ānis pauisti eos i deserto:nichilq; eis defuit. Uestimēta eorū nō inueterauerūt:et pedes eoz nō sunt attriti. Et dedisti eis regna ⁊ pplos:et partie⁹ es ꝯ sortes. Et possederūt terrā seon·et terrā regis esebon: et terrā og regis basan. Et mltiplicasti filios eoz sicut stellas celi:⁊ adduxisti eos ad terrā de qua dixeras pribus eoz ut ingrederent̄ et possiderēt. Et uenerūt filij:⁊ possederūt terrā. Et humiliasti coram eis habitatores terre chananeos:et dedisti eos in manu eoz·et reges eoz · et pplos terre:ut facerēt eis sicut placebat illis. Ceperūt itaq; urbes munitas·et humū pinguē: et possederūt domos plenas cūctis bonis·cisternas ab alijs fabricatas: uineas et oliueta·⁊ ligna pomifera multa. Et comederūt ⁊ saturati sunt·⁊ impinguati sunt et abundauerūt delicijs in bonitate tua magna. Prouocauerūt aūt te ad iracūdiā·⁊ recesserūt a te: et pecerūt legē tuā post terga sua. Et prophetas tuos occiderūt q̄ ꝛestabāt eos ut reuerterent̄ ad te: fecerūtq; blasphemias grādes. Et dedisti eos i manū hostiū suoz:⁊ afflixerūt eos. Et in te tribulatōnis sue clamauerūt ad te: et tu de celo audisti·et scdm miserationes tuas multas. Dedisti eis saluatores: q̄ saluarēt eos de manu hostium suoz. Cūq; requieuissent reuersi sūt ut facerent malum in cōspectu tuo:et

dereliquisti eos in manu inimicoꝝ suoꝝ: et possederūt eos. Conuersiq; sūt et clamauerūt ad te. Tu aūt de celo exaudisti ⁊ liberasti eos ī misericordijs tuis multis tēporibꝫ: ⁊ cōtestat⁹ es eos ut reūterent ad legē tuā. Ipsi vero superbe egerūt: ⁊ nō audierūt mādata tua. et in iudicijs tuis peccauerūt: q̄ faciet ho-mo et viuet in eis. Et dederūt humerꝫ recedētē: ⁊ ceruicē suā indurauerūt: nec audierūt. Et prorogasti sup eos ānos multos: et obtestat⁹ es eos ī spiritu tuo per manū pphetaꝝ tuoꝝ: et nō audierūt: ⁊ tradidisti eos in manū popꝝ terrarū. Tu miserationibꝫ aūt tuis plurimis nō fecisti eos ī cōsumptionē: nec dereliquisti eos: quīa deꝰ miserationū et clemēs es tu. Fūr magꝰ deꝰ noster: magne fortis et terribilis custodiens pactū et misericordiam: ne auertas a facie tua omnē laborē q̄ inuenit nos. reges nr̄os. principes nr̄os. ⁊ sacerdotes nostros. ⁊ pphetas nr̄os. ⁊ pr̄es nr̄os. et omnē pplm tuum: a diebꝫ regis assur usq; ī diē hāc. Et tu iust⁹ es in oīb⁹ q̄ venerūt sup nos. q̄a veritatē fecisti: nos aūt impie egim⁹. Reges nr̄i. principes nostri. sacerdotes nr̄i. ⁊ pr̄es nr̄i. nō fecerūt legē tuā: ⁊ nō attenderūt mādata tua ⁊ testimonia tua q̄ testificaris es in eis. Et ipi ī regnis suis bonis. ⁊ in bonitate tua mīa quā dederas eis. et in terra latissima et pīngui quā tradideras ī aspectu eoꝝ. nō fuerūt tibi: nec reūsi sunt a studijs suis pessimis. Ecce nos ipsi hodie sumꝰ: et terra quā dedisti patribꝫ nr̄is ut comederēt panē eiꝰ ⁊ q̄ bona sunt eiꝰ: ⁊ nos ipsi sumꝰ in ea. Et fruges eiꝰ multiplicātur regibꝫ q̄s posuisti sup nos ꝓpter peccata nr̄a: ⁊ corporibꝫ nr̄is dominātur ⁊ iumētis nr̄is sēm voluntatē suā:

et in tribulatōne magna sumꝰ. Sup oīb⁹ ergo hijs nos ipi pcutim⁹ fedꝰ et scribimus: et signant principes nostri: leuite nr̄i ⁊ sacerdotes nostri. Ex.

Signatores aūt fuerūt. neemias athersatha. filiꝰ achelai: ⁊ sedechias. saraias. azarias. ieremias. phesur. amarias. melchias. ateꝰ sebenia. mellus maaram. merimuth. obdias. daniel. genton. baruch. mosollā. abiamiamin. maazia. belga. semeia. hij sacerdotes. Porro leuite. iosue filiꝰ azarie. bennui de filijs enadad. cedmihel. et fratres eoꝝ: sechenia. odeuia. celita. phalaia. anan. micha. roob. asebia. zacchur. serebia. sabania. odia. baniibaninu. Capita pli. feros. phemoab. elam. zethu. bani. bonni. azgad. bebai. adonaya. beggoai. adin. ather. ezechia. azur. odeuia. asum. besai. arephanathot. nebai. mechphia. mosollā. azir. mesizabel. sadoch. ieddua. felthia. anan. ania. osee. ananias. asub. aloes. phaleam. sobech. reū. asebna. madsiaethaia. hanan anan melluch arem. baana: ⁊ reliqui de pplo. Sacerdotes. leuite. ianitores. ⁊ cantores. nathinnei. et oīes qui se separauerūt de pplis terrarū ad legem dei. uxores eoꝝ. filij eorū. ⁊ filie eoꝝ. oīes q̄ poterant sapere spondentes pro fratribꝫ suis: optimates eoꝝ. et q̄ veniebāt ad pollicendum. et iurādū. ut ābularēt in lege dñi quā dederat ī manu moysi serui dei: ut facerent ⁊ custodirēt vniuersa mādata dñi dei nr̄i. et iudicia eiꝰ. ⁊ cerimonias eiꝰ: et ut nō daremꝰ filias nr̄as pplo terre: et filias eoꝝ nō acciperemꝰ filijs nr̄is. Populi q̄; terre qui imporāt venalia. et omnia ad usum per diē sabbati ut vendāt: nō accipiemꝰ ab eis in sabbato. et in die sanctificato. Et dimittemꝰ

annū septimū:ꝛ exactionē uniuſe manus. Et ſtatuem⁹ ſup nos p̄cepta · ut dem⁹ tertiā partē ſicli per ānū ad op⁹ dom⁹ dei nr̄i:ad panes p̄poſitionis·ꝛ ad ſacrificiū ſempiternū·et in holocauſtū ſempiternū in ſabbatis ī kalendis· in ſolēnitatibꝫ·ꝛ in ſāctificatis·et pro peccato·ut exoret̄ pro iſrl:ꝛ in omnē uſum dom⁹ dei nr̄i. Sortes ergo miſimus ſup oblatōnē liguoꝝ inter ſacerdotes ꝛ leuītas et p̄plm·ut inferrent̄ in domū dei nr̄i per domos patrū nr̄oꝝ p̄ tēpora a tēporibꝫ āni uſq; ad ānū: ut arderet̄ ſup altare dñi dei nr̄i·ſicut ſcriptū ē in lege moyſi. Et ut afferem⁹ primogenita terre nr̄e·et primitiua uniuſ fruct⁹ oīm̄is ligni·ab āno ī ānū· in domo dñi:ꝛ primitiua filioꝝ nr̄oꝝ et pecoꝝ nr̄oꝝ ſicut ſcriptū ē in lege: et primitiua boū nr̄oꝝ et ouiū nr̄aꝝ·ut offerrent̄ ī domo dei nr̄i ſacerdotibꝫ q̄ miniſtrāt ī domo dei nr̄i. Et primitias cibꝫ nr̄oꝝ·ꝛ libaminū nr̄oꝝ·ꝛ poma oīm̄is ligni·uindemie q; et olei afferemus ſacerdotibꝫ ad gazophilaciū dei nr̄i:ꝛ decimā partē terre nr̄e leuitis. Ip̄i leuite decimas accipiēt ex oīm̄ibꝫ ciuitatibus operū nr̄oꝝ. Erat aūt ſacerdos filiꝰ aaron cū leuītis in decimis leuitarū:ꝛ leuite offerēt decimā partē decime ſue in domo dei nr̄i ad gazophilatium in domo theſauri. Ad gazophilaciū enī deportabūt filij iſrl·ꝛ filij leui primitias frumēti ꝛ uini ꝛ olei:ꝛ ibi erunt uaſa dñi ſanctificata·et ſacerdotes ꝛ cātores ꝛ ianitores ꝛ miniſtri:et nō dimittemus domum dei nr̄i. ℭ xi·

Habitauerūt aūt principes p̄pli in iheruſalem. Reliqua uero plebs miſit ſortem·ut tolleret unā partē de decē q̄ habitaturi eſſent in iheruſalem ciuitate ſancta:nouē uero partes ī ciuitatibꝫ.

Benedixit aūt p̄plus oīm̄ibus uiris q̄ ſe ſponte obtulerāt ut habitarēt in iheruſalē. Hij ſunt itaq; principes p̄uincie q̄ habitauerūt in iheruſalē ꝛ in ciuitatibus iuda. Habitauit autem unuſquiſq; in poſſeſſione ſua in urbibus ſuis iſrl:ſacerdotes·leuite·nathinnei· et filij ſuoꝝ ſalomonis. Et in iheruſalem habitauerunt de filijs iuda:et de filijs beniamin. De filijs iuda:athaias filius aziam · filij zacharie · filij amarie · filij ſaphatie · filij malaleel. De filijs phares:iſmaasia · filius baruch·filius coloza · filius azia · filius adaya·filius ioarib · filius zacharie· filius ſilonites. Omnes filij phares qui habitauerūt ī iheruſalē: quadringenti ſexaginta nouem uiri fortes. Hij ſunt aūt filij beniamin. Sellū filius moſollam·filius ioed·filiꝰ phadaia· filius colaia·filiꝰ maſia · filiꝰ ethiel·filius yſaia. Et poſt eum gebbai ſellai: nongenti uiginti octo. Et ioel filius zechri p̄poſitꝰ eoꝝ:ꝛ iudas filiꝰ ſenua ſup ciuitatē ſecūdꝰ. Et de ſacerdotibus idaia filius ioarib·iachin·ſaraia filius helchie · filiꝰ moſollā·filiꝰ ſadoch· filiꝰ meraioth · filiꝰ ahitob principes dom⁹ dei:ꝛ fratres eoꝝ faciētes opera templi·octingēti uiginti duo. Et adaia· filius ieroam·filius phaleia filiꝰ amſi· filiꝰ zacharie·filiꝰ phaſſur·filiꝰ melchie· et fratres eius principes p̄m:ducenti quadraginta duo. Et amaſai · filiꝰ azrihel·filiꝰ azi·filiꝰ moſollamoth·filius emmer·ꝛ fratres eoꝝ potentes nimis· centum uiginti octo: et prepoſitus eorū· zabdihel filius potentū. Et de leuitis: ſebenia filiꝰ aſob·filiꝰ azaricam · filiꝰ aſabia·filiꝰ boni·ꝛ ſabathai · et iozabeth · ſup omnia opera q̄ erāt foris ecus in domo dei a principibꝫ leuitaꝝ.

Et mathania filiꝰ micha·filiꝰ zebedei filiꝰ asaph ꝓceps ad laudādū·z ad cōfitendū i oratōne:z bechecias ſcōs de frībz eiꝰ:et abda filiꝰ ſamuha·filiꝰ galal·filiꝰ ydithun. Oēs leuite in ciuitate ſācta: ducēti octogīta ūnor. Et ianitores:accub telmon·z fratres eor q̄ cuſtodiebāt hoſtia·centū ſeptuaginta duo. Et reliqui ex iſrl ſacerdotes·et leuite in uniūſis ciuitatibz iuda·unuſquiſq; in poſſeſſione ſua:z nathinnei q̄ habitabāt i ofel·z ſyaha·z gaſpha. De nathinneis·z epiſcopis leuitaꝝ in ihrlm:azzi filiꝰ banni·filiꝰ aſabie·filiꝰ mathanie·filiꝰ miche. De filijs aſaph: cātores in miniſterio domꝰ dei. Preceptū quippe regis ſup eos erat:et ordo in cātoribz p dies ſingl'os:et fathaia filiꝰ meſezebel·de filijs zara·filij iuda in manu regis iuxta oīe uerbū ꝑſi: et i domibz per omnes regiones eor. De filijs iuda habitauerūt i cariatharbe·z in filiabz eiꝰ·et in dibon·et i filiabus eiꝰ·z in capſeel·z in uicis eiꝰ:z in ieſue·z in molada·z in bethfaleth·et i aſerſual·z in berſabee z in filiabz eiꝰ:z in ſiceleth et i mochona·et i filiabz eiꝰ: z in remmon·z in ſara·z in ieremuth· zonoa·odollā·z in uillis eaꝝ:lachiſ· et in regionibz eiꝰ·azecha et in filiabz eius. Et māſerūt in berſabee uſq; ad vallē ennon. Filij aūt beniamin·a geba·mechmas·et hai·et bethel·et filiabus eius:anathot·nob·anana·aſora·rama·gethai·madid·ſeboim·nebal·lath·et ono ville artificum:et de leuitis·portiones iude z beniamin.

Hij ſunt aūt ſacerdotes z leuite·q̄ aſcenderūt cū zorobabel filio ſalathiel·et ioſue: ſaraia·ieremias·eſdras·amaria·melluch·accꝰ·ſechenias·reum·meremuth·addo·genthon·abya·miamin·madia·belga·ſemeia·et ioarib·z ydaia·ſellū·amoch·elcia·adaia. Iſti principes ſacerdotū z frēs eoꝝ in diebz ioſue. Porro leuite·ieſua·bennui·redmihel·ſarabia·iuda·mathanias·ſup ymnos ipi z frēs eoꝝ:et bechecia·atq; ethanni·z frēs eoꝝ unuſquiſq; in officio ſuo. Ioſue aūt genuit ioachim·et ioachim genuit eliaſib· et eliaſib genuit ioiada:z ioiada genuit ionathan·et ionathan genuit ieddua. In diebz aūt ioachim erāt ſacerdotes·principes familiaꝝ ſaraie·maarie·ieremie·ananie·eſdre·moſollā· amarie·iohannan·melico·ionathan· ſebenie·ioſeph·aran·edna·maraioth· elci·adaie·zacharie·genthon·moſollam·abie·zechri·miamin·z moadie· elci·belge·ſammua·ſemeie·ioathan· ioarib·mathanai·iodaie·azzi·ſellaie celaia·morchober·elchie·aſebie·ydaie· nathanahel. Leuite in diebz eliaſib·et ioiada·et ionathan·et ieddoa·ſcripti principes familiaꝝ z ſacerdotes in regno darij perſe. Filij leui principes familiaꝝ ſcripti in libro verboꝝ dierꝝ: et uſq; ad dies ionathan·filij eliaſib. Et principes leuitaꝝ·aſebia·ſerebia·et ieſue filiꝰ redmihel·z frēs eoꝝ p vices ſuas: ut laudarēt·et cōfiterent iuxta p̄ceptū dauid viri dei:z obſeruarēt eque p ordinem. Mathania·z bechecia·z obdia· moſollam·thelmon·accub·cuſtodes portarum·et veſtibulorꝝ ante portas. Hij i diebz ioachim filij ioſue·filij ioſedech:et in diebus neemie duris·et eſdre ſacerdotis ſcribeq;. In dedicatione aūt muri ihrūſalē·req̄ſierūt leuitaſ de oīibz locis ſuis ut adducerēt eos in ihrlm·z facerent dedicationē et letitiā·i actōne gratiaꝝ·et cātico·et i cymbalis·pſalteriis et citharis. Cōgregati

sunt aũt filij cãtoꝝ·ꝛ de cãpestribꝫ circa
ihrlim·ꝛ de villis netuphati·ꝛ de domo
galgal·et de regionibꝫ geba·ꝛ azma-
uetḣ:qñ villas edificauerũt sibi cãto-
res ĩ circuitu ihrlim. Et mũdati sunt sa-
cerdotes ꝛ leuite:et mũdauerũt pp̃lm·
et portas ꝛ murũ. Ascendere aũt feci
principes iuda sup muꝝ:et statui du-
os magnos choros laudãtiũ. Et ie-
runt ad dexterã sup muꝝ ad portã ster-
quilinj. Et iuit post eos osaias·ꝛ me-
dia pars principũ iuda: et azarias·
esdra·ꝛ mosollã·iuda·ꝛ beniamin·ꝛ
semeia·ꝛ iheremia. Et de filijs sacerdo-
tũ in tubis:zacharias filiꝰ ionathan·
filiꝰ semeie·filiꝰ mathanie·filiꝰ micha-
ie·filiꝰ zechur·filiꝰ asaph: ꝛ frēs eiꝰ se-
meia·et azarel·malalai·galalai·ma-
ai·nathanahel·ꝛ iuda·ꝛ anani·in va-
sis cãtici dauid viri dei:ꝛ esdras scriba
ãte eos ĩ porta fontis. Et cõtra eos as-
cenderũt ĩ gradibꝫ ciuitatis dauid·in
ascensu muri sup domũ dauid:ꝛ usq;
ad portã aquaꝝ ad orientẽ. Et chorꝰ
scõs gratias referentiũ ibat ex adũso·
et ego post eũ:et media pars pp̃li sup
murũ·ꝛ sup turrim furnoꝝ·ꝛ usq; ad
murũ latissimũ·ꝛ sup portã ephraim·
et sup portã ãtiquã·ꝛ sup portã pisci-
um ꝛ turrim ananehel·ꝛ turrim emat·
et usq; ad portã gregis:ꝛ steterũt ĩ pue-
ra custodie. Steteruntq; duo chori lau-
dantiũ ĩ domo dei:ꝛ ego et dimidia
pars magistratuũ mecũ. Et sacerdotes·
eliachim·maasia miamin·michea·e-
lioenai·zacharia·ꝛ anania ĩ tubis:ꝛ
maasia·ꝛ semeia·ꝛ eleazar·ꝛ azi·ꝛ io-
hannan·et melchia·ꝛ elam·et ezer. Et
dare recinerũt cãtores:ꝛ iezraia ꝓpositus. Et immolauerũt in die illa victi-
mas magnas:et letati sũt. Deus enĩ
letificauerat eos letitia magna. Sed
et uxores eoꝝ et liberi gauisi sũt: ꝛ au-
dita ẽ letitia ihrlim procul. Recensuerũt
q̃ in die illa uiros sup gazophilacia
thesauri ad libamina·ꝛ ad primitias·
et ad decimas·ut introferẽt p eos pri-
cipes ciuitatis ĩ decore gratiaꝝ actio-
nes sacerdotes ꝛ leuitas: qa letificaꝰ
est iuda ĩ sacerdotibꝫ·ꝛ leuitis astãtibꝫ.
Et custodierũt obseruationẽ dei sui· et
obseruationẽ expiationis: ꝛ cãtores et
ianitores· iuxta pceptũ dauid et salo-
monis filij eiꝰ: quia ĩ diebꝫ dauid et a-
saph ab exordio erãt principes astitu-
ti cãtoꝝ in carmine laudãtiũ et ostenti-
uũ deo. Et omis isrl ĩ diebꝫ zorobabel
et in diebus neemie dabant partes cã-
toribus et ianitoribus per dies sin-
gulos:et sanctificabant leuitas:ꝛ leui-
te sanctificabãt filios aaron. Cxm·
n die aũt illo lectum est in uolumine
moysi: audiẽte pp̃lo. Et inuẽtũ est scri-
ptum in eo qꝺ nõ debeãt introire am-
monites ꝛ moabites ĩ ecclesiã dei usq;
in eternũ eo qꝺ nõ occurrerint filijs isrl
cũ pane ꝛ aqua:et cõduxerũt adũsum
eos balaã ad maledicendũ eis:ꝛ ouit
deꝰ noster maledictionẽ in benedictio-
nẽ. Factũ ẽ aũt cũ audissent legẽ: sepa-
rauerũt omnẽ alienigenã ab isrl. Et
sup hoc erat eliasib sacerdos q̃ fuerat
ꝓpositus in gazophilacio domꝰ dei
nr̃i:ꝛ proximꝰ tobie. Fecit ergo sibi ga-
zophilacũ grande:ꝛ ibi erãt ãte eũ re-
ponẽtes munera ꝛ thus·ꝛ uasa·ꝛ deci-
mã frumẽti·uini ꝛ olei:partes leuitarũ
et cãtoꝝ ꝛ ianitoꝝ ꝛ primitias sacerdo-
tales. In omnibꝫ aũt hijs nõ fui ĩ iheru-
salẽ: qa ĩ ano tricesimosecũdo artarxer-
sis regis babilonis veni ad regẽ. Et ĩ
fine dieꝝ rogaui regẽ·et veni in iheru-
salẽ. Et intellexi malũ qꝺ fecerat helia-
sib tobie:ut faceret ei thesaurũ ĩ uestibꝫ

dom⁹ dei:⁊ malū mihi vsū ē valde. Et
ꝓiecī vasa dom⁹ tobie foras de gaza-
philatio:ꝓcepiq; et emūdauerūt gaza-
philatiū. Et retuli ibi vasa dom⁹ dei-sa-
crificiū ⁊ thus. Et cognoui qꝫ partes le
uitaꝝ nō fuissēt date:⁊ fugisset vnusq̄s-
qꝫ ī regionē suā de leuitis ⁊ cātoribꝫ ⁊ de
hijs q̄ ministrabāt:⁊ egi causā adūsū
magistratū⁹-⁊ dixi. Quare derelictū⁹ do-
mū dei? Et agregaui eos:⁊ feci stare ī
statonibꝫ suis. Et oīs iuda apportа-
bat decimā frumēti-vini-⁊ olei-ī hor-
rea. Et ꝺstituim⁹ sup horrea seleuciā sa-
cerdotē-⁊ sadoch scribā-⁊ fadaiā de le-
uitis:et iuxta eos anan filiū zacchur
filiū mathanie-qm̄ fideles cōprobati
sūt:⁊ ipis credite sunt partes fratꝫ suo-
rū. ℣Memento mei de⁹ me⁹ ꝑ hoc:⁊ ne
deleas miserationes meas q̄s feci in
domo dei mei ⁊ ī cerimonijs ei⁹. ℣In die-
bus illis vidi ī iuda calcātes torcl'aria
ī sabbato: portātes aceruos ⁊ onerā-
tes sup asinos vinū ⁊ uuas-⁊ fic⁹ ⁊ o-
mne on⁹: ⁊ inferētes ī ihrlim ī die sab-
bati. Et ꝺtestat⁹ sum ut ī die qua ven-
dere liceret-venderēt. Et tirij habitaue-
rūt ī ea:inferētes pisces-⁊ oīa uena-
lia. Et vendebāt ī sabbatis filijs iuda
⁊ ihrlim. Et obiurgaui-optimates iu-
da:⁊ dixi eis. Que ē hec res mala quā
vos facitis:⁊ ꝓphanatis die sabbati?
℣Nūq̄d nō hec fecerūt pres nri:⁊ addu-
xit de⁹ noster sup nos oīe malū hoc-
⁊ sup ciuitatē hāc? Et vos additis ira-
cūdiā sup isrl:violādo sabbatū. ℣Factū
est aūt cū quieuissent porte ihrlim die
sabbati:dixi-⁊ clauserūt ianuas:⁊ ꝓce-
pi ut nō aperirēt eas usq; post sabba-
tū. Et de pueris meis ꝺstitui sup portas:
ut null⁹ inferret onus die sabbati. Et
mānserūt negociatores ⁊ vēdētes vnūs-
la venalia foris ihrlim semel ⁊ bis:et
cōtestat⁹ sū eos:⁊ dixi eis. Quare ma-
netis ex aduso muri? Si sedo hoc fece-
ritis:manū mittā ī vos. Itaq; ex tpe il-
lo nō venerūt ī sabbato. Dixiq; leuitis
ut mūdarent̄ ⁊ venirēt ad custodiēdas
portas:⁊ sanctificādā die sabbati. Et
pro hoc ergo memēto mei de⁹-⁊ parce
mihi secundum multitudinem mise
rationū tuarū. Sed ⁊ in diebus illis
vidi iudeos ducētes vxores azotidas-
āmonitidas ⁊ moabitidas. Et filij eoꝝ
ex media parte loquebāt azotice:⁊ ne-
sciebāt loqui iudaice:⁊ loquebāt iuxta
linguā ꝓpl'i:⁊ ꝓpl'i. Et obiurgaui eos:
et maledixi. Et cecidi ex eis viros et de-
raluaui eos:⁊ adiuraui ī deo ut nō da-
rent filias suas filijs eoꝝ:⁊ nō accipe-
rēt de filiabꝫ eoꝝ filijs suis-⁊ sibimet
ipis dicēs. ℣Nūquid nō in hijsmo-
di peccauit salamon rex isrl? Et certe
in gentibꝫ multis-non erat rex similis
ei:et dilectus deo suo erat:et posuit eū
deus regem sup omnē israhel. Et ipm
ergo duxerunt ad peccatū mulieres a-
lienigene. ℣Nunquid et nos inobedie-
tes faciem⁹ oīe malū grāde hoc-ut
p̄uaricem⁹ ī deo nro:⁊ ducam⁹ vxores
peregrinas? De filijs aūt ioiada filij
eliasib sacerdotis magni-gener erat
sanaballath oronitis: que fugaui a
me. ℣Recordare dne deus meus aduer-
sum eos qui polluūt sacerdotiū:⁊ fuq;
sacerdotale ⁊ leuiticum. ℣Igitur mun-
daui eos ab oīnibꝫ alienigenis: et cō-
stitui ordines sacerdotū et leuitarum
unūquenq; in ministerio suo:⁊ in ob
latione lignorū in temporibꝫ ꝺstitutis
et ī primitijs. ℣Memēto mei de⁹ me⁹ ī
bonum. Amen. Explicit nee
mias ℣

Incipt liber esdre 2ª

C. primu.

IT fecit iosias pascha in iherosolimis dño: et immolauit phase quarta decima luna primi mensis: statuens sacerdotes per vices diecū stolis amictos in tēplo dñi. Et dixit leuitis sacris suis israhel: ut sanctificarent se dño in positione sancte arche dñi in domo quā edificauit salomon filiꝰ dauid reꝝ. ſNō erit vobis tollere sup humeros eā. Et nūc deseruite dño vro z curā agite gentis illiꝰ isral' reꝝ parte scdm pagos z tribus vras secundū scripturā dauid regis isral' et secundū magnificētiā salomonis filij eius: oēs in templo et secūdū particulā principatꝰ paternā vram eoꝝ qui stant in cōspectu fratrū filioꝝ isral'. Immolate pascha: z sacrificia parate fratribus vris: et facite scdm p̄ceptū dñi qđ datū est moysi. Et donauit iosias in plebē que inuēta est omnū agnoꝝ et hedorū z caprarū triginta milia: vitulos tria milia. Hec de regalibz data sunt scdm promissionē ppō et sacerdotibz in pascha: oues numero duo milia: ac vituli centū. Et iechonias z semeias et nathanael fratres z asabias z ozihel et coraba in phase oues quinq; milia: vitulos quingentos. Et hec cum fierent elegantes: steterūt sacerdotes et leuite habentes azima per tribz. Et secundū partes principatꝰ patrū in cōspectu ppli offerebāt dño: scdm ea que in libro moysi scripta sunt. Et assauerūt phase igni prout oportebat: z hostias coxerūt in emolis z in ollis cum benivolentia. Et attulerūt oīnibz qui erant ex plebe: z post hec parauerunt sibi z sacerdotibus. Sacerdotes enim offerebāt adipes usq; dum finita esset hora: z leuite parauerūt sibi z fratribz suis filijs aaron. Et sanctificatores filias offerebāt scdm ordinē scdm preceptū dauid z asaph: z zacharias z iedithus qui erat a rege z hostiarij per singulas ianuas: ita ut nō p̄uaricaret unusquisq; suā. Fratres enī eoꝝ parauerūt illis. Et ꝺsummata sunt que pertinebant ad sacrificiū dñi. In illa die egerūt phase: z offerebāt hostias sup dñi sacrificiū scdm preceptū regis iosie. Et egerūt filij isral' qui inuēti sunt in tp̄e illo phase: z diē festū azimoꝝ per dies septem. Et nō est celebratū phase tale in israhel a temporibus samuel prophete: z oēs reges isral' nō celebrauerūt tale pascha quale egit iosias z sacerdotes z leuite z iudei z oēs isral' qui inuenti sunt in cōmoratione iherosolimis. Octauodecimo āno regnāte iosia celebratū est phase. Et directa sunt opera iosie in ꝺspectu dñi sui in corde pleno metuentis: et que circa illum quidē cōscripta sunt in pristinis temporibz de eis qui peccauerūt quiq; irreligiosi fuerūt in dñm pre oēm gente: et qui nō quieuerūt verba dñi super israhel. Et post oēm actū hūr iosie ascendit pharao reꝝ egipti veniens in carchamis abicere sup eufraten: et exiit i obuiā illiꝰ iosias. Et misit reꝝ egipti ad iosiam dicens. Quid mihi et tibi est reꝝ iude ? ſNon sum missus a dño. Super eufraten enī bellū meū est. ſFestinās descende. Et nō est reuersus iosias sup currū: sed expugnare eū conabat: nō attendēs verbū ꝓphete ex ore dñi: sed ꝺstituit ad eū bellū in cāpo mageddo. Et descenderūt principes ad regem iosiā. Et dixit reꝝ pueris suis. ſAmouete me a prelio. Infirmatꝰ sum

B

cti valde. Et statim amouerūt eū pu-
eri ipsius de acie. Et ascendit sup currū
secundariū suū: et perueniens ihērosoli-
mā vita functꝰ est: ⁊ sepultus est in pa-
terno sepulcro. Et in tota iudea luge-
bāt iosiam: ⁊ qui p̄sidebāt cū vxoribꝫ
lamētabāt eū usqꝫ in hūc diē. Et datū
est hoc fieri semp in om̄e genꝰ isrl'. Hec
aūt p̄scripta sunt in libro historiaꝝ re-
gū iude: et singl'a gesta· actus iosie et
eiꝰ gloria· ⁊ intellectꝰ eius in lege dn̄i:
quia eque gesta sunt ab eo ⁊ que non
scripta sunt i libro regū isrl' ⁊ iude. Et
assumētes qui erāt ex gente iechoniā
filiū iosie ꝯstituerūt regē pro iosia p̄re
suo· cū esset annorū triginta triū: et re-
gnauit sup isrl' mēsibꝫ tribꝫ. Et amo-
uit eū rex egipti ne regnaret ī ihērosolimis: ⁊ mulctauit gentē argenti talē-
ta centū: et auri talētū unū. Et ꝯstituit
rex egipti regē ioakim fratrē ipsius re-
gem iude et ihērusalē: ⁊ alligauit ma-
gistratꝰ ioachin zaracelem fratrē su-
um: ⁊ apprehēdēs reduxit egiptū. An-
norū erat ioakim vigintiquinqꝫ cū re-
gnare cepisset ī terra iuda ⁊ ī ihērusalē:
et fecit malū in ꝯspectu dn̄i. Post hūc
aūt ascendit nabuchodonosor rex ba-
bilonis: ⁊ alligās eū in aureo vinclo
p̄duxit in babiloniā: ⁊ sacra vasa do-
mini accepit nabuchodonosor· et tu-
lit· ⁊ ꝯsecrauit in templo suo in babi-
lonia. Mā de immūdicia illiꝰ· ⁊ irreli-
giositate scriptū ē in libro temporū re-
gum. Et regnauit ioachin filius eius
pro eo. Cū aūt ꝯstituꝰ est erat annoꝝ
octo. Regnauit aūt mēses tres et dies
decē in ihērusalē: ⁊ fecit malū in ꝯspe-
ctu dn̄i. Et post ānū mittēs nabucho-
donosor trāsmigrauit eū babiloniā
simul cū sacris vasis dn̄i: et ꝯstituit
sedechiam regem iuda ⁊ ihrlm· cū esset
annoꝝ vigintiunius. Regnauit aūt
annis vndecim. Et fecit malū in ꝯspe-
ctu dn̄i: ⁊ nō est veritꝰ a verbis que di-
cta sunt ab ihēremia ꝓpheta ex ore do-
mini. Et adiuratꝰ a rege nabuchodo-
nosor periurans discessit: et indurata
ceruice sua· ⁊ corde suo· trāsgressus est
legitima dn̄i dei isrl'. Et duces ppl'i dn̄i
multa inique gesserūt et impie egerūt
sup om̄es immūdicias gentiū: ⁊ pol-
luerūt templū dn̄i qđ sanctū erat ī ihē-
rosolimis. Et misit deus patrē suorū
per angelū suū reuocare eos: propter
qđ parceret illis ⁊ tabernaclo suo. Ipi
vero subsannabāt in angelis suis: et
qua die locutꝰ est dn̄s erāt illudentes
prophetis eiꝰ. Qui usqꝫ ad iracundiā
ꝯcitatꝰ est· super gentē suā ꝓpter irreli-
giositatē suā: et p̄cepit ascendere reges
chaldeoꝝ. Hij occiderūt iuuenes eorū
in gladio· ī circuitu sancti templi eoꝝ:
et nō pepercerūt iuueni ⁊ seni· et virgi-
ni ⁊ adolescenti: sed om̄es traditi sunt
in manus ipoꝝ ⁊ om̄ia sacra vasa do-
mini· et regales apothecas resumētes
tulerūt in babiloniā: ⁊ incenderūt do-
mū dn̄i ⁊ demolierūt muros ihērusa-
lem: ⁊ turres eiꝰ incenderūt in igne. Et
ꝯsummauerūt om̄ia honorifica eiꝰ: et
ad nichilū redigerūt: ⁊ reliquos a gla-
dio in babilonē· et erant fui illiꝰ usqꝫ
dum regnarēt perse· in repletione ver-
bi dn̄i ī ore ihēremie: quousqꝫ benigne
ageret terra sabbata sua. Omni tempo-
re desertionis sue sabbatizauit in ap-
plicatione annorū septuaginta. E I

Regnante cyro rege persaꝝ in con-
summatōne verbi dn̄i in ore ihē-
remie· suscitauit dn̄s spiritū cyri regis
persaꝝ: et p̄dicauit in toto regno suo
simul per scripturā dicēs. Hec dicit cy-
rus rex persarū. Me constituit regem

orbi terrarū dñs ist' dñs excelsus: et si-
gnificauit michi edificare domū sibi
in ihrlim que est in iudea. Si quis est
ex genere vro: dns ipi9 ascendat cū eo
in iherusalē. Quotquot ergo circa lo-
ca habitāt adiuuēt eos q̄ sunt in loco
ipso ī auro ⁊ argento in datonibz cū
equis ⁊ iumētis: cūq; alijs que scdm
vota apponūtur in edem dñi que est
in ihrlim. Et stantes principes tribuū
pagoz ⁊ iudee ex tribu beniamin ⁊ sa-
cerdotes et leuite · quos excitauit dns
ascendere et edificare domū dñi que ē
in ihrlim: ⁊ qui erāt in circuitu eoz ad-
iuuerūt in omī auro et argento ei9 et
iumentis ⁊ votis quā pluribz: multi
quorū sensus excitat9 est. Et cyrus rex
protulit vasa sacra dñi q̄ trāstulit na-
buchodonosor rex babilonis ex iheru-
salē · ⁊ dsecrauit ea ydolo suo. Et profe-
rens ea cyrus rex persaz tradidit nutri-
dato qui erat sup thesauros ipi9. Per
hūc aūt tradita sūt salmanasaro pre-
sidi iudee. Horū aūt hic numer9. Libz
toria argētea · duo milia q̄dringēta:
athisce argentee trigīta: phiale auree
trigīnta: item argētee duo milia qua-
dringente: ⁊ alia vasa mille. Omnia
aūt vasa aurea · ⁊ argentea quīq; mi-
lia octingētasexaginta. Et enumera-
ta sunt salmanasaro simul cū hijs q̄
ex captiuitate babilonie venerāt in ihe-
rosolimā. In artarexersis aūt regis per-
sarū temporibz scripserūt ei de hijs q̄
inhabitabāt in iudea ⁊ ihrlim · balsa-
mus et nutridat9 ⁊ sabelli9 et rathim9
balthemus samelius scriba: et reliqui
inhabitātes in samaria · ⁊ ceteris loci
subiectā epistolā regi artarexersi. Dñe
pueri tui rathim9 ab accedētibz · et sa-
bellius scriba: ⁊ reliqui curie tue iudi-
ces in celensiriā et phenicem. Et nunc
notū sit dño regi: quoniā iudei qui a-
scenderūt a vobis ad nos venientes ī
ihrlim ciuitatē refugā et pessimā: edifi-
cant furnos eius: ⁊ stauūt muros · et
templū fulcitant. Quod si ciuitas ista
et muri ꝺsummati fuerint nō tantum
tributa nō sustinebūt pendere: sed etiā
regibz resistent. Et quia id agit circa
templū: rede haberi arbitrati sum9 nō
despicere hor ipm · sed notū facere dño
regi: ut si videbit rex · querat in libris
patrū tuoz: ⁊ inuenies in āmonitōni-
bus scripta de hijs: scies quoniā ciui-
tas ista fuit refuga · et reges ⁊ ciuitates
cōcutiens: ⁊ iudei refuge ⁊ prelia cōmit-
tentes in ea ab eterno: ob quā causam
ciuitas ista deserta est. Nūc ergo notū
facim9 dñe rex: quoniā si ciuitas hec
edificata fuerit ⁊ hui9 muri erecti fuerit:
desensus tibi nō erit ī celensiriā · ⁊ phe-
nicem. Tūc scripsit rex rathimo q̄ scribe-
bat accedētia · ⁊ belthimo ⁊ sabellio scri-
be: ⁊ ceteris ꝺstitutis · ⁊ inhabitātibz iu
siria · ⁊ phenice · ea que subiecta sunt. Le-
gi epistolā quā misistis michi. Prece-
pi ergo inquiri: ⁊ inuentū est · quoniā
ciuitas illa est ab euo regibz resistens
et homines refuge · ⁊ prelia in ea effici-
entes: et reges fortissimi erāt in ihrlim
dñantes ⁊ tributa exigētes · a celesiria
et phenice. Nūc ergo p̄cepi prohibere
hoīes illos edificare ciuitatē: et phibe-
re ne q̄d ultra hec fiant · sed nec proce-
dāt ī plurimū: ex qua lūr malicie ita
ut regibus molestia importet. C. m.

Tunc recitatis hijs que a rege ar-
taxerse scripta fuerāt rathimus
et sabellius scriba et qui cū hijs ꝺstitu-
ti erāt iungentes festināter venerūt in
iherusalē · cū equitatu ⁊ turba · et agmi-
ne: repertūq; edificātes phibere. Et va-
cabāt ab edificatione templi ī ihrlim:

uſq; ſecūdo āno regni darij regis perſarū. Rex darius fecit cenā magnā omnibz vernaculis ſuis: z omnibz magiſtratibz medie z perſidis z oīibus purpuratis· z ptoribz z cōſulibz· z prefectis ſub illo ab india uſq; ethiopiā: centūuigīriſeptē prouinciis. Et cū mādūcaſſēt· z bibiſſent z ſaciati rūſtereūt· tūc darius rex aſcendit in cubiculo ſuo: et dormiuit et expergefact⁹ eſt. Tūc illi tres iuuenes corporis cuſtodes qui cuſtodiebāt corp⁹ regis: dixerūt alter alteri. Dicam⁹ unuſquiſq; nr̄m ſimonē qui ꝓcellat: z cuiuſcūq; apparuerit ſermo ſapiēcior alteri⁹: dabit illi darius rex dona magna· purpura coopeririet in auro bibere et ſup auz dormire· et currū aureum freno· z rydarim biſſinam· z torquē circa collū: et ſedo loco ſedebit a dario ꝓpter ſapientiā ſuā: et cognat⁹ darij vocabit. Tūc ſcribentes ſingli ſuū verbū ſignauerūt: et poſuerunt ſubt⁹ cervical darij regis: et dixerunt. Cūq; ſurrexerit rex dabimus illi ſcripta nr̄a: et qcūq; iudicauerit rex e tribz· z magiſtrat⁹ perſidis· quoniam verbū ei⁹ ſapiēcius eſt: ipi dabit victoria ſicut ſcriptū ē. Vnus ſcripſit. Fortē eſt vinū. Alius ſcripſit. Fortior eſt rex. Tert⁹ ſcripſit. Fortiores ſunt mlieres: ſup oīa aūt vincit veritas. Et cum ſurrexiſſet rex acceperunt ſcripta ſua: z dederūt illi· z legit. Et mittēs vocauit omnes magiſtrat⁹ perſaz· et medos· et purpuratos· z pretores· z ꝓfectos: z ſedetūt in cōſilio: z lecta ſunt ſcripta coram ipis. Et dixit. Vocate adoleſcentes· et ipi indicabūt verba ſua. Et vocati ſūt: z introierūt. Et dixit illis. Indicate nobis de hijs que ſcripta ſunt. Et cepit prior qui dixerat de fortitudine vini. Et dixit. Viri quam ꝓualet vinū oīibz hoīnibz qui bibūt illud. Seducit mentē. Iterūq; regis z orphani facit mentē vanā. Item ſerui ac liberi pauperis ac diuitis z oīem mentem cōuertit in ſecuritatē· et iocūditatē: et non meminit oīem triſticiā z debitū: et oīia ꝓcordia facit honeſta: et non meminit regē nec magiſtratū: z oīia pr talēta loqui facit. Et non meminerunt cū biberint amiciciā nec fraternitatē· ſed poſt nō multū ſumunt gladios· et cum a vino merſerint et ſurrexerint nō meminerunt que geſſerunt. O viri num ꝓcellit vinū ſ Quis ſit rogitat facere ſ Et tacuit hoc dicto.

Et incpauit ſequēs dicere: qui dixit de fortitudine regis. O viri: num ꝓcellūt hoīnes· qui terrā z mare obtinēt· z oīia que i eis ſunt ſ Rex aūt ſup oīia ꝓcellit· et dominatur eorū: et oīe qcūq; dixerit illis faciunt. Et ſi miſerit illos ad bellatores: vadunt z demoliūt montes z muros· et turres. Iugulanē z iugulant: et regis verbū non ꝓtereunt. Nam ſi vicerint· afferūt regi omnia quecūq; predati fuerint. Similiter et alij omnes et quotquot non militāt nec pugnāt ſed colunt terrā: rurſum cū fuerint mercentes afferūt tributa regi. Et ipſi unus ſol⁹ ſi dixerit occidite occidūt· dixerit· remittite remittūt: dixerit ꝓcutite· ꝓcutiūt· dixerit exterminate exterminat· dixerit edificate edificat· dixit excidite excidūt· dixit plātate plātant: z omnis plebs et virtutes cū obaudiūt: et ſup hoc ipe recūbit· z bibit z dormit. Hijs aūt cuſtodiunt in circuitu eū: z nō poſſunt ire ſinguli z facere opera ſua: ſed in dicto obaudientes ſunt ei. O viri: quomō non ꝓcellet rex qui ſic diffamatur ſ Et tacuit· Tertius qui dixerat de mulieribus z

veritate·hic est zorobabel:cepit loquī. Vīi·nō magnus reꝝ·et multi hoīes:nec vinū pcellit. Quis ē ergo qui dñator eoꝝ? ſNōne mlieres genuerūt regē ⁊ oīnē pplm qui dñatur marī ⁊ terre:et eꝝ illis nati sunt·et ipse educauerūt eos q̄ plātauerūt vineas eꝝ quibus vinū fit? Et ipse faciunt stolas oīniū hoīnū:et ipi faciūt gloriā hoīnibz:et nō possunt hoīes separari a mulieribz. Si ogregauerint aurū et argentū·⁊ oīnē rem speciosam et viderint mulierē unā bono habitu· et bona specie:oīnia hec relinqētes ī eā intendūt·⁊ aperto ore cōspiciūt: et eā alliciūt magis q̄z aurū et argentū· et oīnem rem p̄ciosam. Homo suū patrē relinquit qui genuit illū et suā regionē:⁊ ad mulierē se cōiungit. Et cū muliere remittit aīmā: et neq; p̄rem meminit·neq; mrem neq; regionē. Et hinc oportet vos scīre:quoniā mulieres dñantur vīi. ſNōne doletis? Et accipit homo gladiū suū et vadit ī viā facere furta ⁊ hoīcidia et mare nauigare ⁊ flumina:⁊ leonē videt ⁊ in tenebris ingredit: ⁊ cū furtū fecerit ⁊ fraudes ⁊ rapinas·amabili sue affert. Et iteꝝ diligit homo uxorē suā magis q̄z patrē aut mrem. Et multi demētes facti sunt ꝓpter uxores suas:et serui facti sunt ꝓpter illas: ⁊ multi perierūt et iugulati sunt·⁊ peccauerūt propter mulieres. Et nūc credite michi q̄a magn⁹ est reꝝ·in potestate sua:quoniā oīnes regiones querē tangere eū. Videtam tamē apamen filiā bezacis·mirifici cōcubinā regis·sedentē iuxta regē ad dexterā:⁊ auferentē diadema de capite eius·⁊ imponētem sibi:et palmis cedebat regē de sinistra manu. Et sup hec aperto ore intuebat eā:⁊ si arrisisset ei ridet:nam si indignata ei fuerit blanditur·donec reconcilietur in gratiam. O vīi:cur nō sunt fortiores mlieres? ſMagna est terra:et excelsum est celum. Quis ista agit? Et tūc reꝝ et purpurati intuebātur in alterutrū. Et inchoauit loqui de veritate. O vīi:nōne fortes sunt mulieres? ſMagna est terra:⁊ excelsum est celū:et velox cursus solis cōuertit in gyro celū in locū suū ī una die. ſNonne magnific⁹ ē qui hec facit? Et veritas magna:et fortior pre oīnibus. Omnis terra veritatē inuocat:celum etiā ipam benedicit:et oīnia opera mouētur et tremūt eā·et non est cū ea quicq̄z iniquū. Vinum iniquū:iniquus reꝝ. Iniqui oīnes filij hoīnū: et iniqua illoꝝ omnia opera:et nō est in ipis veritas. Et ī sua iniquitate peribūt: et veritas manet et invalescit in eternū:et viuit·et optinet in secula seculoꝝ. ſNec est apud eā accipere psonas· neq; differentias:sed q̄ iusta sunt facit oīnibz·iniustis ac maligns·⁊ oīnes benignātur in operibz ei⁹. Et non est in iudicio eius iniquū:sed fortitudo·⁊ regnū·⁊ potestas·⁊ maiestas omniū euorū. Benedict⁹ deus veritatis. Et desijt loquēdo. Et omnes ppli clamauerunt:et dixerūt. ſMagna est veritas et preualet. Tūc reꝝ ait illi. Pete si q̄d vis amplius q̄z que scripta sunt: et dabo tibi secūdū qđ inuent⁹ es sapientior:⁊ proxim⁹ michi sedebis:⁊ cognat⁹ meus vocaberis. Tunc ait regi. ſMemor esto voti tui qđ vouisti edificare iherusalē ī die qua regnū accepisti:⁊ oīnia vasa que accepta sunt eꝝ ihrlim remittere:que separauit cyrus quando mactauit babiloniā· et voluit remittere ea ibi. Et tu vouisti edificare templū: quod incenderunt ydumei quando

exterminata ē iudea a chaldeis. Et nūc hec
ē qd postulo dn̄e ⁊ qd peto: hec ē maie-
stas a te qd postulo: ut facias votū qd
C iiii vouisti regi celi ex ore tuo. Tūc surgēs
darius rex osculatus ē illū: ⁊ scripsit episto-
lā ad om̄es dispēsatores. ⁊ p̄fectos. et
purpuratos. ut deducerēt eū: ⁊ eos q cū
illo erāt. om̄es ascendētes edificare ihe-
rusalē. Et om̄ibȝ p̄fectis q erāt i syria ⁊
phenice ⁊ libano scripsit ep̄las: ut trahe-
rēt ligna cedrina a libano i ihrlm: ut e-
dificarēt cū eis ciuitatē. Et scripsit om̄i-
bus iudeis q ascendebāt a regno i iudeā
pro libertate: omnē potētē ⁊ magistra-
tū et p̄fectū nō superuenire ad ianuas i-
psoꝝ: ⁊ omnē regionē q̄ȝ optinuerant
esse immunē eis: ⁊ ydumei relinquerēt ca-
stella q optinēt iudeoꝝ: et i structurā tē-
pli dare p singlos ānos talēta viginti
usq; dū peredificaretur: et sup sacriū olo-
caustomata vtsilare q̄tidie sicut habēt
p̄ceptū: alia talēta decē offerre p singlos
ānos: et om̄ibȝ q p̄cedūt a babilonia
cōdere ciuitatē: ut esset libtas tā ipis q̄ȝ
filijs eoꝝ: ⁊ om̄ibȝ sacerdotibȝ q p̄cedūt.
Scripsit aūt ⁊ quātitatē. ⁊ sacrā stolā
iussit dari in qua deseruirēt: ⁊ leuitis scri-
psit dare p̄cepta usq; i diē qua cōsūma-
bitur domus et ihrlm extruet: et om̄ibȝ cu-
stodiētibȝ ciuitatē scripsit dare eis sortes
et stipēdia. Et dimisit om̄ia vasa q se-
parauerat cyrus a babilonia: ⁊ om̄ia
quecunq; dixit cyrus ⁊ ipe p̄cepit fieri: et
mitti ihrlm. Et cū p̄cessisset ille adole-
scēs. eleuās faciē i ihrlm: benedixit regē
celi ⁊ dixit. Abs te ē victoria: ⁊ abs te ē
sapiētia. et claritas. Et ego seruus tuus sū.
Benedictus es. q dedisti michi sapiētiā: ⁊
tibi cōfitebor dn̄e deus patrū nroꝝ. Et acce-
pit ep̄las: ⁊ p̄fectus ē i babiloniā. Et ve-
nit ⁊ nunciauit frībȝ suis om̄ibȝ q fue-
rūt i babilonia: ⁊ benedixerūt deū patrū

suorū. qm̄ dedit illis remissionē ⁊ refri-
gerium. ut ascenderent et edificarent
iherusalem et templum ubi nomina-
tum est nomē eius in ipo: et exultauerūt
cum musicis ⁊ leticia diebȝ septē. C V.
Post hec aūt electi sūt ut ascende-
rēt pricipes pagoꝝ p domos p
tribȝ suas: ⁊ uxores illoꝝ. ⁊ filij. et filie
eoꝝ. ⁊ serui ⁊ āncille ipoꝝ. et pecora illoꝝ.
Et darius rex misit una cū eis eq̄tes mil-
le donec deducerēt eos i ihrlm cū pace
⁊ cū musicis. ⁊ cū tȳpanis ⁊ tibijs: et o-
mnes frēs erāt ludētes: ⁊ fecit eos ascē-
dere simul cū eis. Et hec sūt noīa viroꝝ
q ascenderūt p pagos suos i tribȝ ⁊ in
partē pricipatus ipoꝝ. Sacerdotes: filij
phinees. filij aaron. ihs filius iosedech:
ioachim filius zorobabel filij salathiel
de domo dauid. ex p̄genie phares tribu
aūt iuda: q locutus ē sub dario rege psa-
rū sermones mirificos i scdo āno regni
ipius mēse nisan p̄mo. Sūt aūt hij q a-
scenderūt ex iudea de captiuitate trāsmi-
grationis: q̄s trāsmigrauit nabucho-
donosor rex babilonie i babilonē: ⁊ reu-
sus ē i ihrlm. Et reqsiuit partē iudee v-
nusquisq; ciuitatē suā q venerūt cū zo-
robabel. et ihesu: neemias. areores. eli-
meo. emmanio. mardocheo. beelsuro.
mechplatochor. olioro emonia. unus de
pricipibȝ eoꝝ: ⁊ numerus a gētilibȝ eoꝝ
ex prepositis eoꝝ. Filij phares: duo mi-
lia cētūseptuagītaduo. Filij ares: tria
milia quīnq̄gintaseptem. Filij semo:
centumquadragītaduo. In filijs ihe-
su. ⁊ ioabes. milletrecentiduo. Filij de-
mu: duo milia quadringentiseptua-
ginta. Filij choraba: ducētiquinq;. Filij
banica: centumsexagintaocto. Filij be-
bech: q̄dringētitres. Filij archad: qua-
dringentiuigintiseptem. Filij chan:
trigintaseptē. Filij zoroar: duo milia

ſexagītaſeptē. ſFilij admu: q̄dringentiſe-
xagintaunꝰ. ſFilij aderecdis: centūocto.
ſFilij ciaſo ⁊ zelas: cētūſeptē. ſFilij azo-
roc: q̄dringētitrigitanouē. ſFilij iedar-
bone: centūtrigitaduo. ſFilij ananie:
cētūtrigīta. ſFilij aſoni. ſFilij marſar:
q̄dringētiuigintiduo. ſFilij zabarus:
nonagitaquīqꝫ. ſFilij ſepolemon: cen-
tūuigintitres. ſFilij nepopas: quīqua-
gintaquīqꝫ. ſFilij hechanatꝰ: centūquī
quagintaocto. ſFilij rebethamꝰ: centū-
triginta duo. ſFilij rearpatros: q̄ ẽno-
radies ⁊ modie: q̄dringētiuigintitres.
Qui ex gramas· ⁊ gabea: centūuigīti-
unꝰ. Qui ex beſſelō· et reagge: ſexagīta
quīqꝫ. Qui ex baſtaro: centūuigītiduo.
Qui ex bechenobes: quīquagintaquī-
qꝫ. ſFilij liptis: centūquīquagintaquī-
qꝫ. ſFilij labonnī: trecētiquīquagīta-
ſeptē. ſFilij ſichem: trecētiſeptuaginta.
ſFilij ſuadon ⁊ diomꝰ· trecētiſeptuagī-
taocto. ſFilij eriꝰ: duo milia centūqua-
draginta quīqꝫ. ſFilij anaas: trecētiſe-
ptuaginta. Sacerdotes. ſFilij iedduſ·
filij eurher· filij eliaſib: trecētiſeptuagin-
taduo. ſFilij emerus: ducētiquīquagī-
taduo. ſFilij faſurij: trecētiquīquagin-
taſeptem. ſFilij carce: ducentiuigintiſe-
ptē. Leuite. ſFilij iheſu ī cadmihel· ⁊ ba-
nuis· et ſerebias· et edias: ſeptuaginta-
q̄tuor. Oīīs numerꝰ· a duodecimo
āno: triginta milia quadringētiſexa-
gintaduo. ſFilij ⁊ filie· ⁊ uxores· oīīs
cōputatō· q̄dragīta milia ducētiqua-
draginta duo. ſFilij ſacerdotū q̄ pſalle-
bāt ī templo· filij aſaph: centūuigintī-
octo. Oſtiarij uero· filij ſelmennī· filij a-
zer· filij amon· filij accuba· topa· filij
hobi: oīīes centūtrigintanouē. Sacer-
dotes ſuiētes ī templo. ſFilij ſel· filij gaſ-
pha· filij tabloth· filij carie· filij ſu· filij
hellu· filij labana· filij armacha· filij
acub· filij uthā· filij cetha· filij aggab·
filij obai· filij anani· filij channa· filij
geddu· filij an· filij radin· filij deſanō·
filij nechoba· filij caſeba· filij gaze· filij
ozni· filij ſimone· filij aſtre· filij phaſech·
filij aſiana· filij manei· filij naſiſim· fi-
lij accufu· filij agiſta· filij azui· filij ſa-
uon· filij haſalon· filij meedda· filij fu-
ſa· filij care· filij barcus· filij ſarec· filij
thoſi· filij naſith· filij agiſti· filij phdon:
ſalomon filij exꝰ: filij aſophoth· filij
phazida· filij celi· filij dedon· filij gad-
dahel· filij ſephegi· filij aggia· filij ſacha-
reth· filij ſabathen· filij caroneth· filij
maſith· filij ame· filij ſaſus· filij ad-
dus· filij ſuba· filij eura· filij rahonis·
filij phaſphat· filij malmon. Oīīes
ſacro ſuiētes· ⁊ pueri ſalomonis: qua-
dringentiocto ginta duo. Hīj ſūt filij
q̄ aſcenderūt a thermel ⁊ thersa· princi-
pes eox· carmellā· ⁊ careth· et nō pote-
rāt edicere ciuitates ſuas· et pgenies:
quēadmodū ſunt ex iſrl': filij dalarī· fi-
lij tubal· filij nechodaici· ex ſacerdotibꝫ
q̄ ſungebāt ſacerdotio ⁊ nō ſunt inuē-
ti: filij obya· filij achiſos· filij addin: q̄
accepit uxorem ex filiabꝫ phargeleu et
uocati ſunt noīe eiꝰ. Et horū queſita
eſt generis ſcripta impedatura ⁊ non
eſt inuenta: et phibiti ſunt ſacerdotio
fungi. Et dixit illis nemīas· et aſtha-
ras ne participent ſācta: donec ſurgat
pōtifex doctꝰ in oſtenſionē ⁊ ueritatem.
Oīīs aūt iſrl' erat duodecim milia:
exceptis ſeruis ⁊ ācillis q̄draginta mi-
lia trecentiquadragīta. Serui horꝫ et
ancille· ſeptem milia trecentītrigītaſe-
ptem: cātores et cantatrices· ducenti ſe-
xagintaquīnqꝫ. Cameli· quadringen-
tītrigītaquīqꝫ: equi ſeptem milia trigī-
taſex: muli ducenti milia quadragin-
taquīnqꝫ: ſubīugalia quīnqꝫ milia

uigiliq; Et de ꝓpositis ipis p pagos. dū uenirent in templū dñi qđ erat in ihꝛlm: iunquare ⁊ ſuſcitare templū in loco ſuo ſcđm ſuā uirtutē. et dari in templū thesaurū operū ſacrū. auri mi-nas. duodeci milia. ⁊ ſtolas ſacerdota-les centū. Et habitauerūt ſacerdotes et leuite. et q̄ exierāt de plebe i ihꝛlm et i re-gione: ⁊ ſacri cātores. ⁊ ostiarij. ⁊ oēs iſrl. i regionibz ſuis. Qui stāte aūt ſepti-mo mēſe. cūq; eſſēt filij iſrl unuſquiſq; i ſuis rebz: uenerūt unanimes i atriū qđ erat ātē ianuā oriētalē. Et ſtantes ihesus filius iosedech. et frēs ei⁹ ſacerdo-tes. ⁊ zorobabel filius ſalathiel. et hui⁹ frēs. parauerūt altare: ut offerēt sup il-lud holocaustomata ſcđm q̄ in libro moyſi hominis dei ſcripta sūt. Et ꝺue-nerūt ſibi ex alijs nationibz terre: ⁊ ere-xerūt ſacrariū i loco suo oēs gentes circa: ⁊ offerebāt hostias ⁊ holocaustoma-ta dño matutina. Et egerūt ſcenophe-gia. ⁊ diē ſolemnē ſicut ꝓceptū ē i lege: et ſacrificia quotidie ſicut oportebat: et post hec oblatiōes inſticutas. ⁊ ho-ſtias ſabbatoꝝ. et neomeniaꝝ. et dieꝝ ſolēniū omniū ſāctificatorū. Et quot-quot uouebāt dño a neomenia ſeptē mēſis reperūt hoſtias offerre deo: et tem-plū dñi nōdū erat edificatū. Et dede-runt pecuniā lapidarijs. et fabris: et potū ⁊ pabula cū gaudio. Et dederūt carra ſydonijs et tyrijs. ut trāſuehereū illis de libano trabes cedrinas ⁊ face-rent rates i ioppe portū: ſcđm decretū qđ ſcriptū erat eis a cyro rege perſarū. Et in ſcđo āno uenientes i templū dei i ihꝛlm. mēſe ſcđo inchoauit zoroba-bel filius ſalathiel. ⁊ ihesus filius ioſedech. et frēs ipoꝝ. et ſacerdotes. et leuite. et o-mnes q̄ aduenerāt de captiuitate i ihꝛ-ruſalem: ⁊ fundauerunt templum dei. nouilunio ſcđi mēſis ſcđi anni cū ue-niſſent in iudeā et ihꝛlm. Et ſtatuerūt leuitas a uigīti ānis ſup opera dñi. Et ſtetit ihesus et filij ei⁹. ⁊ fratres. oēs leuite: ⁊ ſpirātes. et exercitores legis. fa-cientes opera i domo dñi. Et ſteterūt ſa-cerdotes habētes ſtolas cū tubis: ⁊ le-uite filij aſaph habētes cymbala. ad laudāndū dñm ⁊ benedicētes ſcđm da-uid regē iſrl. Et cātabant cāticū dño: q̄m bonus eius ⁊ honor i ſcla ſup o-mnē iſrl. Et oēs ꝑplus tuba ſecinerūt: et ꝓclamauerūt uoce magna: ad laudā-dū dñm i ſuſcitatiōne dom⁹ dñi. Et uenerūt ex ſacerdotibz ⁊ leuitis. ⁊ ꝓsidē-tibus ſcđm pagos. ſenioribz q̄ uiderāt priſtinā domū: ⁊ ad hui⁹ edificatiōnē cū clamore ⁊ plāctu magno. ⁊ multi cū tubis et gaudio magno: intātū ut ꝑplus nō audiret tubas ꝓpter planctū ꝑpli. Turba enī erat tubis canens ma-gnifice: ita ut lōge audiret. Et audie-rūt inimici tribz iude ⁊ beniamin: ⁊ ue-nerūt ſcire q̄ eſſet uox tubaꝝ. Et cogno-uerūt: quōm q̄ erāt ex captiuitate edificāt templū dño deo iſrl. Et accedētes ad zo-robabel. ⁊ ihesū. ⁊ ꝓpositos pagorū di-xerūt eis. Edificabim⁹ una uobiſcum. Similiter enī audiuim⁹ dñm nr̄m: ⁊ ipi pariter incedim⁹ a diebz albaſareth regis aſſiriorū: q̄ tranſmigrauit nos huc. Et dixit illis zorobabel. ⁊ ihesus. et principes pagoꝝ iſrl. Non ē nobis et uobis edificare domū dei nr̄i. Nos e-nim ſoli edificabim⁹ dño iſrl: ſcđm ea q̄ ꝓcepit nobis cyrus rex perſaꝝ. Hostes aūt terre incubātes hijs q̄ ſunt i iudea. et leuātes op⁹ edificationis. ⁊ inſidias ⁊ ꝑplos adducētes. prohibebāt eos e-dificare: ⁊ aggreſſuras exercētes impe-dierunt ne ꝺsūmarēt edificiū omni tpe uite cyri regis: ⁊ ꝓtraxerūt structuram

per biēniū usq; ad darij regnū. C. vi.

In scdo aūt āno regni darij. pphetauit agge9 z zacharias filj9 addin pphete apud iudeā z ihrlim:i noīe dei isrl sup eos. Tūc stās zorobabel filj9 salachiel. z ihesus filj9 iosedech:inchpauerūt edificare domū dñi q ē i ihrlim:cū adellēt eis pphe dñi z adiuuarēt eos. In ipso tpe uenit ad illos sysēnes subregulus syrie z phenices.z satraboranes z sodales ei9:z dixerūt eis. Quo pcipiēte uobis domū hāc edificare:z tectū istud et alia omnia pficitis? Et q sūt structores qui hec edificant? Et hnuerūt gratiā.uisi ratōne facta sup eos q erāt ex captiuitate a dño seniores iudeoz:z nō sunt impediti edificare donec significarēt dario de oībz istis:z responsū acciperēt. Exēplū epse:qz miserūt dario. Sysēnes subregulus syrieet phenices.et satraboranes.z sodales ei9:in syria z phenice pfides: regi dario salutē. Omnia nota sint dño regi: q cū aduenissem9 in regionē iudee.et introissem9 in ihrlim.inuenim9 edificātes domū dei magnā z tēplū ex lapidibz politis et magnis.et pciosis materijs in parietibz:et opera illa instāter fieri.z suffragare et pspera re in manibz eoz.z in oīi gla qz diligētissime perfici. Tunc interrogauimus seniores.dicētes. Quo pmittēte uobis edificatis domum istam:z opera hec fūdatis? Ideo aūt interrogauim9:ut notū faceremus tibi hoīes z ppositos:z nominū scripturā ppositoz postulauim9 illos. At illi respōderūt nobis dicētes. Nos sum9 serui dñi q fecit celū z terā:z edificabāt hec dom9 ānte ānos istos multos a rege isrl magno z fortissimo: et dūmata ē. Et qm pres nri exacerbāte9 erāt z peccauerūt i deū isrl.tradidit eos in manus nabuchodonosor regis babilonie.regis chaldeorū:et domū istam demolientes incenderunt:et plm captiuū duxerūt in babilonē. In pmo anno regnāte cyro rege babilonie.scripsit cyrus rex domum hāc edificare:et illa sacra uasa aurea et argētea q extulerat nabuchodonosor de domo q est i ihrlim.z dscrauerat ea i suo tēplo:rursus pculit ea cyrus rex de tēplo qd erat in babilonia.z tradita sunt zorobabel et salmanasaro subregulo. Et pceptū est eis ut offerēt hec uasa.z reponerent in tēplo qd erat i ihrlim:z ipm tēplū dei edificare in loco suo. Tūc salmanasarus subiecit fūdamēta domus dñi q est in ihrlim.z exinde usq; nūc edificat:et nō accepit dfūmationem. Nūc ergo si iudicat a te o rex.pquirat in regalibz bibliothecis cyri regis q sunt in babilonia:z si inuentū fuerit dsilio cyri regis ptā esse structuram dom9 dñi que est in ihrlim.z iudicat a domino rege nostro:scribat de hijs nobis. Tunc rex darius pcepit inquiri in bibliothecis. et inuent9 est in egbathanis opido qd est in media regione loc9 un9 in quo scripta erant ista. Anno pmo regnāte cyro rex cyrus pcepit domū dñi que est in ihrlim edificare.ubi incendebant ignī assiduo:cuius altitudo sit cubitorum decem z latitudo cubitorum sexaginta q̄dratū lapidibz politis tribz.z meriano ligneo eiusdem regionis.et meriano uno nouo:z impendia dari de domo cyri regis: et sacra uasa domus dñi tam aurea qz argētea que extulit nabuchodonosor.in domū dñi que est in ihrlim ubi erant posita:ut ponāt illic. Et pcepit curā agere sysennē subregulum syrie z phenices.z zatrabuzanā z sodales ei9.z q ordinati erāt i syria z phenice presides.ut abstinerēt se ab

eodē loco. Et ego quoq; p̄cepi in totū
edificare:et prospexi ut adiuuēt eos q̄
sunt ex captiuitate iudeoꝝ donec con-
summetur templū edis dñi:& a uectā-
one tributoꝝ syrieceles·et phenice·dili-
genter quantitatem dari hijs hominī-
bus ad sacrificiū dñi · zorobabel p̄fe-
cto ad thauros & arietes et agnos: si-
milit aūt et frumētū et sal & uinum
et oleū instāter per singulos annos·
prout sacerdotes qui sunt in ierusa-
lem dixauerūt consumi quotidie sine
ulla dilatione:ut offerātur libationes
summo deo:pro rege et pueris eiꝰ · et
orent pro ipsoꝝ uita . Et demūtietur:
ut quicūq; transgressi fuerint aliquid
ex hijs que scripta sūt·aut spreuerint·
accipiatur lignū de suis propriis · et
suspendātur:et bona ipsoꝝ regi asci-
bant. Propterea & dūs cuiꝰ nomen in-
uocatū ē ibi · exterminet omnē regem et
gentē·qui manū suā extenderit p̄hibe-
re aut male tractare domū dñi illā q̄
est in ierlm . Ego darius rex decreui·
ssq; diligentissime fiāt. C VII

Tunc sysennes subregulus celen-
syrie et phenices·et satrabuzanes
et sodales · obsecuti hijs qui a dario
regi erāt decreta·insistebāt sacrosanctis
operibz diligētissime cooperātes cum
seniorib iudeoꝝ p̄cipibz syrie:& pro-
sperata sunt sacrosancta opera: p̄phe-
tantibz aggeo & zacharia p̄pheris. Et
cōsummauerūt omnia per p̄ceptū dñi
dei israhel:et ex consilio cyri et darij·et
artarxersis regis persaꝝ. Et ꝺsumma-
ta est domus nra usq; ad tertiā & vice-
simā die mēsis adar: sexto āno darij
regis. Et fecerūt filij israh·et sacerdotes·
et leuite·et ceteri qui erāt ex captiuitate
qui appositi sunt:scdm ea que scripta
sunt in libro moysi. Et obtulerunt in
dedicatione templi dñi thauros · cen-
tum·arietes ducentos · agnos trecen-
tos : et hedos pro peccatis uniūsi israh
duodecim:scdm numerū tribuum israh.
Et steterunt sacerdotes et leuite amicti
stolis per tribs sup opera dñi dei israh·
secundū librū moysi:et ostiarij per sin-
gulas ianuas. Et egerūt filij israh cum
hijs qui erāt ex captiuitate illud phase
quartadecima luna mēsis primi: quā-
do sanctificati sunt sacerdotes et leui-
te. Omnes filij captiuitatis nō sunt si-
mul sanctificati:q̄a leuite omnes simul
sanctificati sūt. Et immolauerūt pha-
se uniūsi filij captiuitatis:et fratribus
suis sacerdotibz & sibimetipsis. Et mā-
ducauerunt filij israh qui erāt ex captiui-
tate omnes qui remāserāt ab omnibz
execratonibz gentiū terre·querentes do-
minū:et celebrauerūt die festū azimo-
rū septem diebus epulātes in cōspectu
dñi·quoniā auertit cōsiliū regis assiri-
orū in eos:cōfortare manꝰ eoꝝ ad ope-
ra dñi dei israh. Et post hūc · regnante
artarxerse persarū rege·accessit esdras
filius azarie · filij helchie·filij solome·
filij sadoch·filij architob·filij amei·fi-
lij azahei · filij borci·filij abysue · filij
phinees·filij eleazari·filij aaron p̄mi
sacerdotis:hic esdras ascendit de baby-
lonia·cū esset scriba et ingeniosus in
lege moysi que data est a dño israhel:
docere et facere. Et dedit ei rex gloriā·
qꝰ inuenisset graciam in oculis dignita-
te et desiderio:in ꝺspectu eius. Et ascen-
derūt simul cū ipo ex filijs israh·et sacer-
dotibz et leuitis·& sanctis cātoribz tem-
pli:et ostiarijs · et seruis templi in ie-
rusalem. Anno septimo regnante ar-
tarxerse in quinto mēse:hic annus se-
ptimus est regni : exeuntes de babylo-
nia nouilunio quinti mēsis venerūt

ierosolimā iuxta p̄ceptum illius:secū-
dum prosperitatē itineris a dño ipso-
rum datā eis. In hijs enī esdras ma-
gnam disciplinā obtinebat ne preter-
mitteret quicq; eoꝝ que ellēt ex lege do-
minī et p̄ceptis:et docendo uniūsum
isrl̄ omnem iusticiā et iudiciū. Accedē-
tes autem qui scribebāt scripta artar-
xerxis regis·tradiderūt scriptū qđ obue-
nerat ab artarxerxe rege·ad esdram sa-
cerdotem et lectorem legis dominī:cu-
ius exemplum subiectum est. C· VIII·

Rex artarxerxes·esdre sacerdoti et
lectori legis dn̄i salutē. Humani-
oꝝ ego iudicās in beneficijs·precepi
eis qui deliderāt ex gente iudeorū sua
sponte·z ex sacerdotibus z leuitis qui
sunt in regno meo:comitari tecum in
ierusalē. Si qui ergo cupiunt ire tecū
cōueniant et proficiscant sicut placu-
it michi·et septē amicis meis consilia-
rijs:ut uisitent ea que aguntur scd̄m
iudeā et ierl̄m obseruātes sicut habes
in lege dn̄i:z ferant munera domino
israhel·que uouī ego et amici ierusa-
lem:et omne aurū z argentū quod in-
ueniū fuerit in regione babilonie·do-
mino in ierusalē cū illo quod est do-
natū pro ipsa gente in templū dn̄i eo-
rum quod est in ierusalē:ut colliga-
tur hoc aurū et argentū ad thauros
et arietes·et agnos et hedos·et q̄ hijs
sunt cōgruentia: ut offerant hostias
dño sup altare dn̄i ipoꝝ quod est in
ierusalē. Et omnia quecūq; uolueris
cū fratribz tuis facere auro z argento·
perfice pro uolūtate tua secundū prece-
ptum dn̄i dei tui: et sacrosancta uasa
que data sunt tibi ad opera domus
dn̄i dei tui que est in ierusalē·et cetera
quecūq; tibi subuenerit ad opera tēpli
dei tui dabis de regali gazophilatio:
cum volueris cū fratribus tuis facere
auro et argento perfice secūdū uolun-
tatem dn̄i. Et ego quidē rex artarxerxes
precepi custodibz thesaurorꝝ syrie z phe-
nicis:ut quecūq; scripserit esdras sacer-
dos·et lector legis dn̄i diligenter detur
ei usq; ad argenti talenta centū similī-
ter et auri:et usq; ad frumēti modios
centū·et uini amphoras centum: et a-
lia quecūq; abundant sine taxatione.
Omnia secūdū legem dei fiant deo al-
tissimo:ne forte exurgat ira in regno
regis·et filij et filiorꝝ eius. Vobis aūt
dicitur·ut omnibz sacerdotibus et le-
uitis et sanctis cantoribz et suis tēpli et
scribis tēpli huiꝰ nullū tributū neq; ul-
la alia indictio irrogetur:nec habeat
quisq; potestatē obicere eis quicq;. Tu
autem esdras secundum sapientiā dei
constitue iudices et arbitros in tota
syria et phenice·et omnes qui legē dei
tui non nouerunt doce:ut quotquot
transgressi fuerint legem diligēter ple-
ctant̄:siue morte·siue cruciatu·siue eti-
am pecunie mulctatione·uel abductio-
one. Et dixit esdras scriba. Benedictus
dominꝰ patrum nostrorum·qui dedit
hanc uolūtatem·in cor regis clarificare
re domū suā que est in ierusalē:et me
honorificauit in cōspectu regis·z con-
siliariorꝝ·z amicorꝝ eius·z purpurato-
rum eius:et ego cōstans animo factꝰ
sum secūdū opitulationē dn̄i dei mei.
Et congregaui ex isrl̄ uiros:ut simul
ascenderēt mecū. Et hij sunt p̄positi se-
cundū suas patrias et principatꝰ por-
tionales eorū qui mecū ascenderūt de
babilonia:in regno artarxerxis. Ex fi-
lijs phares:gersomꝰ. Ex filijs ziema-
rith:amenus. Filiorꝝ dauid:accus filiꝰ
secchilie. Ex filijs phares·et zacharias:
et cū eo reputati sūt uiri centūquinquagīta.

Et filijs ductoris moabilionis zaraei: et cū ipo viri ducentiquinquaginta.
Et filijs zacues iechonias zechoeli: et cū ipo viri ducentiquinquaginta. Et filijs sala maalias gotholie: et cum ipso viri septuaginta. Et filijs saphatie-zarias michelī: et cū ipo viri octogīta. Et filijs iob abdias iehelī: et cū ipso viri ducēti duodecim. Et filijs banie salimoth filius iosaphie: et cū ipo viri centū sexagīta. Et filijs beer-zacharias bebei: et cū ipo viri ducēti octo. Et filijs ezead iohānes acechan: et cum ipo viri centumdecem. Et filijs adonicham ipis postremis: et hec sūt nomina eorū eliaphalam filiꝰ gebel et semeias: et cū ipso viri septuaginta. Et cōgregaui eos ad fluuiū qui dicit thia et nechati: illic fuimus triduo: et recognoui eos. Et et filijs sacerdotū et leuitarū nō inueni illic. Et misi ad eleazarum et ecelom: et malman: et maloban: et enaathan: et samea: et ioribum nathan: enuagan: zachariam: et mosollamum: ipos ductores et peritos. Et dixi eis: ut venirent ad luddeū qui erat apud locū gazophilacij. Et mādaui eis: ut dicerent luddeo: et fratribz eius et illis qui erāt in gazophilacio: ut mitterēt nobis eos qui sacerdotio fungerent in domo dñi dei nri. Et adduxerūt nobis secūdū manū validā dñi dei nri viros peritos: et filijs mooli: filij leui: filij israhel: sebebian: et filios et fratres qui erāt decē et octo: asbiam et amin: et filijs filioꝝ chananei: et filij eoꝝ: viri viginti. Et et hijs qui in templo seruiebāt quos dedit dauid: et ipi principes ad operationē leuitis tēplo seruientiū: ducentiviginti. Omnia nomina significata sunt in scripturis. Et vouī illic ieiunium iuuenibz in aspectu dñi: ut quereret ab eo bonū iter nobis et qui nobiscū erāt et filijs et pecoribus propter insidias. Erubui enī petere a rege pedites et equites in comitatu tutele gratia: cōtra aduersarios nros. Dixim⁹ enī regi: quoniā virtꝰ dñi erit cū eis: qui inquirūt eū in omni affectu. Et iteꝝ deprecati sumus dñm deū nrm secundū hec: quē et ppitiū habuimus: et compotes facti sumꝰ deo nro. Et seposui et plebis ppositis: et sacerdotibus templi viros duodecim: et sedebian: et asannan: et cū eis et fratribz eoꝝ viros decem. Et appendi eis aurū et argentū: et vasa sacerdotalia domus dei nostri: que donauerat reꝝ: et cōsiliarij eius: et principes: et oīs israhel. Et cū appendissem: tradidi argenti talenta centūquinquaginta: et vasa argentea talentoꝝ centū: et auri talenta centum: et vasorū aureoꝝ septies viginti: et vasa erea de bono eramento splendētia duodecim: auri speciē reddentia. Et dixi eis. Et vos sancti estis dño et vasa sunt sancta: et aurū et argentū votū ē dño deo patrū nostrorū. Vigilate et custodite donec tradatis eꝝ plebis ppositis: et sacerdotibz et leuitis et principibus ciuitatū israhel in ihrusalē: in pastoforio domus dei nostri. Et hij qui susceperūt sacerdotes et leuite aurū et argentum: et vasa intulerūt in ihrusalem in templū dñi.. Et promouimus a fluuio thia die duodecima mensis primi: usquequo introiuim⁹ in ihrusalē. Et cū factꝰ fuisset tertiꝰ dies: quarta aūt die ponderatū aurum et argentum traditum est in domo dñi dei nri: marimoth filio iori sacerdoti: et cū ipo erat eleazar filius phinees: et erant cū ipsis iosadus filius ihesu: et medias: et banni filius: leuite: ad numerum et

ad pondus uniuersa. Et scriptū ē pō-
dus ipor eadē hora. Qui autem uene-
runt ex captiuitate obtulerūt sacrifici-
um dño israhel thauros duodecim·
pro omni isrl·arietes octogintaex·a-
gnos septuagīta duos·hircos p pec-
cato duodeci·et pro salute uaccas du-
odecim: omnia in sacrificiū dñi. Et re-
legerūt ꝓcepta regis regalibz dispensa-
toribz: et subregulis coelensirie·et phe-
nicis: et honorificauerūt gentem et tē-
plum dñi. Et cōsummatis hijs acces-
serūt ad me ꝓcipes dicētes. Non segre-
gauerūt genus isrl et principes ⁊ sacer-
dotes·et leuite·⁊ alienigene gentes et
nationes terre immundicias suas: a
chananeis ⁊ etheis·et pherezeis·⁊ iebu-
seis·et moabitis·et egyptijs·et ydume-
is. Coniuncti enī sunt filiabus eor et
ipsi et filij eor: et mixtū est semen san-
ctum alienigenis gentibz terre: et par-
ticipes erant ꝓcipi et magistrat⁹ ini-
quitatis eius ab initio ipi⁹ regni. Et
mox ut audiui ista cōscidi uestimēta
et sacrā tunicā: et lacerās capillos ca-
pitis·et barbā·sedi dolens et mestus.
Et cōuenerūt quotquot tūc mouebā-
tur in uerbo dñi dei isrl ad me luge-
tem sup iniquitatē istam: et sedebam
tristis·usq; ad uespertinū sacrificiū. Et
surgens a ieiunio cōscissa habens ue-
stimēta·et sacram tunicā: ingenicula⁊.
et extendēs manus ad dñm dicebam.
Domine confusus sum: et reueritus
sum ante faciē tuā. Peccata enim no-
stra multiplicata sunt sup capita no-
stra: et iniquitates nostre exaltate sūt
usq; ad celū: quoniā a temporibz pa-
trū nostrorū sum⁹ in magno peccato·
usq; ad diē hunc. Et propter peccata
nostra et patrū nrorū sum⁹ traditi rū
fratribus nris · et rū sacerdotibz nris·
regibus terre in gladiū et captiuitatē
et depredationē rū cōfusione: usq; in
hodiernū diē. Et nūc quantū est ꝙ cō-
tigit nobis misericordia abs te dñe deus:
et derelinque nobis radicem·et nomē
in locū sanctificationis tue·detegere lu-
minare nostrū in domo dñi dei nostri:
dare nobis cibū in oni tempore seruī-
tutis nre. Et cū seruirem⁹ non fuimus
derelicti a dño deo nostro: sed cōstituit
nos in gratia·ponēs nobis reges per-
sarū dare cibū·et clarificare templum
dñi dei nostri et edificare deserta syon:
dare nobis stabilitatē in iudea et ihe-
rusalē. Et nūc quid dicimus domine
habentes hec? Transgressi sum⁹
ꝓcepta tua: que dedisti in manus pue-
ror tuor ꝓphetarū dicens. Quoniam
terra in quā introistis possidere hereditatem
eius·terra polluta ē coinquina-
tionibus alienigenarū terre: et immū-
dicie illor repleuerūt eam tota immū-
dicia sua. Et nūc filias uestras nō cō-
iūgetis filijs eor · et filias eor nō acci-
pietis filijs uestris: et nō inquiretis pa-
cem habere cū illis oni tempore: ut in-
ualescentes māducetis optima terre·⁊
hereditatem distribuatis filijs uestris
usq; in euū. Et que cōtingūt nobis o-
mnia fiunt ꝓpter opera nostra mali-
gna: et magna peccata nostra. Et de-
disti nobis talem radicem: et rursum
reuersi sum⁹ transgredi legitima tua:
uti cōmisceremur·immūdicie alienige-
narū gentiū terre huj⁹. Nōne iracceris
nobis perdere nos·quoadusq; nō re-
linquat radix·et nomen nostrū? Do-
mine deus israhel uerax es. Derelicta
est enim radix usq; in hodiernū diem.
Ecce nūc sumus in cōspectu tuo in ini-
quitatibz nostris. Non est enī adhuc
stare ante te in hijs. Et cū adorando

confiteretur esdras flens humi ꝓstratus ante templū: cōgregati sunt ante eū ex iherusalem turba magna valde viri et mulieres·et iuuenes et iuuēcule. Fletus enī erat magnus in ipsa multitudine. Et cum clamasset iechonias iehelī ex filijs israhel: dixit esdre. Nos in dominū peccauim⁹: qꝫ collocauimus nobis in matrimoniū mulieres alienigenas ex gentibz terre. Et nūc es super omnē israhel. Jn hijs ergo sit iusiurādū a domino expellere oēs uxores nostras q̄ ex alienigenis sūt cum filijs eaꝝ. Sicut tibi decretū est a maioribus secundū legem dñi exsurgēs explica: ad te enim spectat negociū: et nos tecū sum⁹. Viriliter fac. Et exsurgens esdras adiurauit principes sacerdotum·et leuitas et omnem israhel facere secūdū hec: et iurauerūt. C. x

Et exsurgens esdras ab ante atrium templi abijt ī pastoforium ionathe filij nasabi: et hospitatus illic non gustauit panem·nec aquam bibit·sup iniquitatē multitudinis. Et facta est predicatio in omni iudea·et in iherusalē omnibz qui erāt ex raptiuitate in iherusalē congregari: ut quicūqz non occurreret biduo uel triduo diei secūdū iudiciū assidentiū seniorū· tolleretur facultates sue: et ipe alien⁹ iudicaret̄ a multitudine raptiuitatis. Et cōgregati sunt omnes qui erāt ex tribu iuda et beniamin in tribz diebz in iherusalē. Hic mensis est nonus: dies mensis uicesimus. Et sedit omnis multitudo in area templi trementes propter hyemem p̄sentē. Et exsurgēs esdras dixit illis. Vos iniique fecistis collocādo uobis in matrimoniū uxores alienigenas: ut adderetis ad peccata israhel. Et nūc date cōfessionem et magnificentiam dño deo patrū nostrorū: et perficite uolūtatem ipsius: et discedite a gentibz terre et ab uxoribus alienigenis. Et clamauit omnis multitudo: et dixerūt uoce magna. Sicut dixisti faciemus. Sed quoniā multitudo magna est·et tempus hybernū: et non possumus insubsidiati stare· et hoc opus non est nobis uni⁹ diei· neqz biduī· multū enim in hijs peccauimus: stent p̄positi multitudinis·et omnes qui nobiscum inhabitant·et quotquot habēt uxores apud se alienigenas: et assistāt accepto tempore ex omni loco presbiteri et iudices: usquequo soluāt iram domini negocij huius. Jonathas aūt filius ezeli·et ozias thecham susceperunt secundū hec: et bosoramus·et leuis et sabatheus· simul cooperati sunt cū illis. Et steterunt secundū hec·nomina oīa uniuersi qui erāt ex raptiuitate. Et elegit sibi uiros esdras sacerdos principes magnos de patribus eoꝝ secundum nomina: et consederūt nouilunio mēsis decimi examinare negocium istud. Et determinatū est de uiris qui habebant uxores alienigenas usqz ad neomeniā primi mensis: et inuenti sunt ex sacerdotibus permixti qui habebāt alienigenas uxores. Ex filijs iheshu filij iosedech et fratribz eius·maseas·et eliezerus·et ioribus·et ioadeus: et inierunt manus ut expellerēt uxores suas: et ad litandū in exoratione arietē pro ignorātia sua. Et ex filijs semmeri: maseas·et elles et iedech·azarias. Et ex filijs phasore: iosmaelias·hismaenis·et nathanael·iosabdus·et semeis· et colnis·et talias·et phadeas·et colias· et elionas. Et ex sacris cantoribus:

eliasib·zaccar⁹. Et ex ostiariis: sallumus·⁊ tolbanes. Et ex isrl: ex filijs forosi ⁊ remias ⁊ geddias·⁊ melchias·⁊ michel⁹·⁊ eleazar⁹·⁊ iemnebias et bannas. Et ex filijs iolamam: chamas ⁊ zacharias iezrelus·⁊ iodd⁹ ⁊ ēnoth et helias. Et ex filijs zathoim: eliadas et liasumus · zorchias et larimoth et zabdis ⁊ tebedias. Et ex filijs zebes: iohannes ⁊ ananias ⁊ zabdias et emens. Et ex filijs bāni: olam⁹ et malluchus et iedde⁹ ⁊ iasub et asabz et ierimoth. Et ex filijs addin: naathus et mooslas ⁊ cale⁹ et raanas maaseas mathathias et beleel et bonn⁹ et manasses. Et ex filijs nuae: noneas ⁊ aseas et melchias et sameas et symon beniamin et malchus et marcas. Et ex filijs asom: carianeus mathathias et bannus et eliphalach ⁊ manasses et semei. Et ex filijs bāni: iheremias ⁊ moodias ⁊ abramus et iohel ⁊ baneas ⁊ pelias et ionas ⁊ marimoth et eliasib ⁊ mathane⁹ ⁊ elias ⁊ orias ⁊ dielus ⁊ semedius ⁊ sambris ioseph⁹. Et ex filijs nobei: idel⁹ ⁊ mathathias et sabad⁹ ⁊ zecheda sedmi et iessei baneas. Omnes isti duxerūt sibi uxores alienigenas: ⁊ dimiserūt eas cū filijs. Et inhabitauerūt sacerdotes ⁊ leuite et q̄ erāt ex isrl in iherūn et ī tota una regione: nouilunio mēsis septimi. Et erāt filij isrl ī cōmorationibz suis. Et congregata ē omnis mltitudo simul in areā q̄ ē ab oriēte porte sacre. Et dixerūt esdre pōtifici·⁊ lectori·ut afferret legē moysi q̄ tradita est a dño deo isrl. Et attulit esdras pontifex legē omni mltitudini eorū a uiro usq; ad mlierē et omnibz sacerdotibz: audire legē nouilunio mēsis septimi. Et legebat in aria q̄ est āte sacrā portā tēpli: a p̄ma luce usq; ad uesperā·coram uiris et mulieribz. Et dederūt omnes sensum ad legē. Et stetit esdras sacerdos et lector legis super lignеum tribunal qđ fabricatū erat. Et stetерūt ad eū mathathias et samus ananias·azarias urias·ezechias ⁊ balsamus ad dexterā: ⁊ ad sinistrā faldeus misael·malachias·abustbas · sabus·nabadias·et zacharias. Et assumpsit esdras librū coram omni mltitudine: presidebat enī in gloria in cōspectu omnium. Et cū absoluisset legē omnes recti stetерūt: ⁊ benedixit esdras dñm deū altissimū: deū sabaoth omnipotentē. Et respōdit omnis ppl⁹ amē. Et eleuatis surlū manibz: procidētes in terrā adorauerūt dñm·ihūs et banacus ⁊ sarabias ⁊ iadim⁹ ⁊ accubz ⁊ sabbatheus ⁊ calithes ⁊ azarias ⁊ iorad⁹ ⁊ ananias ⁊ filias leuite·q̄ docebāt legē dñi: et ī multitudine legebāt legē dñi: et p̄ferebāt singuli eos qui intelligebāt lectionem. Et dixit ad tharates esdre pōtifici ⁊ lectori: ⁊ leuitis q̄ docebāt multitudinē dicēs. Dies hic sanct⁹ ē dño. Et omnes flebāt cū audissent legē. Digressi ergo māducate pinguissima queq; et bibite dulcissima queq; et mittite munera his qui non habent. Sanctus enim est hic dies dñi: ⁊ nolite mesti esse. Dominus enī clarificabit vos. Et leuite denunciabāt in publico omnibus dicentes. Dies hic sanctus est. Nolite mesti esse. Et abierūt omnes manducare et bibere et epulari: et dare munera his qui nō habebant ut epulentur. Magnifice enim sunt exaltati verbis quibus edocti sunt. Et congregati sūt uniuersi in iherusalem celebrare letitiam: secundum testamentum domini dei israhel.

Tercij liber esdre Cj.

Liber esdre prophete secundus filij sarei tercius filij azarei filij elchie filij sadanie filij sadoch filij achitob filij achie filij finees filij heli filij amerie filij asiei filij marimoth filij arna filij ozie filij borith filij abissei filij finees filij eleazar filij aaron ex tribu leui: q̄ fuit captiuus in regione medoꝝ i regno artarxersis regis pſaꝝ. Et factū ē verbū dñi ad me dicēs. Vade ⁊ nuncia pplo meo facinora ipoꝝ et filijs eoꝝ iniquitates q̄s in me admiserūt: ut nūciem filijs filiorum q̄a peccata parentū ipoꝝ i illis creuerūt. Obliti eni mei sacrificauerūt dijs alienis. ſNōne ego eduxi eos de terra egipti: de domo seruitutis? Ipsi aūt irritauerūt me: ⁊ cōsilia mea spreuerūt. Tu aūt excute comam capitis tui: ⁊ proice oīa mala sup illos: quoniam nō obedierūt legi mee. Populus aūt ē indisciplinat⁹. Vsquequo eos sustinebo quibs tāta beneficia contuli? Reges multos propter eos subuerti: pharaonē cū pueris suis ⁊ omnē exercitum eius pcussi. Oēs gētes a facie eoꝝ pdidi: ⁊ in oriēte prouinciaꝝ duaꝝ ppos tyri ⁊ sydonis dissipaui: ⁊ oēs aduersarios eorū interfeci. Tu vero loquere ad eos dicēs. Hec dicit dominꝰ. ſNempe ergo vos p mare trālineaui: et plateas vobis ī nilo munitas exhibui. Ducē vobis dedi moysen ⁊ aarō sacerdotem: lucē vobis p calumnā ignis prestiti: ⁊ magna mirabilia feci ī vobis. Vos aūt mei obliti estis dicit dñs. Hec dicit dñs oīpotens. Cornuꝝ vobis ī signo fuit: castra vobis ad tutelam dedi ⁊ illic murmurastis: et nō triumphastis ī nomine meo de ꝓditione inimicorū vorū: sed adhuc nūc usque murmurastis. Vbi sūt beneficia q̄ ꝓstiti vobis? ſNōne ī deserto cū esurireris proclamastis ad me dicentes: ut q̄d nos ī desertū istud adduxisti inficere nos? ſMeli⁹ nobis fuerat seruire egiptijs: q̄ mori ī deserto hoc. Ego dolui genitos vos: ⁊ dedi vobis manna ī escam. Panē angelorū manducastis. ſNonne cū sitiretis petrā excidi: et fluxerūt aque ī saturitate? Propter estus folijs arboꝝ vos texi. Diuisi vobis terras pingues: chananeos et pherezeos ⁊ philistinos a facie vra proieci. Quid faciā vobis adhuc dicit dñs? Hec dicit dñs omnipotens. Jn deserto cū esseris ī flumine amorreo sitiētes et blasphemātes nomē meum: nō ignē vobis p blasphemijs dedi: sed murtēs lignū ī aquā dulce feci flumē. Quid tibi faciā iacob? ſNoluisti obedire iude. Trāsferā me ad alias gētes: ⁊ dabo eis nomē meū: ut custodiant legitima mea. Quoniam me dereliquistis: ⁊ ego vos derelinquā. Petentibs vobis a me misericordiā nō miserebor: quādo inuocabitis me ego non exaudiā vos. ſManulastis eni manus vestras sāguine: ⁊ pedes vri impigri sunt ad cōmittenda homicidia. ſNon quasi me dereliquistis: sed vosipos dicit dñs. Hec dicit dominus oīpotēs. ſNōne ego vos rogaui ut pater filios et ut mater filias ⁊ ut nutrix paruulos suos: ut essetis michi in pplm et ego vobis in deū. ⁊ vos michi ī filios. ⁊ ego vobis in patrem? Ita vos collegi: ut gallina pullos suos sub alas suas. ſModo aūt q̄d faciā vobis? Proiciam vos a facie mea. Oblationē cū michi attuleritis auertā faciē meam

Cij

a vobis. Dies eñ festos vestros ⁊ neomenia ⁊ circūcisiones repudiaui. Ego misi pueros meos pphetas ad vos: quos acceptos iniecistis: ⁊ laniastis corpora eoꝝ: quoꝝ sāguinē exquiram dicit dñs. Hec dicit dñs oñipotens. Domus vra deserta ē. Proiciam vos sicut vētus stipulā: ⁊ filij ꝓcreationē nō facient: quoniā mādatū meum neglexerunt ⁊ quod malū est coram me fecerūt. Tradam domus vras populo venienti qui me non audiētes credūt: quibꝫ signa nō ostendi faciēt que precepi. Prophetas nō viderunt: ⁊ memorabunt iniquitatū eoꝝ. Testor populi venientis gratiā: cuius paruuli exultāt cū letitia me nō vidētes oculis carnalibꝫ: sed spiritu credētes q̄ dixi. Et nūc frater aspice que gla: ⁊ vide populum venientē ab oriente: quibꝫ dabo ducatum abrahā isac et iacob et osee et amos et michee et iohel et abdie et ione et naum et abacuc sophonie aggei zacharie et malachim q̄ ⁊ angel⁹ dñi

Et dicit dñs. Ego (vocat⁹ ē. Reduxi ꝓpm istū de seruitute: q̄bus mandata dedi ꝙ pueros meos prophetas quos audire noluerūt: sed irrita fecerunt mea cōsilia. Mater q̄ eos genera uit dicit illis. Ite filij: q̄a ego vidua sum ⁊ derelicta. Educā vos cū letitia: et amisi vos cū luctu et tristitia. Quoniam peccastis coram dño deo vestro: ⁊ q̄d malū est coram me fecistis. Modo aūt quid faciā vobis? Ego vidua sū et derelicta. Ite filij: ⁊ petite a dño misericordiā. Ego aūt te pater teste inuoco sup mrem filioꝝ q̄ noluerūt testamētū meū seruare: ut des eis cōfusionē ⁊ matrem eoꝝ in direptionē: ne generatio eorū fiat. Dispergant in gentes noīa eoꝝ: deleantur a terra · qm̄ spreuerunt

Cm sacramentū meū. Ue tibi assur: q̄ abstondis iniquos petes te. Gens mala memorare quid fecerim zodome et gomorre: quoꝝ terra iacet i piceis glebis et aggeribꝫ cinerū. Sic dabo eos qui me nō audierūt: dicit dñs oñipotens. Hec dicit dñs ad esdram. Nuncia pplo meo: quoniā dabo eis regnū iheroboā quod daturus eram israhel. Et sumam michi gloriā illoꝝ: ⁊ dabo eis tabernacula eterna q̄ ꝓparaueram illis. Lignū vite erit illis i odore vngenti: et nō laborabūt neq; fatigabunt. Ite: et accipietis. Rogate vobis dies pauros · ut immorent. Iam paratū est vobis regnū. Vigilate. Testare celum et terrā. Contriui eñ malū ⁊ creaui bonū: quia ego dicit dñs. Mater amplectere filios tuos: educa illos cū letitia. Sicut colūba confirma pdes eoꝝ · qm̄ te elegi dicit dñs. Et resuscitabo mortuos de locis suis: ⁊ de monumentis educā illos: quoniā cognoui nomen meū i israhel. Cm Noli timere mater filioꝝ: qm̄ te elegi dicit dñs. Mittam tibi adiutoriū pueros meos yaiam ⁊ ieremiā: ad quoꝝ cōsiliū sanctificaui et paraui tibi arbores duodecim · granatas variis fructibus · ⁊ totidem fontes fluentes lac et mel: et mōtes immensos septē habentes rosam ⁊ liliū · i quibus gaudio implebo filios tuos. Viduam iustifica: pupillo iudica · egeni da · orphanū tuere · nudū vesti: cōfractum et debilē cura · claudum irridere noli: tutare mancū: ⁊ cecū ad visionē claritatis mee admitte. Senem ⁊ iuuenem intra muros tuos tua: mortuos ubi inueneris signans cōmenda sepulcro: ⁊ dabo tibi primā sessionē i resurrectione mea. Pausa ⁊ quiesce popul⁹ me⁹: quia veniet requies tua. Nutrix

bona nutri filios tuos:cōfirma pdes eoꝝ. Seruos quos tibi dedi:nemo ex eis intereat. Ego enī eos requirā de numero tuo. Noli fatigare. Cū enī venerit dies pressure ꝛ angustie alij plorabunt ꝛ tristes erūt:tu aūt hilaris et copiosa eris. Zelabūt gentes: ꝛ nil aduersus te poterūt dicit dñs. Manus mee regent te:ne filij tui gehennā videant. Nocūdare mater cū filijs tuis: qā ego te eripiam dicit dñs. Filios tuos dormientes memorare: qm̄ ego eos educam de lateribs terre ꝛ misericordiā cum illis faciā: quoniā misericors sū dicit dominus oīpotēs. Ampledere natos tuos usqz dū veniā ꝛ prestem illis misericordiam:quoniā exuberāt fontes mei:et gratia mea non deficiet. Ego esdras pceptū accepi a dño in monte oreb:ut irem ad isrl. Ad quos cū venirem reprobauerunt me:et respuerunt mandatū dñi. Ideoqz vobis dico gentes:q̄ auditis ꝛ intelligitis. Expectate pastorem vrm:requiē eternitatis dabit vobis quoniā i proximo ē ille q̄ in fine secli aduenit. Parati estote ad premia regni:qā lux petua lucebit vobis. pr eternitatem tēporis. Fugite umbrā seculi hui⁹. Accipite iocunditatē glorie vestre. Ego testor palam saluatorē meū:commendatū donū accipite et iocundamini:gratias agētes ei qui vos ad celestia regna vocauit. Surgite et state:et videte numerū signatoꝝ i conuiuio dñi. Qui se de umbra seculi retraxerūt: splendidas tunicas a dño acceperūt. Recipe syon numerū tuū:ꝛ conclude candidatos tuos q̄ legē dñi compleuerūt. Filioꝝ tuorū quos optabas plenus ē numer⁹. Roga imperiū dñi: ut sanctificet pplus tuus qui vocatus est ab inicio. Ego esdras vidi i mōte syon turbam magnā quā numerare non potui: ꝛ oēs cātus collaudabant dñm. Et in medio eoꝝ erat iuuenis statura celsus eminētior omnibs illis:et singulis capitibs eorum imponebat coronas:et magis exaltabatur. Ego aūt miraculo tenebar. Tūc interrogaui angelū:ꝛ dixi. Qui sunt hij domine? Qui respōdens dixit mihi. Hij sunt qui mortalē tunicā deposuerunt: et immortalem sumpserunt:ꝛ confessi sūt nomē dei. Modo coronant̄ ꝛ accipiunt palmas. Et dixi angelo. Ille iuuenis quis est qui eis coronas imponit:et palmas i manus tradit? Et respondēs dixit mihi. Ipe est filius dei: quē in seculo confessi sūt. Ego aūt magnificare eos cepi:qui fortiter p nomine dñi steterūt. Tūc dixit mihi angelus. Vade:annūcia populo meo q̄lia ꝛ quāta mirabilia dñi dei vidisti.

Incipit ḡrtus esdre C pri.

Anno trricesimo ruine ciuitatis e-
ram i babilone:ꝛ oturbat⁹ sum sup cubiculo meo recumbēs. Et cogitationes mee ascendebāt sup cor meū: quoniā vidi desertionē syō:ꝛ abūdantiam eoꝝ qui habitabāt i babilone. Et ventilat⁹ est spiritus meus valde. Et cepi loqui ad altissimū verba timorata. Et dixi. O dñator domine tu dixisti ab inicio quādo plātasti terrā ꝛ hoc solus:ꝛ imperasti pplo ꝛ dedisti adam corpus mortuū · sed et ipm figmentū manuū tuaꝝ erat · ꝛ insufflasti i eum spiritū vite · ꝛ fact⁹ ē viuēs corā te:et induxisti eū i paradiso quē plātauerat dextera tua · anteq̄ terra aduēraret. Et huic mādasti diligere viam tuā ꝛ pretriuit eam:ꝛ statim instituisti in eum mortem ꝛ i natōnibs eius:ꝛ nate sūt gentes ꝛ tribus ꝛ pli et cognationes quaꝝ nō ē numerus. Et ambulauit

C v.

unaqueq; gens ī voluntate sua: ⁊ mira agebant corā te: et spernebāt precepta tua. Iterū aūt in tēpore induxisti diluuiū sup inhabitātes seculū: ⁊ perdidisti eos. Et factū est in unoquoq; eorum sicut ade mori: sic hijs diluuiū. Dereliquisti aūt unum ex hijs noe cū domo sua: ⁊ ex eo iusti oēs. Et factum ē cum repissent mltiplicari q̄ habitabant sup terrā: ⁊ multiplicauerūt filios et pplos ⁊ gētes multas: et cepe-runt iterato impietatem facere plus ꝯ priores. Et factū est cū iniquitatē facerent corā te: elegisti tibi uir ex hijs cui nomen erat abraham. Et dilexisti eū: et demōstrasti ei soli voluntatē tuam. Et disposuisti ei testamentū eternū: et dixisti ei ut non unq̄ derelinqueres semen eius. Et dedisti ei ysaac: et ysaac dedisti iacob⁊ esau. Et segregasti ibi iacob: esau aūt separasti. Et factus est iacob ī mltitudine magna. Et factum est cū educeres semē ei⁹ ex egipto: adduxisti sup montē syna. Et inclinasti celos ⁊ statuisti terrā⁊ cōmouisti orbem⁊ tremere fecisti abissos⁊ con-turbasti seclm: et transijt gloria tua portas quatuor ignis et terremotus⁊ et spūs⁊ gelu⁊ ut dares semini ia-cob legem: ⁊ generatiōi isrl' diligentiam. Et non abstuliste ab eis cor malignum: ut faceret lex tua ī eis fructum. Cor enī malignū baiulās primus adam trāsgressus et uict⁹ ē: sed ⁊ oēs qui de eo nati sunt. Et facta ē permanens infirmitas ⁊ lex cum corde popu-li cum malignitate radicis: ⁊ discessit quod bonū est: ⁊ mansit malignū. Et transierūt tempora ⁊ finiti sūt anni: et suscitasti tibi seruū nomine dauid: et dixisti ei edificare ciuitatē nois tui⁊ offerre ibi ī eadē thus et oblatōnes.

Et factum est hoc ānis multis: ⁊ dere-liquerunt qui habitabāt ciuitatē ī oēm-bus facientes sicut fecit adam et oēs generationes eius. Vrebant enī ⁊ ipi corde maligno. Et tradidisti ciuitatē tuā in manibz inimicoz tuoz. Nunquid meliora faciūt qui habitant ba-bilonē ꝯ Et propter hoc dñabit syon. Factū ē cū venissem huc ⁊ vidissem im-pietates quaz non est numerus et de-linquētes multos: vidit aīa mea hoc tricesimo āno ⁊ excessit cor meū: quo-niā vidi quomodo sustines eos pcā-tes et pepercisti impie agentibz: ⁊ pdi-disti pplm tuū ⁊ conseruasti inimicos tuos: ⁊ non significasti. Nichil memi-ni qnomodo debeat derelinqui via hec. Nunquid meliora facit babilon ꝯ sy-on⁊ alia gens cognouit te preter isrl ꝯ Aut que tribz crediderunt te-stamentis tuis sicut iacob ꝯ Quarum merces nō cōparuit: neq; labor fructi-ficauit. Pertransiēs enī pertransiui in gentibz: ⁊ vidi abundātes eas: ⁊ non memorātes mādatoz tuoz. Nūc ergo pōdera in statera nras iniq̄tates et e-orum q̄ habitabāt in seculo: ⁊ non in-uenietur nomē tuū nisi in isrl. Aut quando nō peccauerūt in aspectu tuo qui habitāt terram: aut que gens sic obseruauit mādata tua ꝯ Vnos quidē per nomina inuenies seruasse man-data tua: gētes aūt nō inuenies. C. n.

Et respōdit ad me angel⁹ q̄ mis-sus est ad me cui nomē huriel: et dixit michi. Excedēs excessit cor tuū in seculo hoc: ⁊ comp̄hendere cogitas viam altissimi. Et dixi. Ita domine me⁹. Et respōdit michi et dixit. Tres vias missus sum ostendere tibi: et tres similitudines ꝓponere corā te⁊ de qui-bus michi si renunciaueris unam ex

qrto

hijs:et ego tibi demonstrabo uiã quã
desideras uidere:⁊ dicebo te unde sit cor
malignũ. Et dixi. Loquere dñe meus.
Et dixit ad me. Uade põdera michi
ignis põdus: aut mensura michi fla-
tum uenti: aut reuoca michi diẽ que
preteriit. Et respondi et dixi. Quis na-
torum poterit facere ut me interroges
de hijs? Et dixit ad me. Si essem in-
terrogãs te. dicẽs. quãte habitationes
sunt ĩ corde maris. aut quãte uene sũt
in principio abissi. aut quãte uene sũt
sup firmamentũ. aut qui sunt exitus
paradisi: diceres michi forta ascendi ĩ abis-
sum nõ descendi: neq; ĩ infernũ adhuc.
neq; in celum unquã ascendi. Nunc
autẽ non interrogaui te nisi de igne ⁊
uento. et die per quem transisti: ⁊ a qui-
bus separari nõ potes: ⁊ nõ respõdisti
michi de eis. Et dixit michi. Tu q̃ tua
sunt. tecum coadolescẽtia nõ potes co-
gnoscere. Et quomodo poterit mas tu-
um capere altissimi uiã: ⁊ iam exteriꝰ
corrupto seculo intelligere corruptionem
euidentẽ in facie mea? Et dixi illi.
Melius erat nos nõ esse q̃ adhuc ui-
uentes uiuere in impietatibꝫ ⁊ pati: et
non intelligere legi de qua re. Et respõ-
dit ad me et dixit. Proficiscens profe-
ctus sum ad siluã lignoꝝ campi: ⁊ co-
gitauerũt cogitationẽ: et dixerũt. Ue-
nite et eamus ⁊ faciamꝰ ad mare bel-
lum. ut recedat coram nobis: ⁊ faciamꝰ
nobis alias siluas. Et similiter fluctꝰ
maris: ⁊ ipi cogitauerũt cogitationẽ
et dixerũt. Uenite ascendentes debelle-
mus siluas cãpi: ut et ibi ꝯsummeꝰ
nobis meripis aliã regionẽ. Et factuꝰ
est cogitatꝰ silue in uanũ. Uenit enim
ignis: ⁊ cõsumpsit eã. Similiter et co-
gitatus fluctuũ maris. Steterit enĩ are-
na: ⁊ prohibuit eos. Si enĩ esses iudex
prũ: quẽ inciperes iustificare aut quẽ
condemnare? Et respõdi ⁊ dixi. Uniq;
uanam cogitationẽ cogitauerũt. Ter-
ra enim data ẽ silue: ⁊ mari locus. por-
tare fluctus suos. Et respõdit ad me:
et dixit. Bene tu iudicasti. Et quare
non iudicasti tbimetipũ? Quẽadmo
dum enĩ terra silue data ẽ. ⁊ mare flu-
ctibus suis: sic qui sup terram inhabi-
tant q̃ sũt sup terrã intelligere solum-
modo possunt: ⁊ qui sup celos q̃ sup
altitudinem celoꝝ. Et respondi et dixi. C m.
Deprecor te dñe: ut michi detꝰ sensus in-
telligendi. Non enĩ uolui interrogare
de superioribꝫ tuis. sed de hijs que per-
transeunt per nos quotidie: propter
quid israhel datus ĩ opprobriũ genti-
bus quẽ dilexisti pplm: datus ẽ tribu-
bus impijs. ⁊ lex patrũ nostroꝝ ĩ interi-
tum deducta ẽ. ⁊ dispositiones scripte
nusq̃ sunt: ⁊ preterimus de seculo ut
locuste: et uita nra stupor ⁊ pauor: et
nec digni sumus misericordiam consequi.
Sed quid faciet nomini suo quod in-
uocatũ est sup nos? Et de hijs interro-
gaui: ⁊ respondit ad me ⁊ dixit. Si
fueris plurimũ scrutatꝰ. frequẽter mi-
raberis. Quoniã festinãs festinat se-
culũ pterire. ⁊ nõ capit portare que ĩ
futuris temporibꝫ. iustis repromissa
sunt: qm̃ plenũ iniustitia ẽ seclm hoc
et infirmitatibꝫ. De quibus autem in-
terrogas dicam. Seminatũ ẽ enĩ ma-
lum: ⁊ necdũ uenit destructio ipius. Si
ergo nõ inuentũ fuerit qđ seminatũ est
et discesserit locus ubi seminatum est
malũ: nõ ueniet ubi seminatũ ẽ bonũ.
Quoniã gramini seminis mali semi-
natum est ĩ corde adam ab initio: et
quantum impietatis generauit usq;
nũc: ⁊ generat usq; cum ueniat area.
Estima autẽ apud te gramini mali

seminis quantū fructum impietatis generauit: quādo seminate fuerit spice quarū non ē numer⁹· q̄ magnā areā incipiēt facere. Et respōdi ⁊ dixi. Quo· et quando hec ꝯ Quare modici ⁊ mali anni nr̄i ꝯ Et respōdit ad me: ⁊ dixit michi. Non festines tu sup altissimū. Tu enī festinas inaniter esse supe ipm. Nam excelsus tu⁹ multus. Nōne de his interrogauerūt anime iustorū in promptuariis suis dicētes: usquequo spero sic· ⁊ quādo veniet fruct⁹ aree mee redis nostre ꝯ Et respondit ad ea ieremiel archangelus ⁊ dixit. Quādo impletus fuerit numerus seminū nobis: qui in statera pōderauit seclm ⁊ mensura mensurauit tempora· ⁊ numero numerauit tēpora: ⁊ nō commouit nec excitauit usq; dū impleat pdicta mensura. Et respōdi ⁊ dixi. O dnator dne: sed ⁊ nos omnes plenī sumus impietate. Et ne forte propter nos non impleantur iustoꝝ aree: propter peccata inhabitantiū sup terrā. Et respondit ad me· ⁊ dixit. Vade ⁊ interoga pregnātē: si quādo impleuerit nouē menses suos adhuc poterit matrix ei⁹ retinere partū in semetipa. Et dixi. Non potest dne. Et dixit ad me. In inferno· promptuaria aiarū· matrici assimulata sunt. Quēadmodū enī illa festinat q̄ parit effugere necessitatē partus: sic ⁊ hec festinat reddere ea q̄ commendata sunt. Ab initio tibi demōstrabit de his q̄ concupiscis videre. Et respōdi et dixi. Si inueni gratiā āte oculos tuos· et si possibile ē et si ydoneus sum: demonstra michi si plus q̄ p̄teritū sit habet venire: aut plura p̄trālierūt supra q̄ futurū ē. Quid p̄trāsiuit scio: q̄d autē futur̄ sit ignoro. Et dixit ad me. Sta sup dexterā partem: et demonstrabo tibi interp̄tationem similitudinis. Et steti et vidi: ⁊ ecce fornax ardens transibat coram me. Et factū ē cū transiret flamma: vidi ⁊ ecce superauit fumus. Post hec trāsiit coram me nubes plena aque: et immisit pluuiā impetu multā. Et cum transisset impetus pluuie: superauerūt in ea gutte. Et dixit ad me. Cogita tibi. Sicut excrescit pluuia āplius q̄ gutte et ignis q̄ fum⁹: sic sup abundauit q̄ transiuit mensura. Superauerunt aūt gutte ⁊ fumus. Et oraui et dixi. Putas viuo usq; in diebus illis ꝯ Vel quis erit i diebus illis ꝯ Respōdit ad me et dixit. De signis de quibus me interrogas ex parte possum tibi dicere: de vita autem tua non sum missus dicere tibi: sed nescio.

De signis aūt: ecce dies venient· in quibus apprehendent qui inhabitat terrā incensu mstro: ⁊ abscōdetur veritatis via ⁊ sterilis erit a fide regio: et multiplicabit̄ iustitia sup hanc quā ipe tu vides ⁊ sup quā audisti olim: et erit imposito vestigio q̄ nūc vides regnare regionē· ⁊ videbūt eā deserta. Si aūt tibi dederit altissimus viuere videbis post tercia tubam: et relucescet subito sol nocte· ⁊ luna ter i die: et de ligno sanguis stillabit· ⁊ lapis dabit vocem suā: ⁊ pli commouebunt· ⁊ regnabit quē non sperāt q̄ inhabitant sup terrā: ⁊ volatilia commigrationē facient: ⁊ mare sodomiticū pisces reiciet: ⁊ dabit vocem nocte quā non nouerāt multi. Omnes aūt audient vocem eius. Et chaos fiet p loca multa· et ignis frequēter remittet· et bestie agrestes transmigrabunt: ⁊ mulieres menstruate pariēt mōstra· et in dulcibus aquis salse inuenientur: et amici omnes i semetipos expugnabūt:

C· m·

et abscondet̃ nunc sensus et intellectus
separabit̃ in promptuariũ suũ·⁊ que-
retur a multis ⁊ non inuenietur: et
multiplicabit̃ iniustitia ⁊ incõtinẽtia
sup terrã. Et interrogabit regio proxi-
mam suã ⁊ dicet. Nunqd̃ p te pterãsit
iustitia iustũ faciẽs? Et hoc negabit.
Et erit in illo tẽpore: ⁊ sperabũt hmi-
nes et nõ impetrabũt: laborabunt·⁊
nõ dirigent̃ vie eor. Hec signa dicere
tibi permissum ẽ michi. Et si oraueris
iterũ et ploraueris sicut et nunc· et ie-
iunaueris septem diebs: audies itera-
to horũ maiora. Et euigilaui·et cor-
pus meũ horruit valde: ⁊ anima me-
a laborauit ut deficeret. Et venit me
qui venit angelus q̃ loquebat̃ in me:
et confortauit me ⁊ statuit me sup pe-
des. Et factũ est in nocte sequa: ⁊ venit C v.
ad me salathiel dux populi: ⁊ dixit mi-
chi. Vbi eras? Et quare vultus tuus
tristis? Aut nescis quoniã tibi credit̃
est israhel ĩ regione transmigrationis
eor? Exsurge ergo ⁊ gusta panẽ: ⁊ nõ
derelinquas nos sicut pastor gregem
suũ in manibus luporũ maligniorũ.
Et dixi ei. Vade a me: ⁊ nõ appropies
ad me. Et audiuit ut dixi: ⁊ recessit a
me. Et ego ieiunaui diebs septem plu-
lans et plorans: sicut michi mandau-
it uriel angelus. Et factum est post
dies septem: ⁊ iterũ cogitationes cor-
dis mei moleste erant michi valde. Et
resumpsit anima mea spiritũ intelle-
ctus: ⁊ iterũ repi loqui cor̃ altissimo
sermones. Et dixi. Dominator dñe ex
omni silua terre ⁊ ex omnibus arboribs
eius elegisti vineã unicã: et ex omni ter-
ra orbis elegisti tibi fouea unã: et ex o-
mnibus floribus orbis elegisti tibi li-
lium unũ: et ex omnibus abissis maris
replesti tibi riuũ unũ: et ex omnibus
edificatis ciuitatibus sanctificasti tibi
nomẽ syon: ⁊ ex omnibus creatis vo-
latilibus nominasti tibi columbam
unã: et ex omnibus plasmatis pecori-
bus prouidisti tibi ouem unã: et ex o-
mnibus multiplicatis ppls acquisi-
sisti tibi ppm unũ: et ab omnibus pro-
batam legẽ donasti huic quẽ deside-
rasti ppo. Et nunc dñe ut quid tradi-
disti unũ pluribus? Et pparasti supr
unam radicem alias: ⁊ dispersisti uni-
cum tuũ in multis. Et conculcauerũt
eũ qui cõtradicebãt sponsionibus tu-
is: quiq; tuis testamẽtis nõ credebãt.
Et si odiens odisti ppm tuũ: tuis ma-
nibus debet castigari. Et factum ẽ cũ
locutus essem sermones: ⁊ missus est
angelus ad me qui ante venerat ad
me pterita nocte: et dixit michi. Audi
me et instruam te: ⁊ intende michi et
adiciã coram te. Et dixi. Loquere dñe
meus. Et dixit ad me. Valde tu in ex-
cessu mentis factus es pro israhel. An
plus dilexisti eum: q̃m qui eũ fecit? Et
dixi ad eũ. Non dñe: sed dolens locu-
tus sum. Torquent enĩ me renes mei
pr omnẽ horam querentẽ apphendere
semitã altissimi: et inuestigare partẽ
iudicij eius. Et dixit ad me. Non po-
tes. Et dixi. Quare domine? Ad quid
nascebar: aut quare nõ fiebat matrix
matris mee michi sepulcrũ·ut non vi-
derem laborẽ iacob·⁊ defatigationẽ ge-
neris israhel? Et dixit ad me. Numera
michi q̃ necdũ venerãt·⁊ collige mi-
chi dispersas guttas. Et reuirida mi-
chi aridos flores: ⁊ apri michi clausa
promptuaria: ⁊ produc michi inclu-
sos in eis flatus. Demonstra michi
vocis ymaginẽ: ⁊ tunc ostendam tibi
laborẽ quẽ rogas videre. Et dixi. Do-
minator dñe: quis enim est qui potest

hec scire· nisi qui cū hominibꝫ habitationem nō habet⁊ Ego aūt insipiens:⁊ quomodo potero dicere de hijs quibꝫ me interrogasti⁊ Et dixit ad me. Quomodo non potes facere unū de hijs q̄ dicta sunt: sic nō poteris inuenire iudicium meū: aut in fine caritatē quē populo promisi. Et dixi. Sed ecce domine:tu ꝓpe es hijs q̄ in finē sunt. Et quid facient q̄ āte me fuerūt:aut nos aut hij qui post nos⁊ Et dixit ad me. Corone assimulabo iudiciū meū. Sicut non nouissimoꝝ tarditas:sic nec priorū velocitas. Et respōdi et dixi. Nec poteras facere eos q̄ facti sunt·et q̄ sūt· et futuri sunt in unū: ut celerius iudicium tuū ostendas⁊ Et respondit ad me:et dixit. Non potest festinare creatura sup creatorē: nec sustinere sec̄m eos qui in eo creandi sunt in unū. Et dixi. Quomodo dixisti seruo tuo quoniam uiuificās uiuificasti a te creatā creaturā in unū ⁊ sustinebat creatura: poterit ⁊ nūc portare presentes ī unū. Et dixit ad me. Interroga matricem mulieris:⁊ dices ad eam. Et si paris: quare ꝑ tempus⁊ Roga ergo eam:ut det decem in unū. Et dixi. Non utiq; poterit:sed ꝑdm tempus. Et dixit ad me. Et ego dedi matrici terre hijs qui seminati sunt sup eā ꝑ tēpus. Quēadmodū enī infans non parit ea que senum sunt: sic ego disposui a me creatum sec̄m. Et interrogaui ⁊ dixi·cum iam dederis michi uiā: loquar coram te. Mam matet nra de qua dixisti michi· adhuc iuuenis est: iam senecturi appropinquat. Et respondit ad me· et dixit. Interroga eā que parit:⁊ dicet tibi. Dices enī ei. Quare quos ꝓpetisti nūc non sunt similes hijs qui āte te·si minores statura⁊ Et dicet tibi et ipa. Alij sunt q̄ in iuuentute uirtutis nati sunt:⁊ alij qui sub tempore senectutis deficiēte matrice sunt nati. Considera ergo ⁊ tu quoniā minori statura estis pre hijs qui ante uos: et qui post uos minori quā uos·quasi iam senescentes creature et fortitudinem iuuentutis pretereuntes Et dixi. Rogo domine si inueni gratiam ante oculos tuos: demonstra seruo tuo per quem uisites creaturam tuam.

Et dixit ad me. Initio terreni orbis ⁊ anteq̄ starent exitus secli· et anteq̄ spirarent conuentiones uentorum·⁊ anteq̄ sonarent uoces tonitruum ⁊ anteq̄ splenderent nitores choruscationū:⁊ anteq̄ affirmarent fundamenta paradisi·anteq̄ uiderent decori flores·⁊ anteq̄ confirmarentur mote uirtutes·anteq̄ colligerent innumerabiles militie angelorꝝ:⁊ anteq̄ extollerentur altitudines aeris·⁊ anteq̄ nominarent mensure firmamentorū:et anteq̄ estuarent caminī in syon ⁊ anteq̄ inuestigarent ꝑplentes ānī:⁊ anteq̄ abalienarent eorꝝ qui nūc peccant adinuentiones et signati essent qui fidem thesaurizauerūt tūc cogitaui et facta sunt per me solū ⁊ non ꝑ aliū:⁊ finis ꝑ me ⁊ non ꝑ aliū. Et respondi et dixi. Que erit separatio temporū⁊ Aut quādo prioris finis:⁊ sequentis initiū⁊ Et dixit ad me. Ab abraam usq; ad ysaac quando nati sunt ab eo iacob ⁊ esau:manus iacob tenebat ab initio calcaneū esau. Finis enī huius seculi esau:⁊ principiū sequētis iacob. Hominis manꝰ inter calcaneū ⁊ manū. Aliud noli querere esdra. Et respondi ⁊ dixi. O dñator dñe·si inueni gratiā ante oculos tuos:oro ut demonstres seruo tuo finē signorꝝ tuorꝝ:

quoꝝ partē michi demonstrasti nocte
precedēte. Et respōdit: et dixit ad me.
Surge sup pdes tuos: z audi vocem
plenissimam sonit⁹. Et erit sicut com-
motio: nec commouebit̃ locus ī quo
stes super eum. Ideo cū loquit̃ tu non
expaueas: quoniā de fine verbum · et
fundamentū terre intelligit̃: qū de ip̄is
sermo tremiscit̃ et commouebit̃. Scit
enim quoniā finem eoꝝ oportet cōmu-
tari. Et factū est cum audisseem surrexi
super pdes meos: et audiui · z ecce vox
loquens: z sonus eius sicut sonus a-
quarū multaꝝ. Et dixit. Ecce dies ve-
niunt: z erit quando appropinquare
incipiāt ut visitent habitantes ī terra:
et quādo inquirere incipiā ab eis qui
iniuste nocuerūt iniustitia sua · z quā-
do suppleta fuerit humilitas syon z cū
supsignabit̃ seculū qđ incipiet ptran-
sire: hec signa faciā. Libri aperientur
ante faciē firmamēti · z oīes videbūt
simul: z annículi infantes loquentur
vocibs suis: z pregnātes immaturos
parient infantes trīū z quatuor mensi-
um · et viuēt z suscitabunt̃. Et subito
apparebūt seminata loca nō semina-
ta: z plena promptuaria subito inue-
nientur vacua: z tuba canet cū sono ·
quā cū oīes audierit subito expaue-
scent. Et erit: ī illo tempore debellabūt
amici amicos · ut inimici: z expauescet
terra cum hijs. Et vene fontiū stabūt:
et non decurrēt ī horis tribus. Et erit:
oīis qui derelictus fuerit ex omnibus
istis quibs p̄dixi tibi: ip̄e saluabitur: z
videbit salutare meū z finem seculi ve-
stri. Et videbūt q̃ recepti sunt homines
qui morte nō gustauerūt a natiuita-
te sua: z mutabit̃ cor inhabitantiū: et
conuertet̃ in sensum aliū. Delebit̃ enī
malū: et extinguetur dolus. Florebit
aūt fides: et vincet̃ corruptela: et osten-
detur veritas que sine fructu fuit diebs
tantis. Et factū ē cum loqueretur mi- C. vi.
chi: et ecce paulatim intuebar super eū
āte quē stabam: z dixit ad me hec. Ve-
ni tibi ostendere temp⁹ venture noctis.
Si ergo iterum rogaueris · z iterū ieiu-
naueris septē diebus: iterū tibi renun-
ciabo hoꝝ maiora p diē quā audiui.
Audita ē enim vox tua apud altissi-
mum. Vidit enī fortis directionē tuā:
et prouidit pudicitiā quā a iuuētute
tua habuisti: z propter hoc misit me
demōstrare tibi hec oīa · z dicere tibi.
Confide z noli timere: z noli festinare
tu p̃oribs tēporibus cogitare vana:
ut nō pceres a nouissimis tēporibus.
Et factū est post hec z fleui iterū: z simi-
liter ieiunaui septem diebs: ut suppleā
tres ebdomadas que dicte sunt michi.
Et factū est in octaua nocte z cor meū
turbabat̃ iterato in me: z cepi loqui co-
ram altissimo. Inflammabat̃ enī spi-
ritus meus valde: z anima mea auxi-
abatur: z dixi. O domine loquēs locu-
tus es ab inicio creature in primo die
dicens. Erat celū z terra: z tuū verbum
opus pfectū. Et erat tūc spiritus: et te-
nebre circumferebant̃ z silentiū: son⁹
vocis hominis nōdū erat abs te. Tūc
dixisti de thesauris tuis proferri lumē
luminosū: quo appareret opus tuū.
Et die secūdo creasti spiritū firmamēti:
et imperasti ei ut diuideret z diuisionē
faceret inter aq̃s: ut pars quedā sursū
recederet pars vero deorsum maneret.
Et tercia die imperasti aquis congre-
gari · ī septima parte terre: ex qua vero par-
tes siccasti z exuasti: ut ex hijs sint co-
ram te ministrātia seminata a deo et
culta. Verbū enī tuum processit: z op⁹
statim fiebat. Processit enim subito

fructꝰ mīricudinis immensus: ⁊ cōcupiscentie gustus multiformes: et flores colore immutabili ⁊ odores odoramenti inuestigabilis. Et die tercio hec facta sunt. Quarta aūt die imperasti fieri solis splendorē: lune lumen· stellarū dispositionē: ⁊ imperasti eis ut deseruirent futuro plasmato homini. Quinto aūt die dixisti septime parti ubi erat aqua congregata ut procrearet animalia ⁊ volatilia et pisces: et ita fiebat. Aqua muta· ⁊ sine anima que dei nutu ībebant animalia faciebat: ut ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. Et tunc seruasti duas animas: nomen uni vocasti enoch· et nomen secūde vocasti leuiathan: ⁊ separasti ea ab alterutro. Non enī poterat septima pars ubi erat aqua cōgregata capere ea. Et dedisti enoch unā partem que siccata est tercio die ut habitet in ea: ubi sūt mōtes mille. Leuiathan aūt dedisti septimā partem humidā: et seruasti eā ut fiat in deuoratione q̄bꝫ vis et quādo vis. Dicto aūt die imperasti terre ut crearet coram te iumenta et bestias et reptilia: ⁊ super hijs adam· quē ostituisti ducem sup oīnibꝫ factis que fecisti: ⁊ ex eo educimur nos oīnes quemq̄ elegisti p̄plm. Hec aūt omnia dixi coram te domine quia propter nos creasti seclm. Residuas aūt gentes ab adam natas dixisti eas nil esse: ⁊ quoniam saliue assimulate sunt: ⁊ quasi stillicidiū de vase simulasti abundantiam eorū. Et nūc dñe ecce iste gentes que in nichilū deputate sunt repetūt dominari nri ⁊ deuorare: nos aūt p̄plus tuus quē vocasti p̄mogenitū · unigenitum emulatorem tuū traditi sumus in manibꝫ eoꝝ. Et si propter nos creatum est seculū: quare non hereditatem possidem⁹ cū seculo? Usquequo hec?

Et factū est cum finissem loqui verba hec: missus ē ad me angelus q̄ missus fuerat ad me primis noctibus: et dixit ad me. Surge esdra: et audi sermones quos veni loqui ad te. Et dixi. Loquere deus meus. Et dixit ad me. Mare positū est in spacioso loco ut esset altum et immensum: erit autē ei introitus in angusto loco positus: ut esset similis fluminibus. Quis enī voluus voluerit ingredi mare ⁊ videre eum uel dominari eius: si nō transierit angustum in latitudinē venire quomodo poterit? Aliē aliud. Ciuitas est edificata· ⁊ posita in loco cāpestri: ē autē plena omniū bonoꝝ. Introit⁹ eius angustus ⁊ in p̄cipiti positus: ut esset a dextris quidē ignis· a sinistris aqua alta: semita aūt est una sola inter eos posita· hoc ē inter ignē ⁊ aquā: ut non capiat semita nisi solummodo vestigiū hominis. Si aūt dabitur ciuitas homini in hereditatē: si nunq̄ ātepositū periclin ptransierit· quomodo accipiat hereditatē suam? Et dixi. Sic dñe. Et dixit ad me. Sic est ⁊ isrl' pars. Propter eos enī feci seculum: et quādo trāsgressus ē adam ostitutiones meas: iudicatū ē quod factū ē. Et facti sunt introitus huius seculi angusti et dolentes ⁊ laborioſi: pauci aūt ⁊ mali et periculoꝝ pleni· ⁊ labore magno opere fulti: nam maioris seculi introitus spacioſi· ⁊ securi: ⁊ facientes immortalitatis fructum. Si ergo nō ingrediētes ingressi fuerūt· qui vivunt angusta ⁊ vana hec: nō poterunt recipre que sunt reposita. Nūc ergo tu quare cōturbaris cum sis corruptibilis: et quid moueris tu cum sis mortalis? Et quare nō accepisti in corde tuo q̄ futurum:

sed qđ in presenti ⁊ Respōdi ⁊ dixi. Dominator dñe: ecce dispositi lege tua: quoniā iusti hereditabūt hec. Impij aūt peribunt: iusti aūt ferent angusta sperātes spaciosa. Qui enī impie gesserunt: ⁊ angusta pelli sunt: ⁊ spaciosa non videbūt. Et dixit ad me. Non est iudex sup deū: neq; intelligēs sup altissimū. Pereāt enī multi p̄sentes: quia negligit̄ que ātepositā ē dei lex. Mundans enī mūdauit deus venientibus. quādo venerūt: quid facientes viuerent et quid obseruantes nō punirent̄. Hij aut̄ nō sunt pstasi ⁊ cōtradixerūt ei: et constituerūt sibi cogitamen vanitatis. ⁊ posuerunt sibi circumuentiones delictorū: ⁊ supdixerūt altissimo non esse. et vias eius nō cognouerūt: et legem eius spreuerunt ⁊ spōsiones eius abnegauerūt: ⁊ in legitimis eius fidē non habuerūt. et opra eius nō perfecerūt. Propter hoc eldra vacua vacuis: et plena plenis. Ecce tempus veniet: et erit quando venient signa que predixi tibi. Et apparebit spōsa: ⁊ apparescēs ostendet̄ que nūc subducit̄ terra: ⁊ ois qui liberatus ē de predictis malis ipe videbit mirabilia mea. Reuelabit̄ enī filiꝰ meus ihesus cum his q̄ cū eo sūt: et iocundabunt̄ q̄ relicti sunt ī annis quadringentis. Et erit post annos ipos ⁊ morietꝰ filiꝰ meꝰ christus: ⁊ oēs q̄ spiramentū habent homines: ⁊ conuertetur seclm in antiquū silentiū diebus septē sicut ī prioribs iudicijs. ita ut nemo delinquat̄ et erit post dies septem: ⁊ rectabit̄ qđ non dū vigilat seculum: ⁊ morietur corruptū. Et terra reddet que in ea dormiunt: ⁊ puluis q̄ in eo silentio habitant: ⁊ promptuaria. reddēt que eis ꝺmendate sunt anime. Et reuelabitur altissimus super sedem iudicij: ⁊ ptransibūt miserie: ⁊ longanimitas cōgregabit̄. Iudiciū aut̄ solū remanebit: veritas stabit: ⁊ fides conualescet. Et opus subsequetur. et merces ostendet̄: ⁊ iusticie vigilabūt: et iniusticie nō dñabuntur. Et dixi. C vn.

Primꝰ abrahā propter sodomitas orauit et moyses pro pribs qui in deserto peccauerūt: ⁊ qui post eū p̄ ihsū in diebs achaz ⁊ samuelis et dauid pro cōfractione: ⁊ salomon pro eis qui venerunt in sanctionē: ⁊ helias pro his qui pluuiā acceperunt ⁊ pro mortuo ut viuēt: ⁊ ezechias pro ipso in diebus sennacherib: ⁊ multi pro multis. Si ergo modo quando corruptibile increuit. ⁊ iniusticia multiplicata ē. ⁊ orauerunt iusti pro impijs. quare ⁊ nūc sic nō erit? Et respondit ad me et dixit. Presens seclm nō est finis: gloria in eo frequens manet: propter hoc orauerunt pro inualidis. Dies enī iudicij erit finis temporis huiꝰ: et initium tēporis future immortalitatis: ī quo ptransiuit corruptela soluta ē in temperantia abscisa ē incredulitas: creuit aūt iusticia orta ē veritas. Tunc enim nemo poterit saluare eū qui periit: neq; demergere qui vicit. Et respondi ⁊ dixi. Hic sermo meus pmus ⁊ nouissimus: quī melius erat nō dare terram adam: uel cū iā dedisset coercere eū. ut non peccaret. Quid enī prodest oībs in presenti viuere in tristicia: ⁊ mortuos sperare punitionē. O tu quid fecisti adam. Si enī tu peccasti nō est factꝰ solius tuus casus: sed ⁊ noster qui ex te aduenimus. Quid enī prodest nobis si p̄missum est nobis immortale tempus: nos aūt mortalia opera egimus? Et quoniā p̄dicta est nobis perennis spes: nos vero pessime vani

facti sumus. Et quoniã reposita sunt nobis habitacula sanitatis ⁊ securitatis: nos vero male cõuersati sumus. Et quoniã reposita gloria altissimi protegere eos qui tarde conversati sunt: nos aũt pessimis viis ambulauimus. Et quoniã ostenderẽ paradisus cuius fructꝰ incorruptus pseuerat in quo est securitas et medela: nos vero nõ ingrediemur. Sn ingratis enĩ locis cõuersati sumus. Et qñ sup stellas fulgebũt facies eoꝝ ꝙ abstinentiã habuerũt: nostre autem facies sup tenebras nigre. Non enĩ cogitauimꝰ viuẽtes quãdo iniquitatẽ faciebamꝰ: ꝙ incipiemus post mortem pati. Et respõdit ⁊ dixit. Hoc est cogitamentũ certaminis qđ certabit qui sup terrã natus est hõmo ut si victus fuerit patiat quod dixisti. Si aũt vicerit recipiet quod dico: qñ hec ẽ via quã moyses dixit rũ viueret ad pplm dicens. Elige tibi vitã ut viuas. Nõ credideruũt aũt ei: sed nec post eum pphetis. Sed nec michi qui locutus sum ad eos: qñ nõ esset tristicia ĩ pditionẽ eoꝝ sicut futurũ ẽ gaudium sup eos quibꝫ psuasa est salus. Et respondi ⁊ dixi. Scio dñe qñ vocatus est altissimus misericors in eo misereatur his qui nondũ ĩ seculo aduenerũt: ⁊ ꝙ miseretur illis qui conuersionẽ faciũt in lege eius: ⁊ longanimis est qñ lõganimitatẽ prestat his qui pecauerũt quasi suis operibꝫ: ⁊ munificꝰ est quoniã quidẽ donare vult pro exigentijs: ⁊ multe misericordie: quoniã multiplicat magis misericordias his qui presentes sunt ⁊ qui ptereruũt: ⁊ qui futuri sunt. Si enĩ non mltiplicauerit misericordias suas nõ viuificabit̃ seculũ cum his qui inhereditabãt in eo. Et donat: qñ si nõ donauerit de bonitate sua · ut alleuent̃ hij qui iniquitatẽ fecerunt de suis iniquitatibꝫ: nõ poterit decies millesima pars viuificari hominum. Et iudex si nõ ignorauerit his qui curam sunt verbo eius · ⁊ deleuit mltitudinem cõemptionum: nõ fortassis derelinquerentur innumerabili multitudine nisi pauci valde.

Et respõdit ad me: ⁊ dixit. Hoc secim fecit altissimꝰ propt mltoſ: futurũ aũt propter paucos. Dicã aũt coram te similitudinẽ esdra. Quomodo aũt interrogabis terrã ⁊ dicet tibi· quoniã dabit terrã multã magis unde fiat fictile· paruũ aũt puluerẽ unde aurũ fit: sic et actꝰ pñtis seculi. Multi quidẽ creati sunt: pauci aũt saluabunt̃. Et respõdi ⁊ dixi. Absorbe ergo aĩa sensum ⁊ deuorat qđ sapit. Conuenisti enĩ obaudire: ⁊ prophetas volens ſ: Nec enĩ tibi est datũ spaciũ: nisi solumnodo viuere. O dñe· si non permittes seruo tuo ut oremus coram te· ⁊ des nobis semen cordi ⁊ sensui culturã unde fructus fiat: unde viuere possit omnis corruptus qui portabit locũ hominis ſ: Solus enĩ es: ⁊ una plasmatio nos sumus manuũ tuaꝝ sicut locutus es. Et quomodo nũc ĩ matrice plasmatũ est corpus ⁊ prestas membra· cõseruat̃ in igni ⁊ aqua tua creatio: et nouem mensibus patit̃ tua plasmatio tua creaturã que in ea creata ẽ: ipm aũt qđ seruat ⁊ quod seruat̃ utraq; seruabunt̃: seruataq; quãdoq; iterũ reddit matrix que in ea creuerũt. Imperasti enĩ ex ipis membris hoc ẽ mamillis pbere lac fructui mamillarum: ut nutriat̃ id quod plasmatũ est usq; in tempus aliquod: ⁊ postea dispones eũ tue misericordie. Enutriuisti eũ tua iusticia· ⁊ erudisti eũ in lege tua: ⁊ corripuisti

eum tuo intellectu·⁊ mortificabis eum ut tua creatura:⁊ viuificabis eū ut tuum opus. Si ergo pdideris eū q̃ cantis laboribꝫ plasmatus est: tuo nutu facile est ordinari ut ⁊ id qđ fiebat seruaretur. Et nūc dñe dicam: de omni hmine tu magis scis: de pplo autem tuo ob quē doleo et de hereditate tua propter quā lugeo·⁊ propter isrl̃ propter quē tristis sum · et de iacob ꝓpter quē doleo: ideo incipiā orare corā te pro me et pro eis: qm̃ video lapsus nostros q̃ inhabitam⁹ terrā. Sed audiui celeritatē iudicis qui futurus est. Ideo audi vocē meam: ⁊ intellige sermonem meū:⁊ loquar corā te. Qnicīū verboꝝ ebore: priusq̃ assumeretur. Et dixi. Dñe qui inhabitas sectin · cuius oculi eleuati in supna et aere·⁊ cuius thron⁹ inestimabilis et gloria incomprehensibilis: cui astat exercit⁹ āgelorꝝ cum tremore·quoꝝ seruatō in vento ⁊ ignī conuertit: cuius verbū verū et dicta pseuerantia: cuius iussio fortis et dispositio terribilis: cuius aspectus arefacit abissos · ⁊ indignatio tabescere facit mōtes: ⁊ veritas testificat. Exaudi orationē serui tui: ⁊ auribꝫ percipe precationē figmenti tui. Dum enī viuo loquar: ⁊ dū sapio respondebo. Ne respicias ppli tui delicta: sed qui tibi in veritate seruiūt. Nec intendas impia gentiū studia: sed qui tua testimonia cum doloribus custodierūt. Nec cogites qui i ꝺspectu tuo false cōuersati sunt: sed memorare qui ex voluntate tua timorem cognouerūt. Neq; volueris pdere q̃ pcudū mores habuerūt: sed respicias eos qui legem tuā splendide docuerūt. Nec indigneris eis qui bestijs peiores iudicati sūt: sed diligas eos qui semp i tua iustitia confidunt et gloria. Quoniam nos ⁊ patres nr̄i talibꝫ morbis languemus: tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis. Si enī deliberaueris ut nr̄i miserearis·tūc misericors vocaberis: nobis aūt nō habentibus opera iustitie. Iusti enim q̃bus sunt opera multa reposita: ex propꝛijs operibus recipiēt mercedem. Quid est enī hmo ut ei indigneris ante gen⁹ corruptibile: ut ita amar⁹ sis de ipo? In veritate enī nemo de genitis ē qui nō impie gessit: et de cōfitentibus qui nō deliquit. In hoc enim annūciabit iustitia tua et bonitas tua domine: cū misertus fueris eis qui nō habēt substantiā bonoꝝ operū. Et rndit ad me: ⁊ dixit. Recte locut⁹ es aliqua: et iuxta sermones tuos sic et fiet. Quoniā nō vere cogitabo supr plasma eoꝝ·qui peccauerūt ante mortem ante iudiciū ante pditionē: sed iocundabor sup iustoꝝ figmentū: ⁊ memorabor peregrinatōnis quoq; et salvationis ⁊ mercedis receptōnis. Quomodo ergo locutus sum: sic ⁊ ē. Sicut enī agricola serit sup terrā semina multa et plātationes multitudinis plantat: sed nō i tēpore oīa q̃ seminata sūt saluant̃·sed nec oīa que plantata sūt radicabūt: sic ⁊ qui i seculo seminati sunt nō oēs saluabunt̃. Et respondi·⁊ dixi. Si inueni gratiam loquar. Quomodo semen agricole si nō ascenderit aut nō acceperit pluuiā tuam in tempore aut si corruptū fuerit multitudine pluuie: sic perit ⁊ similiter hmo qui manibus tuis plasmatus ē: ⁊ tu ei ymago nominar⁹: qm̃ similar⁹ es ei propter quē oīa plasmasti: ⁊ similasti semini agricole. Nō irascaris super nos sed parce pplo tuo: ⁊ miserere hereditati tue. Tu autem creature tue

misereris. Et respōdit ad me: et dixit.
Que sunt pśentia presentibz: z que futura futuris. ſſMultū etī tibi restat ut
possis diligere meā creaturā supe me:
tibi aūt frequēter z ipī proximaui: inustis aūt nunq̄. Sed z ī hoc mirabilis es corā altissimo: quoniā humiliasti te sicut decet te: z nō iudicasti te ut
inter iustos plurimum glorificeris.
Propter qđ misecie mlte z miserabiles
efficiēt eis qui habitāt seculū ī nouissimis: quia in multa superbia ambla-
C viii uerunt. Tu aūt pro te intellige: z de similibz tuis inquire gl'am. Vobis etī
apertus ē paradisus. plātata est arbor
vite: pparatū ē futurū tempus. pparata ē abundantia: edificata est ciuitas.
probata ē requies: pfecta ē bonitas: et
perfecta sapiētia. Radix mali signata
est a vobis: infirmitas et tinea a vobis absconsa ē: z in infernū fugit corruptio ī oblīuione. Transierunt dolores: z ostensus ē in fine thesaurus immortalitatis. ſſNoli ergo adicere inquirendo de mltitudine eoz q̄ pereunt.
ſſam ipī accipientes libertatē spreuerunt altissimū: z legem ei⁹ contempserunt: z vias eius dereliquerūt. Adhuc
aūt iustos eius oculcauerūt: z dixerūt
in corde suo nō esse deū: z quidem scientes qm̄ moriunt. Sic etī vos suscipient que predicta sunt: sic eos tritos et
cruciatus que pparata sunt. ſſon etī
voluit hominem disperdi. Sed et ipī
qui creati sunt cōinquinauerūt nomē
eius qui fecit eos: et ingrati fuerunt ei
q̄ pparauit eis vitā. Quapp̄t iudiciū
meū modo appropīquat. Que non omnibz demonstraui nisi tibi: et tibi similibz paucis. Et rndi z dixi. Ecce nūc
dne demōstrasti michi mltitudinem signorū q̄ incipies facere ī nouissimis:
sed nō demōstrasti michi quo tempore.
Et respondit ad me: z dixit.
ſſMetiēs metire tēp⁹ ī semetipo:
et erit cum videris quādo trālierit pars
quedā signoz que p̄dicta sunt: tunc
intelliges qm̄ ipm est tempus in quo
incipiet altissimus visitare seculu qđ
ab eo factū est. Et quando videbit in seculo motio locoz et pplorū turbatio:
tunc intelliges quoniā de hijs erat altissimus locutus: a diebz qui fuerunt
ante te ab initio. Sicut etī omne qđ
factum ē in seculo initiū habet pariter
z consūmationē. z cōsummatio ē manifesta: sic et altissimi tempora. inicia
habent manifesta in prodigijs et virtutibus z ꝺsummationes ī actu et in
signis. Et erit omnis qui saluus fact⁹
fuerit z qui poterit effugere p opra sua
et per fidem in qua credidistis reliquet
de p̄dictis periculis: z videbit salutare
meū in terra mea. z ī finibz meis: qm̄
sanctificaui me a seculo. Et tunc mirabunt qui nūc abusi sunt vias meas: z in tormentis ꝺmorabunt hij. q̄
eas proiecerūt in concēptu. Qui etiam
nō cognouerūt me viuentes beneficia
consecuti z qui fastidierūt legem meā
cum adhuc erant habentes libertatē:
et cum adhuc esset eis apertus penitētie
locus nō intellexerūt sed spreuerūt: ipos
oportet post mortē in cruciamēto cognoscere. Tu ergo noli adhuc curiosus esse quomodo impij cruciabūtur:
sed inquire quomodo iusti saluabuntur: z quorū seculū z propter quos seculum z quādo. Et respōdi z dixi. Olim locut⁹ sum z nūc dico z postea dicam: quoniā plures sunt qui pereūt.
q̄z qui saluabunt: sicut mltiplicat fluctus sup guttam. Et respōdit ad me:
et dixit. Qualis ager talia z semina: z

quales flores tales ⁊ tincture:et qualis operator talis et creatio: ⁊ qualis agricola talis cultura·qñ̄ temp⁹ erat seculi. Et nūc cum essem parans eis hijs qui nūc sunt anteq̄ fieret seculū in quo habitarent:⁊ nemo cōtradixit mihi· tunc enī quisq; ⁊ nunc creator in mundo hic parato ⁊ mense indeficienti ⁊ lege inuestigabili:corrupti sūt mores eor. Et cōsideraui seculū: ⁊ ecce erat periculū ꝓpter cogitationes que in eo aduenerunt. Et vidi ⁊ pperci ei valde:et seruaui mihi animum de botro: et plantationē de tribu multa. Pereat ergo multitudo que sine causa nata est: ⁊ seruetur animus meus ⁊ plātatō mea:quia cū multo labore pfeci. Tu aūt si adhuc intromittas septem dies alios sed non ieiunabis in eis:ibis ī campū florū ubi domus non est edificata: ⁊ manducabis solummodo de floribz campi·⁊ carnē nō gustabis et vinū non bibes· sed solūmodo flores. Deprecare altissimū sine intermissione:et veniam ⁊ loquar tecū. Et profectus sum sicut dixit mihi in campū qui uocat ardath:⁊ sedi ibi in floribz. Et de herbis agri manducaui: ⁊ facta est esca eaq̄ mihi in saturitatē. Et factum ē post dies septem ⁊ ego discūbebam supra fenū: ⁊ cor meū iterū turbabatur sicut ⁊ ante. Et aperta est os meum:⁊ inchoaui dicere coram altissimo: ⁊ dixi. O dñe te nobis ostēdens ostensus es patribz nr̄is ī deserto quādo erāt exeuntes de egipto:qđ non calcatur et infructuoso:⁊ dicēs dixisti. Tu israhel audi me: ⁊ semen iacob intende sermonibz meis. Ecce enī ego semino ī uobis legem meā:⁊ faciet in uobis fructum:⁊ glorificabimini in eo p̄ secli. Ptā patres nr̄i accipientes legē nō seruauerūt: et legitima mea non custodierūt:⁊ factus ē fructus legis nō parens·nec enī poterat quoniā tuus erat:nā qui acceperunt perierunt:nō custodiētes quod in eis seminatū fuerat. Et ecce cōsuetudo est:ut cum acceperit terra semen·uel nauē mare· uel vas aliqđ escam uel potum:cū fuerit exterminatū id in quo seminatū ē uel in qđ missum ē:simul id quod seminatū uel missum ē uel q̄ suscepta sunt exterminanē:⁊ suscepta iam nō manent apud nos. Sed nobis sit non factum ē. Ptos quidem qui legem accepimus peccantes periimus et cor nostrū quod suscepit eam:nam lex nō periit:sed pmansit in suo labore. Et cū loqueter hec in corde meo respexi oculis meis: ⁊ vidi mulierem in dextera parte. Et ecce hec lugebat ⁊ plorabat cum uoce magna:⁊ animo dolebat valde:⁊ vestimenta eius discissa. et cinis sup caput eius. Et dimisi cogitatus ī quibz eram cogitans:⁊ conuersus sum ad eā: ⁊ dixi ei. Ut quid fles:⁊ quid dolet animo? Et dixit ad me. Dimitte me dñs meus ut defleā me:⁊ adiciā dolorem qm̄ valde amara sum animo:⁊ humiliata sū valde. Et dixi ei. Quid passa es? Dic mihi. Et dixit ad me. Sterilis fui ego famula tua:⁊ nō peperi habens maritū annis triginta. Ego enī p̄ singulas horas ⁊ per singulos dies ⁊ annos triginta hos deprecor altissimum nocte ac die. Et factum est post triginta annos exaudiuit me deus ancillam tuam: ⁊ vidit humilitatem meam et attendit tribulationi mee: ⁊ dedit mihi filiū. Et iocundata sum sup eum valde ego ⁊ vir meus ⁊ omnes cives mei:⁊ honorificabamus valde fortem. Et nutriui eū cū labore multo:et factū

ē cū creuisset ⁊ uoluisset accipere uxorē: fe-
Et factum ē cum ei die epuli.
introisset filius meꝰ in thalamo
suo: cecidit ⁊ mortuus ē: ⁊ euertimus
oēs lumina. Et surrexerūt oēs ci-
ues mei ad consolandū me: ⁊ quieui
usq; in aliū diē. usq; nocte. Et factum
est cum oēs quieuissent ut me cōso-
larent ut quiescerem: ⁊ surrexi nocte et
fugi et ueni sicut uides in hoc campo:
et cogito iam nō reuerti in ciuitatem.
sed hic consistere: ⁊ neq; manducare
neq; bibere: sed sine intermissione luge-
re ⁊ ieunare usq; dū moriar. Et dere-
liqui sermones in quibus eram: et
respondi cum iracundia ad eam: et
dixi. Stulta sup omnes mulieres: nō
uides luctum nrm ⁊ que nobis cōtin-
gunt? Quoniā syon mater nra omni
tristicia ætristatur ⁊ humilitate humi-
liata est ⁊ lugē ualidissime: ⁊ nūc qui
oēs lugemus ⁊ tristes sumus. quo-
niam oēs cōtristati sumus: tu autē
ætristaris in uno filio. Interroga emi
terrā ⁊ dicet tibi: quoniā hec ē q̄ debeat
lugere casum tātoꝝ sup eā germinan-
tium. Et ex ipa ab initio oēs nati
et alij uenient. Et ecce prne omnes in
perditionem ambulāt: ⁊ extermini ū fit
multitudo eorū. Et quis ergo debet lu-
gere magis. nisi hec que tam magnā
multitudinē pdidit: q̄ tu que ꝓ uno
doles? Si aūt dicis mihi quoniam
non ē planctꝰ meus similis terre: quo-
niā fructus uētris mei pdidi. quē cum
meroribs peperi ⁊ cū doloribs genui:
terra aūt scdm uiā terre. abijtq; in ea
multitudo presens. quomodo euenit:
et ego tibi dico. Sicut tu cum labore
ꝓpersisti: sic et terra dat fructum suū. ho-
mini ab initio ei qui fecit eam. Nunc
ergo retine apud temetipam dolorem
tuū: et fortiter fer qui tibi contigerunt
casus. Si enī iustificaueris inimicū dei
et cōsiliū suū. recipies i tēpore: ⁊ in ta-
libus collaudaberis. Ingredere ergo i
ciuitatē ad uirū tuum. Et dixit ad me.
Nō faciā: neq; ingrediar ciuitatē: sed
hic moriar. Et apposui adhuc loqui
ad eam. ⁊ dixi. Noli facere hūc sermo-
nem: sed cōsentiri pluadenti. Quot enim
casus syon? Consolare ꝓter dolorē
ihrlm. Uides enim qm̄ sanctificatio
nostra deserta effecta ē. ⁊ altare nostrū
demolitū est. ⁊ templū nrm destructū ē:
et psalterium nostrū humiliatū est. ⁊ y-
nnꝰ dticuit: ⁊ exultatio nostra disso-
luta est. ⁊ lumen candelabri nri extin-
ctum ē: ⁊ archa testamenti nri direpta
est. ⁊ sancta nra dtaminata sūt: ⁊ no-
men qnod inuocatum ē sup nos prne
profanatū est. ⁊ liberi nostri cōtume-
liam passi sunt. ⁊ sacerdotes nri succen-
si sūt ⁊ leuite nri i captiuitatē abierūt:
et uirgines nre coinquinate sunt. ⁊ mu-
lieres nre uim passe sunt ⁊ iusti uestri
rapti sunt. ⁊ paruuli nri pditi sunt. et
iuuenes nostri fuerūt: ⁊ fortes nostri
inualidi facti sunt. Et quod omniū
maius signacim syon: qm̄ reliquata
est de gloria sua. Nam ⁊ tradita ē in
manibs eorū qui nos odērūt. Tu ergo
excute tuā tristiciā mltam: et depone
abs te mltitudinē doloꝝ ut tibi repro-
picietur fortis: ⁊ requiē faciet tibi altis-
simus. requietionē laborū. Et factum
est cū loquebar ad eam facies eiꝰ ful-
gebat subito: ⁊ species choruscus fie-
bat uisus eius: ut essem pauēs ualde
ad eam ⁊ cogitarem quid esset hoc. Et
ecce subito emisit sonitum uocis ma-
gnū timore plenū: ut dmoueret terra
a mulieris sono. Et uidi: ⁊ ecce ām̄pli
mlier nō cōparebat mihi: sed ciuitas

ædificabat̄ et locus demōstrabatur de
fundamētis magnis:⁊ timui ⁊ clama-
ui uoce magna:⁊ dixi. Ubi ē huriel
āgelus qui a principio uenit ad me?
Quoniā ipe me fecit uenire in multitu-
dine in excessu mentis hui⁹. Et factus
est finis meus i corruptionē:⁊ oratio
mea improperiū:⁊ cum essem loquēs
ego hec:ecce ueit ad me ⁊ uidit me. Et
ecce eram positus ut mortu⁹:⁊ intelle-
ctus me⁹ alienat⁹ erat. Et tenuit dexte-
ram meā ⁊ cofortauit me:⁊ statuit me
sup pdes meos. Et dixit mihi. Quid
tibi ē ⁊ quare cōturbat⁹ ē intellect⁹ tu⁹
et sensus cordis tui:⁊ quare conturba-
ris? Et dixi. Quoniā dereliquisti me.
Et ego quidē feci scōm mōnes tuos:
et exiui in campū: ⁊ ecce uidi et uideo
qđ non possum enarrare. Et dixit ad
me. Sta ut uir:⁊ cōmonebo te. Et di-
xi. Loquere dñe meus tu in me. Noli
me derelinquere ut nō frustra moriar:
qm̄ uidi que nō sciebam:⁊ audio que
nō scio. Aut nunqđ sensus me⁹ falli-
tur:⁊ anima mea supmat? Nunc er-
go deprecor te:ut demōstres seruo tuo
de excessu hec. Et respōdit ad me:⁊ di-
xit. Audi me·⁊ docebo te:⁊ dicā tibi
de quibꝫ times:qm̄ altissimus reuela-
uit tibi misteria mlta. Uidit rectā uiā
tuam:qm̄ sine intermissione contrista-
baris pro populo tuo:⁊ valde lugebas
propter syon. Hec ergo intellectus uisi-
onis que tibi apparuit ante paululū.
Quā uidisti lugentē inchoasti conso-
lari eā:nūc aūt iam specie mulieris nō
uides·sed apparuit tibi ciuitas edifica-
ri:⁊ quoniā enarrabat tibi de casu fi-
lij sui. Hec absolutio est. Hec mulier
quā uidisti·hec ē syon:⁊ quoniā dixit
tibi ꝫꝫ ⁊ nūc conspicies·ut ciuitatē edi-
ficatam. Et quoniam dixit tibi quia
sterilis fuit ānis triginta: propter qđ
erant āni scilicet triginta quādo non
erat in ea adhuc oblatio ablata. Et
factū ē post annos triginta ædificauit
salomon ciuitatē ⁊ obtulit oblatio-
nes:tūc fuit quādo pperit sterilis filiū.
Et qd tibi dixit quoniā nutriuit cū cū
labore:hoc erat habitatio i hierusalē.
Et qm̄ dixit tibi qd filiꝰ me⁹ ueniens i
suo thalamo mortu⁹ esset·⁊ cōtigisset
ei casus:hec erat que facta ē ruina hie-
rusalē. Et ecce uidisti similitudinē ei⁹:
et quoniā filiū lugeret inchoasti con-
solari eam:⁊ de his que augerunt hec
erant tibi aperienda. Et nūc uidet altis-
simus qm̄ ex animo contristatus es: et
quoniā ex toto corde pateris pro ea:
ostendit tibi claritatē glorie ei⁹:⁊ pul-
critudinē decoris ei⁹. Propterea eni di-
xi tibi:ut maneres i cāpo ubi dom⁹ nō
est ædificata. Sciebam eni ego quoni-
am altissimus incipiebat tibi ostende-
re hec:propterea dixi tibi ut uenires in
agrū ubi nō ē fundamētū edificij. Nec
eni poterat opus edificij hominis susti-
neri in loco: ubi incipiebat altissimi
ciuitas ostendi. Tu ergo noli timere
neq; expauescat cor tuum:sed ingredere
et uide splendorem ⁊ magnitudinē edi-
ficij·quantū capax ē tibi uisu oculorū
uidere:⁊ post hec audies quantū capit
auditus auriū tuaꝝ audire. Tu enim
beatus es p̄ multis:⁊ uocat⁹ es apud
altissimū·sicut ⁊ pauci. Nocte autem
que i crastinū futura ē manebis hic:⁊
ostendet tibi altissimus eas uisiones
supmorū que faciet altissimus his q̄
habitant super terram a nouissimis
diebus. Et dormiui illam noctem et
aliam: sicut dixerat mihi C. xi.
Et uidi somniū:⁊ ecce ascendebat
de mari aquila cui erāt duodecī

ale pennarū:⁊ capita tria. Et vidi:et
ecce exp̃adebat alas suas ī omnē terrā:
et oēs vanī celi insufflabant in eā ⁊
colligebanť. Et vidi:et de pennis eius
nascebanť cōtrarie penne:⁊ ipse fiebāt
in pēnaculis minutis ⁊ modicis. Sed ā
capita eius erāt quiescentia:⁊ dimidi-
um caput erat manus aliorū capitū:
sed ipa quiescebat cū eis. Et vidi:et ec-
ce aquila volauit in pennis suis: et re-
gnauit sup terrā ⁊ sup eos q̄ habitant
in ea. Et vidi qm̄ subiecta erāt ei oīa
sub celo:⁊ nemo illi ꝛtradicebat: neq;
vnus de creatura que est sup terrā. Et
vidi: ⁊ ecce surrexit aquila sup ungues
suos:⁊ misit vocem pennis suis dicēs.
Nolite oēs simul vigilare:dormite
vnusquisq; ī loco suo: ⁊ p tempus vi-
gilate. Capita aūt in nouissimo fuen-
tur. Et vidi:et ecce vox nō exibat de ca-
pitibus eius:sed de mediet̄ate corporis
eius. Et numerau cōtrarias pennas
eius:⁊ ecce ipe erant octo. Et vidi:et ec-
ce a dextera parte surrexit vna penna:
et regnauit sup omnē terrā. Et factū ē
cum regnaret·venit ei finis:⁊ nō appa-
ruit locus ei9: ⁊ sequēs exsurrexit et re-
gnabat. Ipa multū tenuit temp9. Et
factum ē cū regnaret:⁊ veniebat finis
eius ut nō appareret sicut prior:⁊ ecce
vox emissa est illi dicēs. Audi tu que
tāto tempore tenuisti terrā. Nec ānun-
cio tibi anteq̄ incipias non apparere.
Nemo post te tenebit tēpus tuum: sed
nec dimidiū ei9. Et leuauit tercia:⁊ te-
nuit prīcipatū sicut ⁊ priores: ⁊ non
apparuit ⁊ ipa. Et sic ꝛtingebat omni-
bus alijs singl'arum prīcipatū gerere:
et iterū nulq̄ compārere. Et vidi:⁊ ecce
in tēpore·sequētes penne exigebanť a
dextera parte ut tenerēt ⁊ ipe principatū:
et ex hijs erant que tenebāt: sed tamen
statim nō comparescebāt: nā ⁊ alique
ex eis exigebanť·sed nō tenebāt princi-
patū. Et vidi post hec:⁊ ecce nō compa-
ruerunt duodecim penne ⁊ duo pennā-
cula:⁊ nichil supererat in corpore aqui-
le nisi duo capita quiescentia ⁊ sex pen-
nacula. Et vidi: ⁊ ecce sex pennaculis
diuise sunt due:⁊ māserūt sub capite
qd̄ ē ad dextera partem. Quam quatuor
manserūt ī loco suo. Et vidi:⁊ ecce hec
subalares cogitabāt se exigere: ⁊ tene-
re principatus. Et vidi:et una erecta ē:
sed statim nō comparuit. Et sede velo-
cius q̄ priores non comparuerūt. Et
vidi:⁊ ecce due que superauerūt apud
semetipas cogitabāt ⁊ ipe regnare:et
in eo cū cogitarent· ecce vnū quiescen-
tium capitū qd̄ erat mediū euigilabat.
Hoc erat duoq̄ capitū manus. Et
vidi qm̄ cōpleta sūt duo capita secū:⁊
ecce auersum ē caput cum hijs qui cū
eo erant: ⁊ comedit duas subalares
que cogitabant regnare. Hoc aūt ca-
put contriuit omnē terrā:⁊ dñabať
in ea hijs qui habitant terrā cū labore
multo:⁊ potentatū tenuit orbis terra-
sup omnes alas que fuerūt. Et vidi
post hec:⁊ ecce mediū caput subito nō
comparuit:⁊ hoc sicut ale. Superaue-
runt aūt duo capita:q̄ ⁊ ipa similiter
regnauerūt sup terram:⁊ sup eos qui
habitant ī ea. Et vidi:⁊ ecce deuorauit
caput a dextera parte illud qd̄ a leua.
Et audiui vocē dicentem michi. Con-
spice cōtra te:et considera quod vides.
Et vidi: et ecce sicut leo concitatus de
silua rugiens:et vidi qm̄ emittebat vo-
cem hominis ad aquilā. Et dixit di-
cens. Audi tu·et loquar ad te:⁊ dicit
altissimus tibi. Nōne tu es q̄ superā-
sti de quatuor animalibꝫ que feceram
regnare ī seculo meo:⁊ ut p eos venīret

finis temporū eorū? Et quartus mutans deuicit oīa animalia q̄ transierūt. et potentatu tenuit secūm cum tremore mīto. ⁊ omnē orbem cū labore pessimo: et inhabitauit tot temporibꝫ orbem terrarū cū dolo. Et iudicasti terram non cū veritate. Tribulasti enī mansuetos ⁊ lesisti quietētes: ⁊ dilexisti mendaces et destruxisti habitationes eoꝝ q̄ fructificabāt: et humiliasti muros eoꝝ qui te nō nocuerūt. Et ascendit cōtumelia tua ad altissimū: ⁊ superbia tua ad fortem. Et respexit altissimus superba tempora: et ecce finita sunt: ⁊ scelera eius completa sūt. Propterea nō apparea? tu aquila ⁊ ale tue horribiles ⁊ pennacula tua pessima. ⁊ rapita tua maligna. et ungues tui pessimi. ⁊ oīne corpus tuū vanū: vt refrigeret oīs terra. et reūtat liberata de tua vi: ⁊ spret iudiciū ⁊ nisciam eius q̄ fecit eam.

Et factū est dū loqueret leo verba hec ad aquilā: ⁊ vidi et ecce ip̄ superauerat caput et non comparuerūt quatuor ale ille que ad eū trāsierunt ⁊ erecte sunt ut regnarēt: ⁊ erat regnū eorum exile. ⁊ tumultu plenū. Et vidi: et ecce ipa nō apparebāt: ⁊ omne corpus aquile incendebat: ⁊ expauescebat ira valde. Et ego a tumultu ⁊ excessu mentis et a magno timore vigilaui: et dixi spiritui meo. Ecce tu p̄stitisti michi hoc: in eo q̄ scrutaris vias altissimi. Ecce adhuc fatigatus sum animo. et spiritu meo inualidus sū valde: ⁊ nec modica ē in me virt? a multo timore q̄ expaui nocte hac. Nūc ergo orabo altissimū: ut me confortet usq̄ in finē. Et dixi. Dñator dñe si inueni gratiā ante oculos tuos. ⁊ si iustificat? sum apud te pre mīis. ⁊ si recte ascendit deprecatio mea āte faciē tuā: cōforta me et ostende seruo tuo michi interpretationem et distinctionem visus horribilis huius: ut plenissime edoleris animā meā. Dignū eni me habuisti: ostendere michi tēporū nouissima Et dixit ad me. Hec ē interpretatio visionis huius. Aquilā quā vidisti ascendentem de mari: hoc ē regnū qđ visum ē in visione danieli fratri tuo. Sed nō est illi interpretatū: qm̄ ego nūc tibi interpretor. Ecce dies veniūt: ⁊ exsurget regnū sup terrā: ⁊ erit timor acrior omniū regnorū que fuerūt āte eū. Regnabunt aūt in ea reges duodecim: vnus post vnum. Sā secūdus incipiet regnare: et ip̄e tenebit amplius tēpus pre duodecim. Hec ē interpretatio duodecim alaꝝ quas vidisti. Et quā audisti vocem que locuta est nō de capitibꝫ eius exeuntē sed de medio corpore ei?: hec est interpretatio. Quoniā post temp? regni illius nascent cōtentiones non modice: ⁊ pericitabit ut cadat et non cadet tunc: sed iterū constituetur in suū initiū. Et qm̄ vidisti subalares octo coherentes alis ei?: hec ē interpretatio. Exsurgent in ip̄o octo reges quorum erūt tēpora leuia ⁊ anni citati: ⁊ duo quidē ex ipsis perient. Appropiquāte aūt tēpore medio. quatuor seruabuntur i tp̄e: cum incipiet appropinquare tēpus eius ut finiatur. Due vro in finem seruabunt. Et quoniā vidisti tria capita quietātia: hec ē interpretatio. In nouissimis eius suscitabit altissimus tria regna: et reuocabit in ea mīra et dñabunt terrā ⁊ qui habitāt in ea: cū labore multo sup oēs q̄ fuerūt ante hos. Propter hoc ipi vocati sunt capita aquile. Isti enim erunt q̄ recapitulabunt impietates eius et qui perficient nouissima eius. Et qm̄ vidisti

Ex.

raput maius nō apparens:hec est interpretatio ei⁹.Quoniā un⁹ ex eis sup lectum suum moriet̄·z tamen cum tormentis. Nam duo q̄ pseuerauerint: gladius eos comedet. Unus enim gladius comedet qui cū eo:sed tamen hic gladio ī nouissimis cadet. Et qm̄ vidisti duas subalares tacientes super raput qđ est in dextera parte:hec est interptatio.Hij sunt quos conseruauit altissimus in finē suū: hoc ē regnum exile z turbationis plenū. Sicut vidisti et leonem quē vidisti de silua euigilātem z rugientē z loquentē ad aquilam et arguentem eā·z iniustitias ipius p omnes sermones ei⁹ sicut audisti:hic ē vētus quē seruauit altissimus ī finē ad eos et impietates ipoz: z arguet illos z incutiet corā ipis scerptiones eoz. Statuet enī eos in iudicium viuos:z erit cū arguerit eos:tūc corripiet eos. Nam residuū pplm meū liberabit cum miseria·qui saluati sūt sup fines meos:z iocundabit eos quoadusq; veniet finis dies iudicij de quo locut⁹ sum tibi ab initio. Hoc somnium qđ vidisti:z hec interpretationes. Tu ergo solus dignus fuisti scire altissimi secretū hoc. Scribe ergo omnia ista in libro que vidisti·z pone ea i loco abscondito:z docebis ea sapientes de pplo tuo:quoz corda scis posse capere et seruare secreta hec. Tu aūt adhuc sustine hic alios dies septem: ut tibi ostendat̄ quicquid residuū fuerit altissimo ostendere tibi. Et profect⁹ est a me. Et factū ē cum audisset omnis pplus qm̄ pterāsierūt septē dies z ego nō fuissem reuersus ī ciuitatē:et congregauit se ois a minimo usq; ad maximū z veīt ad me: z dixerunt michi dicētes. Quid peccauim⁹ tibi:z quid iniuste egimus in te quoniā derelinquēs nos·sedisti ī loco hoc &. Tu enī nobis superes solus ex oīnib; pplis sicut botrus de vinea: et sicut lucerna in loco obscuro:z sicut portus z nauis saluata a tempestate. Aut non sufficiūt nobis mala · que ingūt &. Si ergo tu nos dereliqueris: quanto nobis erat melius si essemus succensi et nos cū incendio syon &. Nec enī nos meliores sumus eorū qui ibi mortui sunt. Et plorauerūt voce magna. Et respondi ad eos z dixi. Confide israhel:z noli tristari tu domus iacob. Est enī memoria vestri corā altissimo:z fortis non ē oblit⁹ nostri ī temptatione. Ego enī non dereliqui vos neq; excessi a vobis:sed veni ī hūc locum ut deprecarer p desolatione syon: ut quererē misdiam pro humilitate sācificationis vestre. Et nūc ite unusquisq; vestrum ī domū suā:et ego veniam ad vos post dies istos. Et profectus ē pplus sicut dixi ei in ciuitate. Ego aūt sedi in cāpo septem diebus sicut michi mādauit:z manducabā de floribus solummodo agri: de herbis facta est esca michi ī diebz illis.

Et factum ē post dies septem:z somniaui somnū nocte. Et ecce de mari ventus exsurgebat:ut conturbaret oīes fluctus ei⁹. Et vidi:z ecce cōualescebat ille hom⁹ cum milibz celi:z ubi vultū suū vertebat ut cōsideraret tremebat oīa que sub eo videbant̄: et ubicūq; exibat vox de ore eius ardescebāt oīes q̄ audiebāt voces ei⁹ sicut quiescit terra quando sentit ignē. Et vidi post hec:z ecce congregabat̄ multitudo hominū quoz nō erat numer⁹ de quatuor ventis celi·ut debellarent hominē qui ascenderat de mari. Et vidi:z ecce sibimet ipi sculpserat montē magnū:

et volauit sup eū. Ego aūt quesiui videre regionem uel locū unde sculptus esset mōs: ⁊ nō potui. Et post hec vidi: et ecce oēs q̄ ꝯgregati sunt ad eum ut ꝛpugnarent eū timebāt valde: tamen audebant pugnare. Et ecce ut vidit impetū mltitudinis venientis· nō leuauit manū suā neq; frameā tenebat· neq; aliqd̄ uas bellicosum: nisi solūmodo ut vidi· quoniā emisit de ore suo sicut flatum ignis · ⁊ de labijs eius spiritus flamme· et de lingua ei⁹ emittebat scintillas ⁊ tēpestates: ⁊ commixta sunt oīa simul hic flatus ignis et spiritus flāme · ⁊ multitudo tempestatis: ⁊ concidit sup multitudinē in impetu que parata erat pugnare ⁊ succendit oēs: ut subito nichil videretur de innumerabili multitudine· nisi solummodo puluis et fumi odor. Et vidi: et ꝛtimui. Et post hec vidi ipm hominem descendētē de mōte et vocantē ad se multitudinē aliā pacificā: ⁊ accedebāt ad eum vultus hominū mltorū quorūdā gaudentiū· quorundā tristātium: aliqui vero alligati: aliqui adducentes ex eis q̄ offerebant. Et egrotaui a multitudine pauoris: ⁊ ꝛpergefactus sum: ⁊ dixi. Tu ab initio demonstrasti seruo tuo mirabilia hec: ⁊ dignū me habuisti ut susciperes deprationem meā: ⁊ nunc demonstra michi adhuc interptationē somnij hui⁹. Sicut enī ꝛistimo i sensu meo: ve qui derelicti fuerūt i diebs illis. Et mlto plus ve hijs: qui nō sunt derelicti. Qui enī non sunt derelicti tristes erāt. Intelligo nūc que sunt reposita i nouissimis diebus: et occurrent eis: sed et hijs q̄ derelicti sunt. Propter hec venerūt eū in ꝓicula magna· et necessitates mltas: sicut ostendunt somnia hec. Attamen facilius est pricitantē venire in hūc q̄ ptrāsire sicut nubem a seculo: et nunc videre q̄ contingūt in nouissimo. Et respōdit ad me: et dixit. Et visionis interpretationē dicā tibi: ⁊ de quibs locutus es adaperiā tibi. Quoniā de hijs dixisti qui derelicti sūt: hec ē interptatio. Qui aufert periculū illo tēpore: hic se custodiuit. Qui in periculo inciderūt: hij sūt qui habent opera ⁊ fidē ad fortissimū. Scito ergo: quoniā magis beatificati sunt qui derelicti: sup eos qui mortui sūt. Hec interptationes visionis. Quia vidisti virū ascendentē de corde maris· ipe ē quē ꝺseruat altissim⁹ multis tēporibs: q̄ per semetipm liberabit creaturā suam: et ipe disponet q̄ derelicti sunt. Et quoniā vidisti de ore ei⁹ ꝛire ut spiritum et ignē ⁊ tempestatem: ⁊ quoniā non tenebat frameā neq; uas bellicosum: corrupit enim impetus ei⁹ multitudinē que venerat ꝛpugnare eū: hec est interptatio. Ecce dies venīūt quando incipiet altissimus liberare eos que sup terram sunt: ⁊ veniet i ꝛcessu mentis sup eos qui inhabitant terrā. Et alij alios cogitabūt debellare: ciuitas ciuitatem ⁊ locus locū · ⁊ gens aduersus gentem: ⁊ regnū aduersus regnū. Et erit cū fient hec: ⁊ contingent signa que ante ostendi tibi: ⁊ tūc revelabit filius meus: quē vidisti ut virū ascendentem. Et erit quādo audierint oēs gentes vocem eius: ⁊ derelinquet unusquisq; i regione sua bellū suū qd̄ habēt ad alterutrū: ⁊ colliget in unū multitudo innumerabilis sicut volētes venire ⁊ ꝛpugnare eum. Ipe aūt stabit sup cacumen mōtis syon. Syon aūt veniet: ⁊ ostendet oīb̄s parata et edificata sicut vidisti montem sculpi sine manibus. Ipe aūt filius me⁹ arguet

q̄ adinuenerūt gentes impietates eoꝝ
has: que tempestati appropinq̄uerunt
propter mala cogitamēta eoꝝ et cruci-
amenta quibꝫ incipient cruciari q̄ assi-
mulate sunt flāme:⁊ p̄det eos sine la-
bore·p̄r legem q̄ igni assimulata ē. Et
quoniā vidisti eū colligētem ad se ali-
am mlt̄itudinē pacifica:hec sūt decem
tribus q̄ captiue facte sunt de terra sua
in diebꝫ iosie regis quē captiuū duxit
salmanasar reꝝ assiriorū·⁊ transtulit
eos trans flumen:⁊ trāllati sunt in ter-
ram aliā. Ipi aūt sibi dederūt cōsiliū
hec ut derelinquerēt mlt̄itudinē gentiū:
et proficiscerent in ulteriorē regionem
ubi nūq̄ inhabitauit gen⁹ humanū:
uel ibi obseruare legitima sua q̄ nō fu-
erant seruantes in regione sua. Per in-
troitus aūt angustos fluminis eufra-
ten introierūt. Fecit enim eis tūc altissi-
mus signa:⁊ statuit uenas fluminis
usquequo trāsirent. Per eā enī regio-
nem erat uia mlt̄a itineris āni unius
et dimidij:nam regio illa uocat̄ arsa-
reth. Tūc inhabitauerūt ibi usq̄ in no-
uissimo tēpore:⁊ nūc iterū cum ceperint
uenire · iterū altissim⁹ statuet uena flu-
minis ut possint transire: p̄pter hec vi-
disti mlt̄itudinē cū pace. Sed ⁊ qui de-
relicti sunt de p̄pio tuo : hij sunt q̄ inue-
niunt̄ intra terminū meū. Factū erit er-
go quādo incipiet p̄dere mlt̄itudinē
eaꝝ que collecte sunt gentes:proteget
eos q̄ suprauenit p̄ssm:⁊ tūc ostendet
eis multa pluruma portenta. Et dixi e-
go. Dominator dñe hoc michi ostē-
de: p̄pter quod vidi uentū ascendēteu de
corde maris. Et dixit michi. Sicut nō
potes hec uel scrutari uel scire que sunt
in profundo maris:sic nō poterit quis-
q̄ sup terā videre filiū meū·uel eos que
cum eo sunt:nisi in tempore diei. Hec ē
interp̄tatio somnij q̄ vidisti: et p̄pter
quod illuminat⁹ es hic solus. Dereli-
quisti enī tuā:⁊ circa meā uocatū legē
et quesisti. Vitā enī tuā dispositi in
sapiētia: ⁊ sensum tuū uocasti matrē.
Et p̄pter hoc ostendi tibi merces apud
altissimū. Erit enī:post alios tres di-
es ad te alia loquar:⁊ exponā tibi gra-
uia ⁊ mirabilia. Et profectus sum et
trāsij in campū: multū glōrificās ⁊ lau-
dans altissimū de mirabilibus q̄ per
tempus faciebat: ⁊ quoniā gubernāt
ipsum et que sunt in temporibus illa-
ta. Et sedi ibi tribus diebus.

Et factū est tercio die:⁊ ego sedebā
sup quercu. Et ecce uox exiuit cō-
tra me de rubo ⁊ dixit. Esdra esdra. Et
dixi. Ecce ego dñe. Et surrexi sup pedes
meos. Et dixit ad me. Reuelās reuela-
tus sum sup rubū · ⁊ locut⁹ sum moy-
si quādo p̄plus meus fuerat̄ in egipto:
et misi eū ⁊ eduxi p̄plm meū de egipto·
et adduxi eū sup montē syna:⁊ detine-
bam eū apud me diebꝫ multis:⁊ enar-
raui ei mirabilia multa · et ostendi ei
temporꝫ secreta ⁊ finē:⁊ precepi ei dicēs.
Hec in palā facies verba:⁊ hec absco-
des. Et nūc tibi dico signa q̄ demōstra-
ui:⁊ somnia que vidisti ⁊ interp̄tatio-
nes quas tu vidisti i corde tuo·repone
ea. Tu enī recipieris ab oīibus quer-
eris residuus cum cōsilio meo ⁊ cum
similibus tuis:usquequo finiant̄ tem-
pora. Quoniā sec̄lm p̄didit iuuētutē
suā:⁊ tempora appropinquāt senescre-
re. Duodecim enī partibus diuisum ē
sec̄lm:⁊ trālierunt ei⁹ decima et dimidi-
um decime partis supsunt aūt ei⁹ post
mediū decime partis. Nūc ergo dispo-
ne domū tuam·⁊ corripe p̄plm tuum ⁊
consolare humiles eorū:⁊ renūcia iā
corruptele et dimitte abs te mortales

cogitationes: ⁊ ꝓice abs te pōdera hu-
mana ⁊ exue te iā infirmā naturā: et
repone ī unam partē molestissima ti-
bi cogitamenta: ⁊ festina trāsmigrare
a tēporibꝫ hijs. Que eni uidisti nunc
cōtigisse mala: iterꝫ hꝛū deteriora faci-
ent. Quantū eni inualidū fiet seculū
a senectute: tantū multiplicabunt̄ sup
inhabitantes mala. Prolōgauit eni
se magis ueritas: ⁊ appropinquauit
mendaciū. Jam eni festinat uenire q̄
uidisti uisionē. Et respōdi: ⁊ dixi corā
te dn̄e. Ecce eni ego abibo sicut precepi-
sti michi: et corripiā p̄sentē ꝑplm. Qui
aūt iterū nati fuerit: quis cōmouebit?
Positū ē ergo seclm in tenebris: et qui
inhabitant in eo sine lumine. Quoni-
am lex tua incensa ē: propter quod ne-
mo scit que a te facta sunt uel q̄ incipi-
ent opra. Si eni inueni ī te gratiā: im- CXI
mitte in me spiritū sanctū: ⁊ scribam o-
mne q̄d factū ē in seclo ab inicio que
erant ī lege tua scripta · ut possint ho-
mines inuenire semitā: ⁊ q̄ uoluerint
uiuere ī nouissimis uiuāt. Et respon-
dit ad me: ⁊ dixit. Uadēs congrega
ꝑplm: ⁊ dices ad eos: ut nō querant te
diebus q̄draginta. Tu aūt ꝑpara tibi
buxos multos: ⁊ accipe tecū saream da-
briam · selemiā · echanū · ⁊ asiel · quinq̄
hos: qui parati sūt ad scribendū uelo-
citer. Et uenies huc ⁊ ego accendā ī corde
tuo lucernā intellect⁹: q̄ non extinguet̄
quoadusq̄ finiant̄ q̄ incipies scribere.
Et tūc pfectis quedā palā facies: que-
dam sapiētibꝫ absconse trades. In cra-
stinū enim hac hora incipies scribere.
Et profect⁹ sū sicut michi p̄cepit: ⁊ con-
gregaui omnē ꝑplm: ⁊ dixi. Audi isra-
hel uerba hec. Peregrinati sunt p̄res
nostri ab inicio ī egipto · ⁊ liberati sūt
inde: ⁊ acceperunt legem uite quā non
custodierūt · quā et uos post eos trans-
gressi estis: ⁊ data est uobis terra ī sor-
tem et terra syon: ⁊ patres uestri ⁊ uos
iniquitatē fecistis · ⁊ nō seruastis uias
quas p̄cepit uobis altissim⁹: ⁊ iustus
iudex cū sit · abstulit a uobis ī tempore
quod donauerat. Et nunc uos hic e-
stis: et fratres ur̄i introrsum uestrum
sunt. Si ergo imperaueritis sensui
uestro ⁊ erudieritis cor uestrū · uiui con-
seruati eritis: ⁊ post mortē misericordiam
cōsequemini. Judiciū eni post mortē
ueniet · quādo iterū reuiuiscem⁹: ⁊ tunc
iustoꝝ nomina parebūt: ⁊ impioꝝ fa-
cta ostendent̄. Ad me igit̄ nemo acce-
dat nunc: neq̄ requirat me usq̄ dies
quadraginta. Et accepi quīq̄ uiros
sicut mādauit michi: ⁊ pfecti sum⁹ in
campū: ⁊ mansim⁹ ibi. Et fact⁹ sum ī
crastinū · ⁊ ecce uox uocauit me dicens.
Esdra aperi os tuū: ⁊ bibe quo te pota-
uero. Et aperui os meū: ⁊ ecce calix ple-
nus porrigebat̄ michi. Hoc erat ple-
num sicut aqua: color aūt ei⁹ ut ignis
similis. Et accepi ⁊ bibi: ⁊ in eo cū bi-
bissem cor meū cruciabat̄ intellectu: et ī
pectus meū increscebat sapiētia. Nam
spirit⁹ me⁹ ꝯseruabat̄ memoria. Et a-
pertū ē os meū: ⁊ nō ē clausum ampli-
us. Altissim⁹ dedit intellectū quīq̄ ui-
ris: ⁊ scripserūt q̄ dicebant̄ excessiones
noctis: q̄s nō sciebāt. Nocte aūt man-
ducabāt panē: ego aūt p diē loquebar:
et p noctem nō tacebā. Scripti sūt aūt
per q̄draginta dies libri ducentiqua-
tuor. Et factū est cū cōpleuissent q̄dra-
ginta dies: locut⁹ est altissim⁹ dicens.
Priora q̄ scripsisti ī palam pone · ⁊ le-
gant digni et indigni: nouissimos
aūt septuagita ꝯseruabis: ut tradas
eos sapiētibꝫ de ꝑplo tuo. In hijs eni
est uena intellectus et sapientie fons:

C·primo

et scientie flumen. Et feci sic Ecce loquere in aures plebis mee sermones ꝓphetie ꝙs immisero ī os tuū dicit dñs: ⁊ fac ut ī carta scribant·quī fideles ⁊ veri sūt. ſNe timeas a cogitatōnibꝫ adūsum te: nec turbāt te incredulitates dicentiū: quī omnis incredul⁹ in incredulitate sua moriet. Ecce ego induco dicit dñs sup orbem terraꝫ mala·gladiū ⁊ famem ⁊ mortē et interitū: propter qđ suppolluit iniquitas omnē terrā: ⁊ adimpleta sunt opra noxia illorū. Propterea dicit dñs. ſNā nō silebo de impietatibꝫ eoꝝ que irreligiose agūt: nec sustinebo in hijs q̄ inique egerēt. Ecce sāguis innoxius ⁊ iust⁹ clamat ad me: ⁊ aīe iustorum clamāt pseuerāter. Vindicans vindicabo illos dicit dñs: ⁊ accipiam omnē sāguinē innoxiū ex illis ad me. Ecce ꝑplus me⁹ quasi grex ad occisionem ducēt: iā nō patiar illū habitare ī terra egipti: sed educā eū ī manu potēti et brachio excelso. Et ꝑcutiam plaga sicut prius: ⁊ corrumpā omnē terram eius. Lugebit egipt⁹ ⁊ fundamēta ei⁹: plaga verberata ⁊ castigatione quas induxit ei de⁹. Lugebūt cultores oprātes terrā: qm̄ deficiēt semina eoꝝ ab ubertate ⁊ grādine ⁊ a sidere terribili. Ve seculo et q̄ habitant in eo: quia appropinquauit gladi⁹ ⁊ contritio eorū: et exsurget gens sup gentē ad pugnam et rumphea ī manibꝫ eorū. Erit enī in constabilitio hominibus: ⁊ alij alijs inualescētes nō curabūt regē suum et principes: vie gestoꝝ suoꝝ ī potentia sua. Cōcupiscet enī hom⁹ in cuitatē ire: ⁊ nō poterit. Propter superbiā enim eoꝝ ciuitates turbabunt: dom⁹ exterrent: homines metuent. ſNō miserebit homo proximū suū ad irritū faciēdū domos eoꝝ ī gladiū: ad diripiendas substantias eoꝝ propter famem panis·⁊ tribulationē multā. Ecce ego cōuoco dicit de⁹ omnes reges terre ad me uertendū qui sūt ab oriēte ⁊ ab austro·ab euro et a libano ad auertendos in se: ⁊ reddere q̄ dederūt illis·sicut faciūt usq; hodie electis meis: sic faciā ⁊ reddā ī sinu eoꝝ. C·n Hec dicit dñs de⁹. ſNō parcet dexterа mea super peccatores: nec cessabit rumphea sup effundētes sanguinē innocuū sup terrā. Exijt ignis ab ira ei⁹. et deuorauit fundamēta terre: ⁊ peccatores quasi stramen incensum. Ve eis qui peccāt: ⁊ nō obseruāt mādata mea dicit dñs. ſNō parcam illis. Discedite filij a potestate: nolite estimare sācti-ficationē meā: qm̄ nouit dñs omnes q̄ delinquunt in illū. Propterea tradidit eos ī mortē ⁊ in occisionem. ſNam ecce venerunt sup orbē terraꝫ mala: et manebitis in illis. ſNō enim liberabit vos deus: propter quod peccastis in eum. Ecce visio: et horribilis ⁊ facies illius ab oriente. Et exient nationes draconū arabū in curribus mltis: et sicut flatus·eoꝝ numerus ferrur super terram: ut iam timeāt ⁊ trepidēt omnes qui illos audiēt carmonij insanientes in ira: ⁊ exient ut apri de silua·⁊ aduenient in virtute magna: et constabūt in pugnam cū illis: ⁊ vastabunt portionem terre assirioꝝ. Et post hec superualescēt dracones· natiuitatis sue memores: ⁊ conuertent se cōspirantes in virtute magna ad persequendos eos. ſNi turbabunt et silebūt in virtute illorū: ⁊ auertēt pedes suos in fugam: et a territorio assiriorum subsessor obsidebit eos: et assumet unū ex illis: ⁊ erit timor et tremor ī exercitu illorū·et attentio in reges ipōrum. Ecce nubes ab

oriẽte et a septẽtrione usq; meridianũ: et facies eaꝝ horrida valde plena ire ⁊ procelle. Et collident se inuicẽ: ⁊ collident sydus copiosũ sup terrã et sydus illoꝝ. Et erit sanguis a gladio usq; ad ventrẽ: ⁊ fimus hominis usq; ad substramen cameli. Et erit timor et tremor multus sup ẽã: et horrebunt qui videbũt iram illã: ⁊ tremor apprehendet illos. Et post hec mouebuntur nimbi copiosi a meridiano et septẽtrione: ⁊ portio alia ab occidẽte. Et sup inualescẽt uenti ab oriẽte et reludent eã: ⁊ nubẽ quã suscitauit in ira: ⁊ sydus ad faciendã exterritationẽ ad oriẽtalẽ ventũ ⁊ occidẽtem uiolabit. Et exaltabunt nubes magne ⁊ valide plene ire et sydus ut exterreãt omnẽ terrã ⁊ inhabitãtes eã: ⁊ infundẽt sup omnẽ locũ altũ et eminẽtem sydus terribile ignẽ et grandinẽ ⁊ rumpheas uolantes et aquas mltas: ut etiã impleant oẽs cãpi ⁊ oẽs rui pletitudine aquarũ mltaꝝ. Et demolientur ciuitates ⁊ muros et mõtes et colles ⁊ ligna siluaꝝ: et fenũ pratoꝝ et frumẽta eoꝝ. Et trãsibunt astantes usq; babilonẽ ⁊ exterrẽt eã: ⁊ uenient ad ipam ⁊ circubũt eam: et effundẽt sydus ⁊ omnẽ iram sup eã. Et subibit puluis ⁊ fum⁹ usq; i celũ: ⁊ oẽs in circuitu lugebũt eã: ⁊ qui sub ea remãserint fuient hijs q̃ exterruerũt.

Et tu asia ꝺcors i spẽ babilonis et gla C·m
plone ei⁹: ue tibi misera. pter qđ assimilasti ei ⁊ ornasti filias tuas i fornicatione ad placendũ et gloriandũ in amatoribꝫ tuis q̃ tecũ cupierũt semper fornicari. Odibilem imitata es i oẽbus operibꝫ ei⁹ ⁊ i adinuẽtionibus ei⁹: propterea dicit de⁹. Immittã tibi mala: uiduitatẽ pauptatẽ ⁊ famem ⁊ gladiũ et pestem ad deuastandas domus tuas a uiolatione et morte et gla uirtutis tue. Sicut flos siccabit cũ exsurget ardor q̃ emissus est sup te: infirmaueris ut pauptcula plagata ⁊ raptigata a mlieribꝫ ut nõ possint te suscipere potẽtes ⁊ amatores. Quãꝺ ego sic exlabo te dicit dñs. nisi occidisses electos meos i oẽbus tpe exaltãs pcussionẽ manuũ: ⁊ dicens sup mortem eoꝝ cũ inebriata esses et oma speciem uultꝰ tui: Merces fornicatõis tue i sinu tuo: propter hoc redditõnẽ accipies. Sicut facis electis meis dicit dñs. sic faciet tibi deus: ⁊ tradat te i malũ. Et nam tui fame interient: ⁊ tu rupheа cades ⁊ ciuitates tue deterẽ: ⁊ oẽs tui i campo gladio cadent. Et q̃ sunt in mõtibus fame pribũt: ⁊ mãducabũt carnes suas ⁊ sanguinem bibent a fame panis et siti aque. Infelix p maria uenies: et rursũ accipies mala. Et intransitu allident ciuitatem onosam: ⁊ exterrent aliquã portionem terre tue et partem gloꝛie tue exterminabũt: rursum reuertentes ꝺuersam. Et demolita eris illis pro stipula: ⁊ ipi erunt tibi ignis: ⁊ deuorabũt te ⁊ ciuitates tuas terrã tuã ⁊ mõtes tuos: oẽs siluas tuas ⁊ lignum fructiferũ igni cõburent. Filios tuos captiuos ducẽt: ⁊ reliquũ tuũ i predã habebũt: ⁊ glam faciei tue exterminabũt.

Ue tibi babilon et asya:
Ue tibi egipte et siria. Precingite uos saccis et ulicijs et plangite filios uestros et dolete: quñ appropinquauit cõtritio uestra. Immissus est uobis gladius: et quis est q̃ aũtat illum? Immissus est i uobis ignis: et quis est qui exstinguat illũ? Immissa sunt uobis mala? Et quis est q̃ repellat ea? Quãꝺ repellit aliquis leonem esurientem in silua: aut exstinguet

ignem in stipula· mox quãdo reperit ardere? ¶Nunquid repellet aliquis sagittam a sagittario forti missã? ¶Dominus fortis immittit mala: et quis est q̃ repellat ea? ¶Exijt ignis ex ira cundia eius? ¶Et quis ẽ qui extinguat eũ? ¶Chorusabit:et quis nõ timebit? ¶Tonabit:ꝛ quis nõ pauebit? ¶Dominus dominabit̃:ꝛ quis nõ fundit9 deterretur a facie ipi9? ¶Terra tremuit ꝛ fundamenta eius:mare fluctuat de profundo·ꝛ fluctus ei9 disturbabũtur·ꝛ pisces ei9 a facie dñi ꝛ a gloria virtutis ei9:quñ fortis dextera ei9 que arcum tendit:sagitta eius acute que ab ipo mittũtur: non deficient cũ reperint mitti in fines terre. ¶Ecce mittunt̃ mala ꝛ nõ reuertentur:donec ueniãt sup terrã. ¶Ignis succenditur: ꝛ nõ extinguet̃ donec consumat fundamẽta terre. ¶Quẽadmodum nõ redit sagitta missa a valido sagittario:sicut nõ reuertent̃ mala q̃ missa fuerint in terram ¶Ve michi ve michi. Quis me liberabit in illis diebus? ¶Initium dolorum et multi gemitus:initium famis et multi interitus: initiũ bellorũ ꝛ formidabũt potestates: initium malorũ:ꝛ trepidabũt omnes. ¶In hijs quid faciã cum uenerint mala? ¶Ecce fames ꝛ plaga ꝛ tribulatio ꝛ angustia missa sunt flagella ī emendatione:ꝛ in hijs omnibus se nõ cõuertent ab iniquitatibꝫ suis: neq; flagellorũ memores erũt semp. ¶Ecce erit annone vilitas sup terrã: sic ut putent sibi esse directam patẽ: ꝛ tũc germinabũt mala sup terrã gladius fames ꝛ magna cõfusio. ¶A fame enī plurimi q̃ inhabitant terram interient:ꝛ gladius prodet reliquos q̃ superauerint a fame: et mortui sicut stercora proicient̃ ꝛ non erit q̃ cõsolet̃ eos. ¶Derelinquetur enim terra

C· m

deserta:ꝛ ciuitates eius deicient̃. ¶Non derelinquetur q̃ colat terram:ꝛ q̃ seminet eam. ¶Ligna dabunt fructus:et qs vindemiabit illa? ¶Ua matura fiet:ꝛ quis calcabit illam? ¶Erit enim locis magna desertio. ¶Cupiet enim homo hominem uidere:uel uocem eius audire. ¶Relinquent̃ enim de ciuitate decem et duo de agro qui absconderint se in densis nemoribꝫ ꝛ scissuris petrarũ: quẽadmodũ derelinquunt̃ ī oliueto ꝛ singlis arboribꝫ tres aut q̃tuor oliue:aut sicut ī vinea vindemiata racemi relinquunt̃ ab hijs q̃ diligẽter vineã scrutant̃:sic relinquentur ī diebus illis tres aut quatuor scrutantibꝫ domos eorũ in rumphea. ¶Et relinquetur terra deserta:ꝛ agri eius inuestabũt:ꝛ vie ei9 et omnes semite eius germinabunt spinas eo q̃ nõ transient homines per eam. ¶Lugebũt virgines non habentes sponsos:lugebunt mulieres nõ habentes viros:lugebunt filie earũ non habentes adiutoriũ sponsi earũ. ¶In bello consumentur: et viri earũ in fame extenuentur. ¶Audite uero ista: ꝛ cognoscite ea secũ dominũ. ¶Ecce verbũ dñi: recipite illud ne dijs credatis de quibꝫ dicit dominus. ¶Ecce appropinquant mala et non tardant. ¶Quẽadmodũ pregnans cũ parit in nono mense filium suũ:appropinquãte hora partus eius· ante horas duas uel tres dolores circueunt uentrem ei9:ꝛ prodeunte infante de uentre non tardabũt uno pũcto:sic non morabimur mala ad prodeundũ super terram: et seculũ gemet·et dolores circumtenebunt illud. ¶Audite verbũ plebs mea. ¶Parate vos in pugnã:ꝛ in malis·sic estote quasi aduene terre. ¶Qui uendit quasi qui fugiat·ꝛ qui emit quasi qui perditurus.

qui mercatur quasi qui fructum non capiat: et qui edificat quasi non habiturus. Qui seminat quasi qui nō meret: sic et qui vineam putat quasi non vindemiaturus. Qui nubūt sic quasi filios nō faciuri: et qui non nubūt sic quasi vidui: propter qđ q laborant sine causa laborāt. Fructus enī illorum alienigene metent: et substantiā illorū rapient et domos euertēt: et filios eorū captiuabūt. quia i captiuitate et fame generant natos suos. Et qui negociantur i rapina quātum diu exornant ciuitates et domos suas et possessiones et psonas suas: tanto magis adzelabor eos super peccata sua dicit dominꝰ.

Quomodo zelat fornicaria mulierem ydoneam et bonā valde: sic zelabitur iustitia iniquitatem cum exornat se et arculat eam in facie cum venerit qui defendat exquirentē omne peccatū super terram. Propterea nolite similari ei nec oprib3 eius: quoniā adhuc pusillum et tolletur iniquitas a terra: et iustitia regnabit in uos. Non dicat peccator se nō peccasse: quoniā carbones ignis comburet super caput eius qui dicit nō peccaui coram deo et gla ipius. Ecce dns cognoscet oīa opera hominū: et adinuentiones illoꝝ et cogitatones illoꝝ: et corda illoꝝ. Dixit enī fiat terra et facta ē: fiat celū et factū ē. Et i ubo illiꝰ stelle fulgare fūc: et nouit numeꝝ stellaꝝ. Qui scrutat abillū et thesauros illaꝝ: q mensꝰ ē mare et receptū eiꝰ. Qui exclusit mare in medio aq̄rū: et suspēdit ira sup aquas ubo suo. Qui extendit celū ūsi camerā: sup aq̄s fūdauit eū. Qui posuit i decto fōtes aquaꝝ: et sup vertice mōtiū lacꝰ ad emittendū flumina ab eminēti petra: ut potaret terrā. Qui finxit hominem et posuit cor suū i medio corporis: et misit ei spiritū vitā et intellectū et spiramē dei oīpotētis q fecit oīa: et scrutinat oīa absconsa i absconsis ire. Hic nouit adinuentionē vestrā: et q cogitatis in cordibus vestris peccantes et volentes occultare peccata sua. Propter quod dominus scrutinando scrutinauit omnia opera vra: et traducet vos oīnes et vos confusi eritis cū processerint peccata vestra corā hominibus: et iniqtates erūt q accusatores stabūt i die illo. Quid facietis: aut quomodo absondetis peccata vestra corā deo et āgelis eiꝰ? Ecce iudex deus: timete eum. Delinite a peccatis vris: et obliuiscamini iniqtates vras ita agere eas in sempiterno: et deꝰ educet vos et liberabit de oīni tribulatone. Ecce enī incendit ardor super vos turbe copiose: et rapient quosdam ex vobis et ribabunt ydolis occisos: et qui consenserint eis erūt illis in derisū et i improperiū et i oculationē. Erit enim locis locus: et in vicinas ciuitates exsurrectio multa super timentes dnm. Erunt quasi insani nemini parcentes ad diripiendū et deuastādū adhuc timētes dnm: qa deuastabūt et deripiēt substātias: et de domibus suis eos icient. Tūc parebit pbatō electoꝝ meoꝝ: ut aurū qđ pbat ab igne. Audite dilecti mei dicit dns. Ecce assunt dies tribulationis: et de hijs liberabo vos. Ne timeatis nec hesitetis: qm̄ deꝰ dux vester est. Et q fuat mādata et precepta mea dicit dns deꝰ: ne ꝓpōderēt vos pcā vra: ne superleuēt se iniqtates vre. Ve q astringunt a pcātis suis et obtegūt ab iniqtatibz suis: quēadmodū ager astringit a silua et spinis tegit semita eiꝰ p quā nō transit homo: et redudit et mittit ad devoratonē ignis.

C.v

Prologus ī libz thobie.

Thromatio et heliodoro episcopis : ieronimꝰ presbiter in dño salutē. Mirari non desino exactionis uře instantiā. Exigitis enim ut librū chaldeo sermone conscriptū ad latinū stilum trahā:librū utiq; tobie: quem hebrei de cathalago diuinaꝝ scripturaꝝ secantes·hijs q̄ agyographa memorāt manciparūt. Feci satis desiderio uro:nō tamen meo studio. Arguunt enī nos hebreoꝝ studia:et imputant nobis cōtra suū canonē latinis auribz ista trāsferre. Sed melius esse iudicās pharisеoꝝ displicere iudicio·ꝛ episcopoꝝ iussionibz deseruire:institi ut potui. Et quia uicina est chaldeoꝝ lingua sermoni hebraico:utriusq; linguę peritissimū loquacē reperiēs· uniꝰ diei laborem arripui:et quicquid ille michi hebraicis uerbis expressit·hoc ego accito notario · sermonibz latinis exposui. Orationibz uris mercedē huiꝰ opis cōpensabo:cū gratū uobis didicero me qđ iubere estis dignati cōplesse.

Incipit liber thobie. C.j.

Thobias ex tribu et ciuitate neptalim · q̄ est in superioribz galilee supra naason· post uiā que ducit ad occidentem · in sinistro habēs ciuitatē sephet:cū captꝰ esset ī diebz salmanasar regis assiriorum·in captiuitate tanē positꝰ uiam ueritatis nō deseruit:ita ut oīa que habere poterat quotidie concaptiuis fratribus qui erāt ex eiꝰ genere impertiret . Cunq; esset iunior omnibus in tribu neptalim:nichil tamen puerile gessit ī opere. Denicq; cū irent oēs ad uitulos aureos quos ieroboam fecerat rex isrl̄ hic solus fugiebat consortia omniū:et pergebat ad ierusalem ad templum dñi·et ibi adorabat dñm deum isrl̄:oīa primatiua sua et decimas suas fideliter offerēs·ita ut ī tercio anno ꝓselytis et aduenis ministraret oīem decimationē. Hec ꝛ hijs similia sc̄m legē dei puerulus obseruabat. Cum uero factꝰ fuisset uir accepit uxorē anam de tribu sua:et genuit ex ea filiū nomē suū imponens ei: quē ab infantia timere deum docuit ꝛ abstinere ab omni pcō. Igitur dum per captiuitatē deuenisset cū uxore sua et filio in ciuitatē niniuen cū oīi tribu sua·ꝛ cū oēs ederent ex cibis gētiliū: iste custodiuit aiam suā: ꝛ nunq; ꝺtaminatꝰ in escis eoꝝ. Et quoniam memor fuit dñi in toto corde suo · dedit illi deus gratiā in cōspectu salmanasar regis:ꝛ dedit illi potestatē quocūq; uellet ire:habēs libertatē quecūq; facere uoluisset. Pergebat ergo per oēs qui erant in captiuitate:et monita salutis dabat eis. Cū autem uenisset in rages ciuitatem iudeoꝝ·et ex hijs quibus honoratꝰ fuerat a rege habuisset decem talenta argenti:ꝛ cum ī multa turba generis sui gabelū egentē uideret qui erat ex tribu eius:sub cirographo dedit illi memoratū pondus argenti. Post multū uero tēporis mortuo salmanasar rege · cū regnaret sennacherib filius eius ꝓ eo·ꝛ filios isrl̄ exosos haberet in cōspectu suo:tobias pergebat per oīem cognationē suā·ꝛ consolabatur eos:diuidebatq; unicuiq; prout poterat de facultatibus suis. Esurientes alebat:nudisq; uestimenta pbebat:et mortuis atq; occisis sepulturam solicitꝰ exhibebat. Denicq; cum

reuersus esset rex sennacherib fugiens a iudea plagā·quā circa eum fecerat deus ꝓter blasphemiam suā: & irat⁹ multos occideret ex filijs isrl': tobias sepeliebat corpora eoꝝ. At vbi nunciatum est regi·iussit eum occidi: & tulit oīem substāciā ei⁹. Tobias vero cū filio suo & cū vxore fugiēs nud⁹ latuit: quia ntri diligebāt eū. Post dies vero ydragitaquiq; occiderūt regē filij ipi⁹. Et reūsus ē tobias ad domū suā: oīūsq; facultas ei⁹·restituta ē ei. C· n

Post hec vero cū esset dies festus dñi & factū esset prandiū bonū in domo tobie: dixit filio suo·vade & adduc aliquos de tribu nra timētes deū: ut epulent nobiscū. Cūq; abisset: reūsus nūciauit ei vnum ex filijs isrl' iugulatū iacere in platea. Statimq; exilies de accubito suo·relinquēs prandiū ieiun⁹ venit ad corp⁹: tollēsq; illud·portauit ad domū suā occulte: ut dum sol occubuisset caute sepeliret eū. Cūq; occultasset corp⁹·māducauit panē cū luctu & tremore: memorās illum sermonē quē dixit dñs ꝓ amos ꝓpheram. Dies festi vestri cōuertent in lamentationē & luctū. Cū vero sol occubuisset: abiit & sepeliuit eū. Arguebāt aūt eū omnes ꝓximi ei⁹·dicētes. Iam hui⁹ rei causa interfici iussus es· et vix effugisti mortis imperiū: et iterꝝ sepelis mortuos ⁊ Sed tobias plus timens deū qꝫ regem·rapiebat corpora occisoꝝ & occultabat i domo sua: et mediis noctibs sepeliebat ea. Contigit aūt ut quadā die fatigat⁹ a sepultura veniēs domum iactasset se iuxta parietem et obdormisset: & ex nido hirundinū dormienti illi calida stercora inciderent sup oculos ei⁹: fieretq; cecus. Hāc aūt temptationem ideo permisit dñs euenire illi: ut posteris daret exemplū pacientie ei⁹: sicut & sancti iob. Ā cū ab infantia sua semp deū timuerit· et mādata ei⁹ custodierit·non est contristat⁹ cōtra dñm ꝙ plaga cecitatis euenerit ei: sed immobilis in dei timore ꝓmānsit: agens gratias deo oīibz diebus vite sue. Nam sicut beato iob insultabāt reges: ita isti parentes & cognati ei⁹ irridebāt vitam ei⁹ dicentes. Vbi est spes tua ꝙ qua elimosinas & sepulturas faciebas? Tobias vero increpabat eos dicēs. Nolite ita loqui: quoniā filij sanctorū sum⁹·et vitam illā expectam⁹: quā de⁹ daturus ē his qui fidē suā nunq; mutāt ab eo. Anna vero vxor ei⁹ ibat ad op⁹ textrinū quotidie: et de labore manuū suarum victum qnē cōsequi potuisset deferebat. Vnde factum est: ut hedum caprarū accipiens·detulisset domi. Cui⁹ cum vocem balantis vir eius audisset·dixit. Videte ne forte furtiu⁹ sit. Reddite eū dnis suis: quia nō licet nobis aut edere ex furto aliquid aut cōtingere. Ad hec vxor eius irata respondit. Manifeste vana facta est spes tua: et elemosine tue paruerūt. Atq; his & alijs huiusmodi verbis exprobrabat ei. C· m

Tunc tobias ingemuit·et cepit orare cū lacrimis dicēs. Iust⁹ es dñe: et omnia iudicia tua vera sunt: & omnes vie tue misericordia et veritas· & iudiciū. Et nūc dñe memor esto mei: & ne vindictā sumas de peccatis meis: neq; reminiscaris delicta mea uel parentū meoꝝ. Quoniam nō obediuim⁹ preptis tuis ideo traditi sum⁹ i direptionē·et captiuitatem et mortem·et in fabulā: et i improperiū oīibz nationibz in quibus dispersisti nos. Et nūc domine magna iudicia tua: quia nō

egimus secūdum precepta tua: et nō ambulauim⁹ sinceriter coram te. Et nunc domine secundū volūtatem tuam fac mecū: et p̄cipe in pace recipi spiritū meum. Expedit enim michi mori magis quā viuere. Eadem itaq; die contigit ut sara filia raguelis ī rages ciuitate medorū · et ipsa audiret improperium ab una ex ancillis patris sui: quoniā tradita fuerat septē viris: z demoniū nomine asmodeus occiderat eos · nox ut ingressi fuissent ad eā. Ergo cū pro culpa sua increparet puellam: respondit ei dicens. Amplius ex te nō videamus filiū aut filiā sup terram: interfectrix virorū nox. Nunquid et occidere me vis sicut etiam occidisti septē viros ? Ad hanc vocem perrexit ī superius cubiculū dom⁹ sue: z tribz diebz z tribz noctibz nō manducauit neq; bibit: sed in oratione persistēs cū lacrimis deprabat deū · ut ab isto improperio liberaret eam. Factū est aūt die tercia dum compleret orationē: benedicens dnm dixit. Benedictum est nomen tuum deus patrū nostrorū: qui cū irat⁹ fueris misericordiā facies: et in tp̄ore tribulationis pcā dimittis his qui inuocant te. Ad te dne faciem meā cōuerto: ad te oculos meos dirigo. Peto dne ut de vinculo improperij huius absoluas me: aut certe de super terram eripias me. Tu scis dne quia nunq; cōcupiui virum: et mūdam seruaui aiam meam ab omni concupiscentia. Nunq; cū ludentibus miscui me: neq; cū his qui in leuitate ambulant participē me pbui. Virū autē cum timore tuo non cum libidine mea cōsensi suscipere. Et aut ego indigna fui illis: aut illi forsitan michi nō fuerunt digni: qui forsitan viro alij cōseruasti me. Non est enim in hominis potestate consiliū tuum. Hoc autē pro certo habet omnis qui colit te: quia vita eius si in pbatione fuerit coronabit̄: si autē in tribulatione fuerit liberabitur: et si in correptione fuerit ad misericordiā tuā puenire licebit. Non enī delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatē tranquillū facis: et post lacrimationem z fletū exultationē infundis. Sit nomen tuum deus isrl benedictum in secula. In illo tempore exaudite sunt pces amborū in conspectu glorie summi dei: et missus est angelus dñi sanctus raphael ut curaret eos ambos quorū uno tempore sunt orationes in conspectu domini recitate. Cm. Igitur cū tobias putaret orationē suā exaudiri ut mori potuisset: vocauit ad se tobiā filiū suū: dixitq; ei. Audi fili mi verba oris mei: et ea ī corde quasi fundamentū construe. Cum acceperit deus aiam meam · corp⁹ meum sepeli: et honorem habebis matri tue omnibz diebus vite eius. Memor enī esse debes: que et quanta pericula passa sit p̄ter te in utero suo. Cum aūt z ipa compleuerit tempus vite sue: sepelias eam circa me. Omnibz autem diebus vite tue ī mente habeto deū: et caue ne aliquando peccato consentias: et preterm̄ittas precepta dei nostri. Ex substantia tua fac elimosinā: et noli auertere faciē tuā ab ullo paupere. Ita enim fiet: ut nec a te auertatur facies dñi. Quomodo potueris: ita esto misericors. Si multū tibi fuerit abundanter tribue: si exiguū tibi fuerit etiam exiguū libenter impertiri stude. Premiū enī bonū tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniā elimosina ab omni

peccato et a morte liberat: et nō patiet aīmā īre in tenebras. Fiducia magna erit corā summo deo elemosina: omnibus facientibz eā. Attende tibi fili mi ab oī fornicatione: et preter uxorem tuam nunq̄ patiaris crimen scīre. Superbiam nunq̄ in tuo sensu aut in tuo uerbo dominari p̄mittas. In ipa enīm initium sumpsit omnis perditio. Quicūq; tibi aliquid opat⁹ fuerit-statim ei mercedē restitue: et merces mercennarij tui apud te omīno non remaneat. Quod ab alio oderis fieri tibi: uide ne tu aliquando alteri facias. Panē tuum cum esurientibz et egentibus comede: et de uestimētis tuis nudos tege. Panem tuū et uinū tuū super sepulturā iusti constitue: et noli ex eo manducare et bibere cū peccatoribz. Consilium semper a sapiēte perquire. Omni tēpore benedic deum: et pete ab eo ut uias tuas dirigat: et omnia cōsilia tua in ipso p̄maneant. Indico etiā tibi fili mi dedisse me decē talenta argenti dum infātulus esses gabelo ī rages ciuitate medorū: et rirographū ei⁹ apud me habeo. Et ideo perḡre quomodo ad eū queas: et recipias ab eo supra memoratū pōdus argenti: et restituas ei cirographum suū. Noli timere fili mi: paupertē quidē uitā gerimus: sed multa bona habebim⁹ si timuerim⁹ deū-et recesserim⁹ ab oī peccato: et fecerimus bene. C. V.

Tunc respondit tobias patri suo et dixit. Omnia quecunq; precepisti mihi-faciam pater. Quomodo autē pecuniā hāc inquiram-ignoro. Ille me nesrit: et ego eum ignoro. Nō signū dabo ei? Sed neq; uiā per quā pergatur illuc-aliquando cognoui. Tunc pater suus respondit illi-et dixit. Cirographum quidē illius apud me habeo-qđ dum illi ostenderis statim restituet. Sed pergе nūc et inquire tibi aliquē fidelem uirū: qui eat tecū salua mercede sua-dum adhuc uiuo: ut recipias eam. Tunc egressus tobias-inuenit iuuenē stantē splendidū precinctum: et quasi paratū ad ambulādū. Et ignorās q̄ angel⁹ dei esset: salutauit eū-et dixit. Unde te habem⁹ bone iuuenis? At ille respondit. Ex filijs israhel. Et tobias dixit ei. Nosti uiā que ducit in regionē medorū? Cui respondit. Noui: et omnia itinera eius frequenter ambulaui: et mansi apud gabelum fratrē nr̄m qui moratur in rages ciuitate medorū que posita est in mōte egbathanis. Cui tobias ait. Sustine me obsecro: donec hec ipsa nunciem patri meo. Tūc ingressus tobias-indicauit uniuersa hec patri suo. Sup que ammirat⁹ pater: rogauit ut introiret ad eum. Ingressus itaq; salutauit eū et dixit. Gaudiū tibi sit semper. Et tobias ait. Quale gaudium mihi erit: qui ī tenebris sedeo-et lumē celi nō uideo? Cui ait iuuenis. Fortі animo esto: in proximo est ut a deo curetis. Dixit itaq; illi tobias. Nūquid poteris p̄ducere filiū meū ad gabelum in rages ciuitatē medorū? Et cū rediēris-restituā tibi mercedē tuā. Et dixit ei angelus. Ego ducā: et reducā eum ad te. Cui tobias respōdit. Rogo te: indica mihi. De qua domo: aut de qua tribu es tu? Cui raphael angelus dixit. Genus queris mercennarij: an ipm mercennarium qui cum filio tuo eat? Sed ne forte solicitū te reddā: ego sū azarias-ananie magni filij. Et tobias respondit. Ex magno genere es tu. Sed pro ne īascaris: q̄ voluerim

cognoscere genus tuum. Dixit autē illi angelus. Ego sanum ducam:et sanum tibi reducā filium tuum. Respondēs autem tobias ait. Bene ambulabis:et sit dominus in itinere uro: et angelus eius comitet uobiscū. Tūc paratis omnibus que erāt in uia portanda: fecit tobias uale patri suo·et matri sue:et ambulauerunt ambo simul. Cumq; pfecti essent:cepit mater eius flere et dicere. Baculum senectutis nostre tulisti: et transmisisti a nobis. Numq̄ fuisset ipsa pecunia: pro qua misisti eum. Sufficiebat nobis paupertas nostra: ut diuitias computaremus hoc·q; uidebamus filiū nrm. Dixitq; ei tobias. Noli flere. Saluꝰ ueniet filius noster: et saluꝰ reuertet ad nos:et oculi tui uidebūt illū. Credo enim q; angelus dei bonꝰ comitet ei: et bene disponet omnia que circa eum geruntur: ita ut cum gaudio reuertatur ad nos. Ad hanc uocem requieuit mater eius flere·et tacuit. C· VI·

Profectus est aūt tobias:t canis secutus est eū: et mansit prima mansione iuxta fluuiū tigrim. Et exiuit ut lauaret pedes suos:et ecce piscis immanis exiuit ad deuorandū eum. Quē expauescēs tobias:clamauit uoce magna dicēs. Dñe:inuadit me. Et dixit ei angelꝰ. Apprehende branchiā eius:et trahe eū ad te. Quod cum fecisset attraxit eum in siccum:et palpitare cepit ante pedes eiꝰ. Tūc dixit ei angelꝰ. Exenterā hūc piscem: et cor eiꝰ·et fel·et iecur repone tibi. Sunt enim hec necessaria ad medicamēta utiliter. Qđ cum fecisset assauit carnes eiꝰ·et secū sustulerūt in uia: cetera salierunt que sufficerēt eis:quousq; uenirent in rages ciuitatem medoꝝ. Tūc interrogauit tobias angelū:et dixit ei. Obsecro te azaria frater:ut dicas michi quod remediū habebūt ista que de pisce seruare iussisti. Et respondens angelꝰ dixit ei. Cordis eius particulā si sup carbones ponas·fumꝰ eius expellit omne genus demoniorum siue a uiro siue a muliere:ita ut ultra nō accedat ad eos. Et dixit ei tobias. Ubi uis ut maneamus? Respondensq; āgelus ait. Est hic raguel nomine uir propinquus de tribu tua:et hic habet filiā nomine saram:sed neq; masculū neq; feminam ullam habet aliā pter eā. Tibi debetur oīs substātia eiꝰ: et oportet eā te accipere coniugem. Pete ergo eā a patre eiꝰ:et dabit tibi eā uxorē. Tūc respondit tobias·t dixit. Audio quia tradita est septem uiris·et mortui sunt:sed t hoc audiui·quia demoniū occidit illos. Timeo ergo ne forte et michi hec eueniant:et cum sim unicus parētibꝫ meis: deponam senectutem illorū cū tristicia ad inferos. Tunc angelus raphael dixit ei. Audi me:et ostendam tibi·qui sunt quibꝫ pualere potest demonium. Hij nāq; qui coniugiū ita suscipiunt·ut deū a se et a sua mente excludant·et sue libidini ita uacent sicut equus et mulus quibus non est intellectus:habet potestatem demonium super eos. Tu autem cum acceperis eam·ingressus cubiculū per tres dies cōtinens esto ab ea: et nichil aliud nisi orationibus uacabis cū ea. Ipsa autē nocte·incenso iecore piscis fugabitur demoniū. Secunda uero nocte· in copulatione sanctoꝝ patriarchaꝝ admitteris. Tercia uero nocte benedictionem consequeris: ut filij ex uobis procreentur incolumes. Trāsacta autem tercia nocte accipies uirginē cum

timore dñi · amore filiorū magis q̄ libidinis ducꝰ: ut in semine abrahe benedictionē i filijs ꝺsequaris. C Vm ingressi sunt aūt ad raguelem: et suscepit eos raguel cū gaudio. Intuensq; tobiam raguel: dixit anne uxori sue. Quā similis est iuuenis iste consobrino meo. Et cum hec dixisset: ait. Unde estis iuuenes fratres nostri? At illi dixerunt. Ex tribu neptalim sumꝰ: ex captiuitate niniue. Dixitq; illis raguel. Nostis tobiam fratrem meū? Qui dixerunt. Nouimꝰ. Cunq; multa bona loqueret de eo: dixit angelus ad raguelem. Tobias de quo interrogas: pater istius est. Et misit se raguel: et cum lacrimis osculatꝰ est eū: ꝫ plorās supra collum eius dixit. Benedictio sit tibi fili mi: quia boni ꝫ optimi uiri filius es. Et anna uxor eius ꝫ sara ipsorum filia lacrimate sūt. Postq; aūt locuti sunt: precepit raguel occidi arietē: et parari cōuiuium. Cunq; hortaretur eos discumbere ad prandiū: tobias dixit. Sic ego hodie nō māducabo neq; bibam: nisi prius petitionē meam confirmes: et promittas michi dare sarā filiā tuam. Quo audito uerbo raguel expauit: sciens quid euenerit illis septē uiris: qui ingressi sunt ad eā: ꝫ timere cepit: ne forte et huic similiter contingeret. Et cū nutaret et non daret ullum petenti responsū: dixit ei angelꝰ. Noli timere dare eā isti: quoniā huic timēti deū debet ꝺiungi filia tua. Propterea alius non potuit habere illā. Tūc dixit raguel. Non dubito q̄ deus p̄ces et lacrimas meas i conspectu suo admiserit. Et credo quoniam ideo fecit uos uenire ad me: ut ꝫ ista coniungeretur cognationi sue: secūdum legem moysi. Et nunc noli dubiū gerere: q̄ tibi eam tradam. Et apprehendens dextrā filie sue: dextre tobie tradidit dicens. Deus abrahā et deus ysaac et deus iacob uobiscū sit: et ipse coniungat uos: impleatq; benedictionē suā in uobis. Et accepta carta: fecerūt conscriptionē cōiugij. Et post hec epulati sunt: benedicentes deū. Uocauitq; raguel ad se annā uxorē suā: et precepit ei ut p̄pararet alterū cubiculū. Et introduxit illuc sarā filiā suā: et lacrimata est. Dixitq; ei. Fortis animo esto filia mea. Dominus celi det tibi gaudium pro tedio quod perpessa es. C

C Vm Postq; uero remanserunt: introduxerūt iuuenem ad eam. Recordatus itaq; tobias sermonū angeli protulit de cassidili suo partē iecoris: posuitq; eam sup carbones uiuos. Tūc raphael āgelus apprehendit demoniū: et religauit eum in deserto superioris egipti. Tunc hortatꝰ est uirginē tobias: dixitq; ei. Sara exurge et deprecemur deum hodie et cras et sequēm cras: quia his tribꝰ noctibꝰ deo iungimur: tertia aūt transacta nocte · in nostro erimus cōiugio. Filij quippe sanctorū sumꝰ: et nō possumꝰ ita cōiungi sicut et gentes que ignorant deū. Surgentes autem pariter instanter orabant ambo simul: ut sanitas daretur eis. Dixitq; tobias. Dñe deꝰ patrū nrorū benedicant te celi terre mareq; et fontes et flumina: ꝫ omnes creature tue que in eis sunt. Tu fecisti adā de limo terre: dedistiq; ei adiutoriū uxorem. Et nunc domine tu scis quia nō luxurie causa accipio sororem meā coniugem: sed sola posteritatis dilectione in qua benedicat nomē tuū i secula seculorū. Dixit itaq; sara. Miserere nobis domine · miserere nobis: ꝫ consenescamus ābo

pariter sani. Et factum est circa pullorum cantum accersiri iussit raguel seruos suos: et abierunt cum eo pariter ut foderent sepulcrum. Dicebat enim: ne forte sicut modo euenerit ei quo et ceteris aliis septem uiris qui sunt ingressi ad eam. Cumque parasset fossam: reuersus raguel ad uxorem suam dixit ei. Mitte unam ex ancillis tuis et uideat si mortuus est: ut sepeliam eum antequam illucescat. At illa misit unam ex ancillis suis. Que ingressa cubiculum reperit eos saluos et incolumes: secum pariter dormientes. Et reuersa nunciauit bonum nuncium. Et benedixerunt dominum raguel uidelicet et ana uxor eius: et dixerunt. Benedicimus te dne deus isrl quia non contigit nobis quemadmodum putabamus. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam: et exclusisti a nobis inimicum persequentem nos. Misertus es autem duobus unicis. Fac eos dne in plenius benedicere te: et sacrificium laudis tue et sue sanitatis offerre: ut cognoscat uniuersitas gentium quia tu es deus solus in uniuersa terra. Statimque precepit seruis suis raguel ut repleret terra fossam quam fecerat: priusquam illucesceret. Uxori autem sue dixit ut instrueret conuiuium: et pararet omnia que in cibos erant iter agentibus necessaria. Duas quoque pingues uaccas et quatuor arietes occidi fecit: et parari epulas omnibus uicinis suis. cunctisque amicis. Et adiurauit raguel tobiam: ut duas ebdomodas moraretur apud eum. De omnibus autem que possidebat raguel dimidiam partem dedit tobie: et fecit hanc scripturam: ut pars dimidia quam superat. Post obitum eorum tobie dominio deueniret. C. ix

Tunc uocauit tobias angelum ad se. quem quidem hominem

estimabat: dixitque ei. Azaria frater: peto ut auscultes uerba mea. Si me ipsum tradam tibi seruum: non ero condignus prouidencie tue. Tamen obsecro te ut assumas tibi animalia siue seruicia: et uadas ad gabelum in rages ciuitatem medorum. reddasque ei cirographum suum: et recipias ab eo pecuniam. et roges eum uenire ad nuptias meas. Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies: et si tardauero una die plus contristatur anima eius. Et certe uides quomodo adiurauit me raguel: cuius adiuramentum spernere non possum. Tunc raphael assumens quatuor ex seruis raguelis et duos camelos. in rages ciuitatem medorum perexit: et inueniens gabelum dedit ei cirographum suum: et recepit omnem pecuniam. Indicauitque ei de tobia filio tobie omnia que gesta sunt: fecitque eum secum uenire ad nuptias. Cumque ingressus esset domum raguelis. inuenit tobiam discumbentem: et exiliens osculati sunt se inuicem. Et fleuit gabelus: benedixitque deum et dixit. Benedicat te deus israhel: quia filius es optimi uiri et iusti. et timentis deum. et elimosinas facientis. Et dicatur benedictio super uxorem tuam. et super parentes uestros: et uideatis filios uestros et filios filiorum uestrorum usque in terciam et quartam generationem: et sit semen uestrum benedictum a deo israhel. qui regnat in secula seculorum. Cumque omnes dixissent amen: accesserunt ad conuiuium. Sed et cum timore domini nuptiarum conuiuium exercebant. C. x.

Cum uero moras faceret tobias causa nuptiarum: solicitus erat pater eius tobias dicens. Putas quare moratur filius meus: aut quare detentus est ibi? Putas ne gabelus mortuus

est·et nemo reddit illi pecuniā? Cepit autem contristari nimis ipe et anna uxor eius cū eo:⁊ reperūt ambo simul flere:eo q̄ die statuto minime reuerteretur filius eor ad eos. Flebat igitur mater eius irremediabilibz lacrimis: atq; dicebat. Heu me fili mi ut quid te misimus peregrinari·lumen oculorū nostrorū · baculum senectutis nostre: solariū vite nre·spem posteritatis nre? Omnia simul in te uno habentes:te non debuim⁹ dimittere a nobis. Cui dicebat tobias. Tace et noli turbari: sanus est filius noster : satis fidelis ē vir ille cū quo misimus eū . Illa autē nullo modo consolari poterat sed cotidie exiliēs circumspiciebat·et circuibat vias oēs p quas spes reuertendi videbatur:ut procul videret eum si fieri posset venientem. At uero raguel dicebat ad generum suū. Mane hic:⁊ ego mittam nuncium salutis de te ad tobiam patrē tuū. Cui tobias ait. Ego noui q̄a pater meus ⁊ mater mea modo dies computant:⁊ cruciat spiritus eorum in ipis . Cumq; uerbis multis rogaret raguel tobiam · et ille eū nulla ratione uellet audire:tradidit ei saram et dimidiā partē oīs substancie sue·in pueris·in puellis·in pecudibz· in camelis·⁊ in uaccis ⁊ pecunia multa : et saluum atq; gaudentē dimisit eum a se dicēs. Angelus dñi sanctus sit in itinere uro : p̄ducatq; uos i columnes·⁊ inueniati? oīa recte circa parentes uros:⁊ videat oculi mei filios uros priusq; moriar. Et apprehendentes parentes filiam suam·osculati sūt eā·et dimiserunt ire: monentes eam honorare soceros · diligere maritū · regere familiam·gubernare domum : et se ipsam irreprehensibilem exhibere. Cxv·

Cumq; reuertereretur: peruenerunt ad charrā que est in medio itinere contra niniuen undecimo die. Dixitq; angelus . Tobia frater : scis quemadmodum reliquisti patrem tuū. Si placet itaq; tibi p̄cedam⁹ : ⁊ lento gradu insequant̄ iter nostrum familie simul cum coniuge tua·⁊ cum animalibus. Cūq; hoc placuisset ut iret: dixit raphael ad tobiam. Tolle tecum ex felle pisces·erit enim necessariū. Tulit itaq; tobias ex felle illo:et abierunt. Anna autem sedebat secus uiam cotidie i supercilio montis:unde respicere poterat de longinquo. Et dum ex eodem loco specularet̄ aduentum eius:uidit a longe et illico cognouit uenientem filium suum · currensq; nūciauit uiro suo dicens. Ecce uenit filius tuus . Dixitq; raphael ad tobiā. At ubi introieris domum tuam · statim adora dominum deum tuum:et gratias agens ei·accede ad patrem tuū : et osculare eū. Statimq; linī super oculos eius ex felle isto piscis·qđ poteras tecū . Scias enim q̄m aperientur mox oculi eius:et uidebit pater tuus lumen cli:et in aspectu tuo gaudebit. Tunc p̄cucurrit canis qui simul fuerat i uia:⁊ ipsi nunci⁹ aduenie? blandimento sue caude gaudebat. Et exurgens cecus pater·cepit offendens pedibus currere:et data manu puero·occurrit in obuiam filio suo . Et suscipiens osculatus est eum cū uxore sua:et reperūt flere pre gaudio . Cumq; adorassent deū·⁊ gratias egissent : cōsederunt . Tunc sumens tobias de felle piscis·linuit oculos patri suo . Et sustinuit quasi dimidiā fere horā·et cepit albugo ex oculis eius ipsi membranū oui egredi. Quod apprehendens tobias traxit ab oculis eius:statimq; uisum

recepit. Et glorificabant deum ipe videlicet et uxor eius: et omnes qui sciebant eum. Dicebatq; tobias. Benedicto te domine deus israhel quia tu castigasti me: et tu saluasti me. Et ecce ego uideo tobiam filium meum. Ingressa est etiam post septem dies sara uxor filij eius. et omnis familia et pecora sana: et cameli. et pecunia multa uxoris: sed et illa pecunia quam receperat a gabelo. Et narrauit parentibs suis omnia beneficia dei: que fecisset circa eum per hominem qui eum duxerat. Venerūtq; achior et nabath consobrini tobie. gaudentes ad tobiū: et cōgratulantes ei de omnibus bonis que circa illum ostenderat deus. Et per septem dies epulantes omnes cū gaudio magno gauisi sunt. ℭ xm.

Tunc uocauit ad se tobias filium suum: dixitq; ei. Quid possumus dare uiro isti sancto qui uenit tecum? Respondens tobias. dixit patri suo. Pater quam mercedem dabimus ei: aut quid dignum poterit esse beneficijs eius? Ille duxit et reduxit sanum: pecuniam a gabelo ipe recepit: uxorē ipse me habere fecit. et demonium ab ea ipe compescuit: gaudium parentibus eius fecit: me ipm a deuoratione piscis eripuit: te q; uidere fecit lumen celi: et bonis omnibs per eum repleti sumus. Quid illi ad hec poterimus dignū dare? Sed peto te pater mi: ut roges eum. si forte dignabitur medietatē de omnibs que allata sūt sibi assumere. Et uocantes eum patre scilicet et filio. tulerunt eum in partem: et rogare ceperunt ut dignaretē dimidiam partem omnium que attulerāt acceptam habere. Tūc dixit eis occulte. Benedicite deum celi: et coram omnibus uiuentibs confitemini ei: quia fecit uobiscum misericordiam suam. Et enim sacramentum regis abscondere bonū est: opa aūt dei reuelare et confiteri honorificū est. Bona est oratio cum ieiunio et elemosina. magis q; thesauros auri recondere: quoniam elemosina a morte liberat. et ipa est que purgat peccata: et facit inuenire uitam eternam. Qui autem faciunt peccatum et iniquitatē: hostes sūt anime sue. Manifesto ergo uobis ueritatem: et non abscondam a uobis occultum sermonem. Quando orabas cū lacrimis et sepeliebas mortuos. et derelinquebas prandiū tuum et mortuos abscōdebas per die in domo tua et nocte sepeliebas eos: ego obtuli orationem tuam domino. Et quia acceptus eras deo: necesse fuit ut temptatio ptaret te. Et nunc misit me dominus ut curarem te: et saram uxorem filij tui a demonio liberarem. Ego enim sum raphael angelus: unus ex septem qui astamus ante dominū. Cumq; hec audissent turbati sunt: et tremetes ceciderunt sup terram in faciem suam. Dixitq; eis angelus. Pax uobis. Nolite timere. Etenī cū essem uobiscum per uoluntatē dei. ipm benedicite et cantate illi: uidebar quidē uobiscum māducare. et bibere: sed ego cibo inuisibili et potu q̄ ab hominibs uideri nō potest utor. Tempus est ergo ut reuertar ad eū qui me misit: uos aūt benedicite deū: et narrate oīa mirabilia ei. Et cū hec dixisset. ab aspectu eorum ablatus ē: et ultra eū uidere nō potuerūt. Tūc prostrati p horas tres in faciem: benedixerūt deū. Et exsurgētes. narrauerūt omnia mirabilia ei. ℭ xm

Aperiens autem tobias senior os suum: benedixit dominū et dixit.

Magnus es dñe ineternū · ⁊ in oīa
secula regnū tuū : quoniā tu flagellas
et saluas · deducis ad inferos et redu-
cis : et non ē qui effugiat manū tuam.
Confitemini dño filij isrl · ⁊ in conspe-
ctu gentiū laudate eum : quoniā ideo
dispersit vos inter gētes que ignorāt
eū · ut vos enarretis mirabilia eius : ⁊
faciatis scire eos quia nō est alius de-
us omnipotēs preter eū. Ipse castiga-
uit nos ꝓpter iniq̄tates nr̄as : ⁊ ipe sal-
uabit nos ꝓpter misericordiam suam.
Aspicite ergo que fecit vobiscū : et cū
timore et tremore · cōfitemini illi : regē
q; seculorū exaltate in operibz vestris.
Ego autem in terra captiuitatis mee
confitebor illi : quoniā ostendit maie-
statem suā in gentē peccatricem. Con-
uertimini itaq; pctōres · et facite iusti-
ciam corā dño : credētes q; faciat vo-
biscum misericordiam suā. Ego autē et a-
nima mea ī eo letabimur. Benedicite
dño omnes electi ei⁹ : et agite dies leti-
cie : ⁊ cōfitemini illi. Jherusalē ciuitas
dei : castigauit te dñs in operibus ma-
nuū tuaꝝ. Confitere dño in bonis tuis
et benedic deū seculoꝝ : ut reedificet in
te tabernaculū suū · et reuocet ad te o-
mnes captiuos : et gaudeas in oīa
secula seculoꝝ. Luce splēdida fulgebis :
et oīes fines terre adorabūt te. Natī-
ones ex longinquo ad te venient : et
munera deferētes adorabūt in te dñm :
et terrā tuā in sanctificationē habebūt.
Nomen eni magnū inuocabūt in te.
Maledicti erūt qui cōtempserint te : et
condemnati erūt oīes qui blasphe-
mauerint te : benedictiq; erūt qui edifi-
cauerint te. Tu aūt letaberis ī filijs tuis :
quoniā oīes benedicētur · et congre-
gabuntur ad dñm. Beati omnes qui
diligunt te : et qui gaudēt super pace
tua. Anima mea benedic dñm : quo-
niam liberauit jherusalem ciuitatem
suā. Beatus ero : si fuerint reliquie se-
minis mei ad vidēdā claritatē jherusa-
lem. Porte jherusalē ex saphiro et sma-
ragdo edificabūtur : et ex lapide preci-
oso omnis circuit⁹ murorū eius. Ex
lapide rādido et mundo oīes platee
eius sternentur : et per vicos eius alle-
luia cantabitur. Benedictus dñs qui
exaltauit eam : ut sit regnum eius in
secula seculoꝝ sup eam amē. C xm·

Et consumati sunt sermones to-
bie. Et postq̄ illuminatus est
tobias vixit ānis quadragintaduo-
bus : ⁊ vidit filios nepotū suoꝝ. Com-
pletis itaq; ānis centumduobz · sepul-
tus est honorifice ī ninive. Quinqua-
ginta namq; et sex annoꝝ lumen ocu-
lorum amisit : sexagenarius vero rece-
pit. Reliquū vero vite sue in gaudio
fuit : et cum bono profectu timoris dei
perrexit in pace. In hora autē mortis
sue vocauit ad se tobiam filiū suum · ⁊
septē iuuenes filios suos nepotes : di-
xitq; eis. Prope erit interitus ninive.
Non enim excidit verbū dñi : et fratres
nostri qui dispersi sunt a terra israhel ·
reuertent̄ ad eam. Omnis autē terra
eius deserta replebitur : et domus dei
que ī ea incensa est iterꝝ reedificabitur :
ibiq; reuertētur oīes timentes deum.
Et relinquent gentes ydola sua : et ve-
nient in jherusalē · et inhabitabunt in
ea : et gaudebūt in ea omnes reges ter-
re · adorātes regem isrl. Audite ergo
filij mei · patrem vestrū. Seruite dño
in veritate : et inquirite ut faciatis que
placita sunt illi. Et filijs vestris man-
date · ut faciāt iusticias ⁊ elemosinas :
ut sint memores dei : et benedicant eū
in omni tempore in veritate et ī tota

uirtute sua. ſſūc ergo filij audite me: et nolite manere hic. Sed quacunq; die sepelieritis matrē uestrā · circa me in uno sepulcro: eę eo dirigite gressus uestros ut eęeatis hinc. Video enim: quia iniquitas eius finē dabit ei. ſFactum est aūt post obitū matris sue · tobias abscessit eę niniue cū uxore sua ⁊ filijs · et filioꝝ filijs: et reuersus est ad soceros suos. Inuenitq; eos incolumes in senectute bona: et curā eorum gessit. Et ipe clausit oculos eorū: et omnem hereditatē domus raguelis ipe percepit: uiditq; quintā generationē filios filioꝝ suoꝝ. Et cōpletis annis nonaginta et nouem in timore domini: cum gaudio sepelierunt eum. Omnis autē cognatio eius ⁊ omnis generatio eius in bona uita ⁊ in sancta conuersatione pmansit: ita ut acceptꝰ esset tā deo qꝫ hominibꝫ: ⁊ cunctis habitātibꝫ terram. Explicit thobias.

Incipit prologus in librū iudith.

Apud hebreos liber iudith inter agyographa legit̄. cuiꝰ auctoritas ad roborāda illa que in contentionem ueniunt minꝰ ydonea iudicatur. Chaldeo tamē sermone cōscriptꝰ · inter historias cōputat̄. Sed qā hūc librū synodꝰ nicena · i numero sanctaꝝ scripturaꝝ legit̄ cōputasse · acquieui postulationi ure · immo exactioni: et sepositis occupationibꝫ quibus uehementer arrabar · huic unā lucubratiuncula dedi: magis sensū e sensu quā ex uerbo uerbū transferens. ſſMultoꝝ codicū uarietatē uitiosissimā apuraui: sola ea q̄ intelligētia integra i uerbis chaldeis inuenire potui · latinis expressi. ſſAccipite iudith uiduam castitatis exemplū: et triumphali laude pretuis eam preconijs declarate. Hāc enī nō solū feminis sed ⁊ uiris imitabilē dedit: q̄ castitatis eiꝰ remuneratoꝛ uirtutē talē tribuit · ut inuictum oībus hominibus uinceret: insuperabilem superaret.

Incipit liber iudith C · primꝰ

Arphaxat itaq; rex medorū subiugauerat multas gentes imperio suo: et ipe edificauit ciuitatē potentissimam quam appellauit egbatanis. Ex lapidibus quadratis et sectis fecit muros eius: in altitudine cubitoꝝ septuaginta · et in latitudine cubitoꝝ triginta: turres uero eiꝰ posuit i altitudine cubitorum centū. Per quadrū uero eaꝝ · latꝰ utrūq; uicenoꝝ pdū spacio tendebat̄: posuitq; portas eiꝰ in altitudine turriū. Et gloriabat̄ quasi potēs in potētia exercitus sui: et i gloria quadrigaꝝ suaꝝ. Anno igit̄ duodecimo regni sui · nabuchodonosoꝛ rex assirioꝝ qui regnabat in niniue ciuitate magna pugnauit contra arphaxat: ⁊ obtinuit eum in campo magno qui appellatur ragau · circa eufraten ⁊ tigrin · et yadason in campo arioch regis elicoꝝ. Tunc exaltatū est regnū nabuchodonosoꝛ: et coꝛ eius eleuatū est. Et misit ad oēs qui habitabāt in cilicia · et damasco · et libano · ⁊ ad gentes que sunt in carmelo et cedar · et inhabitātes galileā · in cāpo magno esdrelon: et ad oēs qui erant in samaria · et trans flumen iordanen · usq; iherusalem · et omnem terrā yesse · quousq; peniat̄ ad montes ethiopie. ſſAd ipsos oēs misit nuncios nabuchodonosoꝛ · rex assiriorū: qui oēs uno animo ꝺtra dixerūt · ⁊ remiserūt eos uacuos: ac sine honore

abiecerũt. Tũc indignatus nabuchodonosor rex ad oẽm terram illam iurauit per regnum et tronum suum: q defenderet se de omnibz hijs. C n

Anno terciodecimo nabuchodonosor regis: vicesima z sda die mensis primi: factum est verbũ in domo nabuchodonosor regis assirioz: ut defenderet se. Vocauitq; oẽs maiores oẽsq; duces bellatores suos: et habuit cũ eis misterium consilij sui. Dixitq; cogitationẽ suã in eo esse: ut omnem terrã suo subiugaret imperio. Quod dictũ cũ placuisset omnibz: vocauit nabuchodonosor rex holofernẽ principẽ militie sue: et dixit ei. Egredere aduersum omne regnũ occidentis: et cõtra eos precipue qui cõtempserũt imperiũ meũ. Nõ parcet oculus tuus ulli regno: omnẽq; urbem munitam subiugabis michi. Tũc holofernes vocauit duces et magistratus virtutis assirioz: et dinumerauit viros in expeditione sicut pcepit ei rex: centũuiginti milia peditũ pugnatorũ: z equites sagittarios duodecim milia. Omnẽ q; expeditionẽ suam fecit preire i multitudine innumerabiliũ camelorũ: cũ hijs que exercitibus sufficeret copiose: boum quoq; armenta: gregesq; ouiũ: quoz nõ erat numerus. Frumẽtum ex oĩi syria in trãsitu suo parari constituit. Aurũ uero z argentũ de domo regis assumpsit multum nimis. Et profectus est ipe z omnis exercit9 cum quadrigis z equitibus et sagittarijs: qui cooperuerũt faciẽ terre sicut locuste. Cumq; ptransisset fines assirioz venit ad magnos mõtes ange qui sunt a sinistro cilicie: ascenditq; oĩa castella eoz: z obtinuit omnẽ munitionem. Effregit aũt ciuitatem opinatissimã melothi: pdauitq; omnes filios tharsis: et filios ysmahel qui erãt cõtra faciem deserti: et ad austrum terre celeon. Et transiuit eufraten: et venit in mesopotamiam: z fregit omnes ciuitates excelsas que erãt ibi a torrẽte mambre usquequo puenĩatur ad mare: et occupauit terminos ei9 a cilicia usq; ad fines iaphet: qui sunt ad austrũ. Adduxitq; omnes filios madian: et predauit oĩem locupletationẽ eorum: oẽsq; resistẽtes sibi occidit i ore gladij. Et post hec descẽdit in campos damasci in diebus messis et succendit omnia sata: omnesq; arbores z vineas fecit incidi: et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram. C m

Tunc miserunt legatos suos universarũ urbium ac puinciarũ reges ac principes syrie: scilicet z mesopotamie: z syrie sobal: z libie: atq; cilicie: qui venientes ad holofernẽ dixerũt. Desinat indignatio tua circa nos. Melius est enim ut viuentes seruiamus nabuchodonosor regi magno: z subditi simus tibi: q; morientes cum interitu nostro ipi seruitutis nre damna patiamur. Omnis ciuitas nra omnisq; possessio: omnes colles et montes: et campi: et armenta boũ: gregesq; ouiũ: z capraz equorũq; camelorz z uniuerse facultates nostre atq; familie i conspectu tuo sunt. Sint omnia sub lege tua. Nos etiam et filij nostri: seruj tui sumus. Veni nobis pacificus dns: et utere seruitio nostro sicut placuerit tibi. Tunc descendit de montibus cum equitibus: in virtute magna: et obtinuit omnẽ ciuitatẽ: et omnem inhabitantem terrã. De uniuersis aũt urbibz assumpsit sibi auxiliarios viros fortes et electos ad bellũ. Tãtusq; metus

prouinciis illis incubuit: ut uniuersarum urbium habitatores principes et honorati simul cū pplis exirent in obuiā uenienti · excipientes eū cum coronis et lampadibz: ducētes choros in tympanis et tibiis. Hec ista tamē facientes ferocitatem eius pectoris mitigare potuerūt. Nam et ciuitates eoz destruxit: et lucos eoz excidit. Preceperat enim illi nabuchodonosor rex · ut omnes deos terre exterminaret: videlicet ut ipse solus diceretur deus ab his nationibus que potuissent holofernis potentia subiugari. Pertransiens aūt syriā sobal et omnem apamiam · omnemq; mesopotamiam · uenit ad ydumeos in terra gabaa: acceptoq; ciuitates eorum · et sedit ibi per triginta dies: in quibus diebus adunari precepit uniuersum exercitū uirtutis sue. C· m·

Tunc audientes hec filij israhel q̄ habitabāt terrā iudee: timuerūt ualde a facie eius. Tremor etiā et horror inuasit sensus eoz: ne hoc faceret ierusalē et templo dñi: qđ fecerat ceteris ciuitatibz et templis eaz. Et miserunt in omnē samariā per circuitum usq; iericho: et preoccupauerūt omnes uertices mōtium. Et muris circundederūt uicos suos: et cōgregauerūt frumenta ī preparationē pugne. Sacerdos etiam eliachim scripsit ad uniuersos qui erāt ītra esdrelon · que est contra faciem cāpi magni iuxta dotaim: et uniuersis per quos uie transitus esse poterat: ut obtinerēt ascēsus montiū per quos uia esse poterat ad ierusalē: et illic custodirent ubi angustum iter esse poterat inter mōtes. Et fecerūt filij israhel: secundū qđ constituerat eis sacerdos dñi eliachim. Et clamauit omnis ppls ad dñm instātia magna: et humiliauerūt animas suas in ieiuniis · ipi et mulieres eoz. Et induerūt se sacerdotes cilicijs: et infantes prostrauerūt contra faciem templi domini: ⁊ altare dñi operuerūt cilicio. Et clamauerunt ad dominū deū israhel unanimiter: ne darent in predā infantes eoz · ⁊ uxores eoz in diuisionē · ⁊ ciuitates eoz in exterminiū · et sancta eorum in pollutionē: et ficret in obprobrium gentibz. Tūc eliachim sacerdos dñi magnus circuiuit omnē israel: alloquutusq; est eos dicēs. Scitote quoniā exaudiuit dñs preces uestras: si manentes pmansericis in ieiuniis et orationibus in cōspectu domini. Memores estote moysi serui dñi: q̄ amalech confidentem in uirtute sua et in potentia sua et in exercitu suo · et in clipeis suis et in curribus suis ⁊ in equitibz suis non ferro puguādo: sed precibus sanctis orando deiecit. Sic erūt uniuersi hostes israhel: si pseueraueritis in hoc opere qđ cepistis. Ad hanc igitur exhortationē eius deprecantes dñm · permanebāt inconspectu dñi: ita ut etiā his qui offerebant dño holocausta · precincti cilicijs offerent sacrificia dño: et erat cinis sup capita eoz. Et ex toto corde suo omnes orabant deum: ut uisitaret populum suum israhel. C· v·

Nunciatumq; est holoferni principi militie assiriorū q̄ filij israel prepararent se ad resistendū · ac montium itinera conclusissent · et furore nimio exarsit in iracūdia magna. Uocauitq; omnes principes moab ⁊ duces ammon: et dixit eis. Dicite michi quis sit ppls iste qui montana obsidet: aut que et quales et quante sint ciuitates eorū que etiam sit uirtus eorum aut que sit multitudo eorum uel

quis rex militie illorū. Quare pre omnibus qui habitāt in oriēte isti contempserūt me·et nō exierūt in obuiam nobis:ut susciperent nos cū pace? Tūc achior dux omnium filiorū amon respondens ait. Si digneris audire domine·dicam veritatē in conspectu tuo de pplo isto qui in montanis habitat: et nō egredietur verbū falsum ex ore meo. Populus iste ex progenie caldeorum ē. Hic primū in mesopotamia habitauit:quoniā noluerūt sequi deos patrū suoz qui erāt in terra caldeorum. Deserentes itaq; cerimonias patrū suoz que in multitudine deoz erāt unū deum celi coluerūt:qui z precepit eis ut exirent inde:et habitarent in carram. Cumq; opertusset omnem terrā fames·descenderūt in egiptum: illicq; per quadringentos annos sic multiplicati sunt:ut dinumerari eoz nō posset exercitus. Cūq; grauaret eos rex egipti atq; in edificationibz urbiū suaz in luto et latere subiugasset eos: clamauerūt ad dñm suū et percussit totam terrā egipti·plagis variis. Cūq; eiecissent eos egipti a se·z cessasset plaga ab eis z iterz eos vellent capere z ad suum seruitiū reuocare·fugientibz his? deus celi mare aperuit: ita ut huic inde aque quasi murus solidarent: et isti pede sicco fundū maris perambulando trāsirent. In quo loco dū innumerabilis exercit? egiptioz eos persequeretur·ita aquis cooptus est:ut nō remaneret vel unus·qui factum posteris nūciaret. Egressis etiam mare rubrum deserta syna mōtis occurrerūt: in quibz nunq; hmo habitare potuit: uel filius hominis requieuit. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum:z per annos quadraginta annonam de celo cōsecuti sunt. Ubicunq; ingressi sūt:sine arcu et sagitta· et absq; scuto et gladio·deus eorū pugnauit pro eis et vicit. Et nō fuit qui insultaret pplo isti:nisi quādo recessit a cultu dñi dei sui. Quocienscūq; aūt preter ipm deum suū alterū coluerunt: dati sunt in pdam et in gladiū et in obprobriū. Quocienscūq; aūt penituerunt se recessisse a cultura dei sui:dedit eis deus celi virtutē resistendi. Deniq; chananeum regem et iebuseum·et pherezeum et eueum z hetheū et amorreum et oēs potētes in esebon pstrauerūt: et terras eoz et ciuitates eoz ipsi possederūt:et usq; dum nō peccarent i conspectu dei sui erāt cum illis bona. Deus enim illorū odit iniquitatē. Nam et ante hos ānos cum recessissent a via quā dederat illis deus ut ambularēt in ea·exterminati sūt prelijs a multis nationibz:et plurimi eoz captiui abducti sūt in terrā non suā. Super autē reuersi ad dñm deum suū ex dispersione qua dispersi fuerāt adunati sunt:z ascenderunt montana hec omnia:et iterum possident iherusalē·ubi sūt sancta sanctoz. Nunc ergo mi dñe perqre si est aliqua iniquitas eoz in cōspectu dei eoz:ascendam? ad illos quoniā tradens tradet illos deus eoz tibi:et subiugati erunt sub iugo potentie tue. Si uero nō est offensio pli hui? corā deo suo non poterimus resistere illis: quoniā deus eorū defendet illos:et erimus in obprobriū uniuerse terre. Et factum est cū cessasset loqui achior verba hec:irati sunt omnes magnates holofernis·et cogitabāt interficere eū dicentes ad alterutrū. Quis est iste q filios isrl posse dicat resistere regi nabuchodonosor·et exercitibz ei?:hmines?

inermes et sine virtute · et sine peritia artis pugne? Vt ergo agnoscat archi-
or quoniã fallit nos · ascendamus in
mõtana: et cũ capti fuerint potentes e-
Etiam si dimidiam partem regni mei petieris impetrabis. Ad que illa respondit. Si inueni gratiam in oculis tuis o rex et si tibi placet: dona michi animam meam pro qua rogo. et populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus ego et pplus meus ut conteramur iugulemur et pereamus. Atq; utinam in seruos et famulas uenderemur esset tolerabile malum et gemens tacerem: nunc autem hostis noster est cuius crudelitas redundat in regem. Respondensq; rex assuerus ait. Quis est iste et cuius potentie. ut hec audeat facere? Dixitq; hester. Hostis et inimicus noster pessimus iste est aman. Quod ille audiens ilico obstupuit: multum regis et regine ferre non sustinens. Rex aut surrexit iratus: et de loco conuiuij intrauit in ortum arboribus consitum. Aman q; surrexit ut rogaret hester reginam pro anima sua: intellexit enim a rege paratum sibi malum. Qui cum reuersus esset de orto nemoribus consito. et intrasset conuiuij locum: reppetit aman sup lectum corruisse in quo iacebat hester. et ait. Etiam reginam vult opprimere me presente in domo mea. Necdum verbum de ore regis exierat: et statim operuerunt faciem eius. Dixitq; arbona unus de eunuchis qui stabant in ministerio regis. En lignum quod parauerat mardocheo qui locutus est pro rege. stat in domo aman. habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex. Appendite eum in eo. Suspensus est itaq; aman in patibulo quod parauerat mardocheo: et regis ira requieuit. C. VIII

Die illo dedit rex assuerus hester regine domum aman aduersarij iudeorum: et mardocheus ingressus est ante faciem regis. Confessa est enim ei hester. quod esset patruus suus. Tulitq;

rę anulū quem ab aman recipi iusse-
rat·et tradidit mardocheo. Hester au-
tem cōstituit mardocheū sup domum
suam. Nec his cōtenta ꝓdit ad pe-
des regis: fleuitq; et locuta ad eū ora-
uit ut maliciam aman agagite ⁊ ma-
chinationes eius pessimas quas ręco-
gitauerat ꝺra iudeos·iuberet irritas fi-
ri. At ille ręmore sceptrū aureū pre-
tendit manu quo signū clemētie mon-
strabat. Illaq; cōsurgens stetit ātę eū·
et ait. Si placet regi ⁊ si inueni gratiā
in oculis eius et deprecatio mea nō ei vi-
detur esse contraria: obsecro ut nouis
epistolis reuoces aman littere insidia-
toris ⁊ hostis iudeoꝝ·quibs eos in cun-
ctis regis prouincijs perire ꝓperat
corrigātur. Quomodo enim potero su-
stinere necem et interfectionē ꝑentis mei?
Respondītq; rę assuerus hester regine
et mardocheo iudeo. Domum aman
concessi hester et ipm iussi affigi cruci:
qa ausus est manū mittere in iudeos.
Scribite ergo iudeis sicut vobis pla-
cet ręregis nomine: signātes litteras
anulo meo. Hec enī cōsuetudo erat·ut
epistolis q̄ ręregis nomine mittebantur et illius anulo signate erāt nemo
auderet contradicere. Accitisq; scribis
et librarijs regis·erat autem tempus
tercij mensis quī appellat siban: vice-
sima et tercia illi⁹ die scripte sūt episto-
le ut mardocheus voluerat ad iudeos
et ad principes·procuratoresq; et iu-
dices·quī centūvigintiseptē ꝓuincijs
ab india usq; ethiopiam ꝑsidebant:
prouincie atq; ꝓuincie·ꝑpo et popu-
lo·iuxta linguas et litteras suas: ⁊ iu-
deis ꝓut legere poterāt et audire. Ipse
q; epistole que ręregis noīe mittebantur·anulo illius obsignate sūt et mis-
se ꝑ veredarios: q̄ ꝑ omēs ꝓuincias
discurrētes·vteres litteras nouis nun-
cijs preuenirent. Quibus imperauit
rę·ut conuenirēt iudeos per singulas
ciuitates·et in vnū preciperent congre-
gari·ut starent ꝓ animabs suis: et o-
mnes inimicos suos cum cōiugibus
ac liberis·et vniūlis domibus interfi-
cerent atq; delerent. Et constituta ē per
omnes prouincias una vltionis dies·
id est terciadecima die mensis duode-
cimi adar. Sūmaq; epistole fuit ut in
omnibs terris ac ꝑplis qui regis assue-
ri subiacebant imperio: notū fieret pa-
ratos esse iudeos ad rapiendā vindi-
ctam de hostibus suis. Egressiq; sunt
veredarij celeres nūcios perferentes: et
edictum regis ꝑpendit in susis. Mar-
docheus aūt de palatio et de cōspectu
regis egrediens fulgebat vestibs regijs
iacinctinis videlicet et aerinis: coronā
auream portans capite·et amictus se-
rico pallio atq; purpureo. Omisq; ci-
uitas exultauit atq; letata est. Iudeis
aūt noua lux oriri visa est: gaudium·
honor·et cripudium. Apud omnes
populos vrbes atq; prouincias quo-
cunq; regis precepta veniebant·mira
exultatio epule atq; conuiuia et festus
dies: in tantum ut alterius plures gen-
tis et secte eorū religioni et cerimonijs
iungerentur. Grādis enim cūctos iu-
daici nominis terror inuaserat. C. IX.
Igitur duodecimi mensis quem adar
vocari ante iam diximꝰ·tercia decima
die quādo cūctis iudeis interfectio pa-
rabatur et hostes eorū inhiabant san-
guini·versa vice iudei superiores esse
reperunt·et se de aduersarijs vindica-
re. Congregatiq; sunt ꝑ singulas ci-
uitates·et oppida et loca·ut extenderēt
manū cōtra inimicos ⁊ ꝓsecutores su-
os. Nullusq; ausus est resistere eo qō

omnes populos magnitudinis eoꝝ formido penetraret. Aman et prouinciarum iudices duces et procuratores. omnisq; dignitas que singulis locis et operibus preerat. extollebāt iudeos timore mardochei: quē principē esse palatij et plurimū posse cognouerāt. Fama q̄; nominis eius crescebat quotidie: et per cunctorum ora volitabat. Itaq; percusserunt iudei inimicos suos plaga magna et occiderunt eos. reddentes eis qđ sibi parauerāt facere: intantū ut etiā in susis quingētos viros interficerēt. extra decem filios aman agagite hostis iudeoꝝ. Quoꝝ ista sūt nomina: pharsandathan et delphon et esphata et phorata et adalia et aridatha et ephermescha arisai et aridai et vaisatha. Quos cū occidissent pdas de substantijs eoꝝ tangere noluerunt. Statimq; numer⁹ eorū qui occisi erāt in susis ad regem relat⁹ est. Qui dixit regine. In urbe susis interfecerūt iudei quingentos viros. et alios decem filios aman: quantā putas eos exercere credem in ceteris prouincijs? Quid ultra postulas: et quid vis ut fieri iubeā? Cui illa respondit. Si regi placet det potestas iudeis. ut sicut fecerūt hodie in susis sic et cras faciāt: et decem filij aman in patibulis suspendātur. Precepit rex ut ita fieret. Statimq; in susis pependit edictum: et decem filij aman suspensi sūt. Cōgregatis iudeis quartadecima die mēsis adar interfecti sūt in susis trecenti viri: nec eorū ab illis direpta substātia est: sed et per omnes prouincias. que ditioni regis subiacebant pro animabus suis steterunt iudei. interfectis hostibz ac plecutoribz suis: intantū ut septuagintaquinq; milia occisorum implerentur. et nullus de substantijs eorū quicq; contingeret. Dies aūt terciusdecimus mensis adar unus apud oēs interfectionis fuit: et quartadecima die cessare deliberunt. Quem cōstituerunt esse solemnem: ut in eo omni tpe deiuceps vacarent epulis gaudio atq; cōuiuijs. At hij qui in urbe susis cedē exercuerant terciodecimo et quartodecimo die eiusdē mensis in cede versati sunt: decimoquinto aūt die percutere destiterūt. Et idcirco eundem diem constituerunt solemnem epularū atq; letitie. Hij vro iudei qui in oppidis non muratis ac villis morabāt. quartūdecimū diem mensis adar cōuiuiorū et gaudij decreuerunt: ita ut exultent in eo et mittant sibi mutuo partes epularū et ciborū. Scripsit itaq; mardocheus omnia hec. et litteris comprehensa misit ad iudeos qui in omnibus regis prouincijs morabantur: tam in vicino positis q̄; procul: ut quartādecimam et quintamdecimam diē mensis adar pro festis susciperent. et reuertente semper anno solemni honore celebrarent: quia in ipis diebz se ulti sūt iudei de inimicis suis. et luct⁹ atq; tristitia in hilaritatē gaudiumq; cōuersi sunt: essentq; dies isti epistolaꝝ atq; letitie. et mitterēt sibi inuicem ciborū partes: et pauperibz munuscula largirentur. Susceperūtq; iudei in solemnē ritum cuncta que eo tpe facere ceperāt: et que mardocheus litteris faciēda mandauerat. Aman enī filius amadati stirpis agag hostis et aduersarius iudeoꝝ cogitauit contra eos malū. ut occideret illos atq; deleret: et misit phur qđ nostra lingua vertit in sortem: et postea ingressa est hester ad regem obsecrans ut conatus eius litteris regis irritū fieret: et malū quod

contra iudeos cogitauerat reuerteretur in caput eius. Deniq; et ipm et filios eius affixerũt cruci: atq; ex illo tẽpore dies isti appellati sunt phurim id est sortium: eo qđ phur id est sors in urnã missa fuerit. Et cuncta que gesta sunt epistole id est libri huius volumine continentur: queq; sustinuerint et que deinceps in mutata sint. susceperũt iudei sup se et semen suũ. et super cunctos qui religioni eoz voluerint copulari: ut nulli liceat duos hos dies absq; solemnitate trãsigere quos scriptura testatur: et cetera expetũt tempora annis sibi iugiter succedentibz. Isti sunt dies quos nulla unq; deleuit oblivio. et per singulas generationes cũcte in toto orbe puincie celebrabunt: nec est ulla ciuitas in qua dies phurim id ẽ sortium nõ obseruent a iudeis. et ab eorum pgenie que his cerimonijs obligata est. Scripserũq; hester regina filia abiahil et mardocheus iudeus etiam scdam epistolã. ut omni studio dies ista solemnis sanxiretur in posterum. Et miserũt ad oĩes iudeos qui in centũuigintiseptem puincijs regis assueri versabant. ut haberent pacem et susciperẽt veritatẽ. obseruãtes dies sortiũ: et suo tpe cũ gaudio celebrarẽt. sicut cõstituerat mardocheus et hester. Et illi obseruãda susceperũt a se et a semine suo ieiunia. atq; clamores et sortium dies: et oĩa que libri huius vocat hester historia continent. C. x

Rex vero assuerus oĩem terã et cunctas maris insulas fecit tributarias: cuius fortitudo et imperiũ et dignitas atq; sublimitas qua exaltauit mardocheum scripta sũt in libris medoz atq; persarũ: et quomõ mardocheus iudaici generis secundus a rege assuero fuerit et magn9 apud iudeos. et acceptabilis plebi fratrũ suoz. querens bona pplo suo. et loquens ea que ad pacem seminis suĩ pertinerent. Verba ieronimi

Que habentur in hebreo plena fide expressi: hec aũt que secũtur scripta reppri in editione vulgata que greco lingua et litteris cõtinent: et interim post finem libri hoc capitulũ ferebatur. qđ iuxta consuetudinem nostrã obelo id est veru pnotauim9. Dixitq; mardocheus. A deo facta sũt ista. Recordatus sũ somnij qđ videram hec eadem significantis: nec eorũ quicquã irritum fuit. Paruus fons qui creuit in fluuium et in lucem solemq; conuersus est. et in aquas plurimas redundauit. hester ẽ. quam rex accepit uxorẽ et voluit esse reginã. Duo autẽ dracones ego sum et aman. Gentes que cõuenerant. hij sunt qui conati sunt delere nomen iudeorum. Gens aũt mea isrl est que clamauit ad dñm: et saluũ fecit dñs populum suũ. liberauitq; nos ab oĩbz malis. et fecit signa magna atq; portenta inter gentes: et duas sortes esse precepit. unam pplo dei et alteram cunctarũ gentium. Venitq; utraq; sors in statutũ ex illo iam tempore corã deo uniuersis gentibus: et recordatus est dñs pplo suo. ac miser9 hereditatis sue. Et obseruabũtur dies isti i mense adar quartadecima et quintadecima die eiusdẽ mensis. cũ oĩ studio et gaudio i unũ cetum pplo congregati in cũctas deinceps generatones pplo israhel. C. xi.

Anno quarto regnantibz ptolomeo et cleopatra. attulerũt dositheus qui se sacerdotem et leuitici generis ferebat. et ptolomeus filius eius hãc epistolam phurim: quã dixerũt interpretatũ esse lisimachũ ptolomei filiũ

in iherusalem. Hoc q; principiū erat in editione vulgata: qđ nec in hebreo nec apud ullū fertur interpretum. Anno secundo regnante artarxerxe maximo · prima die mensis nisan: vidit somnium · mardocheus filius iaheri filij semei · filij cis de tribu beniamin · homo iudeus qui habitabat in urbe susis: vir magnus · et inter primos aule regie. Erat aūt de eo numero captiuorum quos trāstulerat nabuchodonosor rex babilonis de iherusalem cum iechonia rege iuda: et hoc eius somnium fuit. Apparuerunt voces et tumultus · tonitrua et terre motus et conturbatio sup terrā: et ecce duo dracones magni parati; contra se in plium: ad quoz clamorē cūcte concitate sūt nationes · ut pugnarent contra gentē iustorum. Fuitq; dies illa tenebrarū et discriminis · tribulationis et angustie · et ingēs formido sup terrā. Conturbataq; est gens iustoz timentiū mala sua et preparata ad mortem. Clamaueruntq; ad deū: et illis vociferātibz fons parvus creuit in fluuiū maximum · et in aquas plurimas redundauit. Lux et sol ortus est et humiles exaltati sunt · et deuorauerunt inclitos. Quod cum vidisset mardocheus et surrexisset de stratu · cogitabat quid deus facere vellet: et fixū habebat in animo scire cupiēs quid significaret somniū. Exn

Morabatur aūt eo tempore in aula regis · cū bagatha et thara eunuchis regis qui ianitores erāt palatij. Cūq; intellexisset cogitationes eoz et curas diligentius quidisset: didicit qđ conarentē in regem artarxerxen manus mittere: et nūciauit super eo regi. Qui de utroq; habita questione · confessos iussit duci ad mortem. Rex aūt quod gestū erat scripsit in commentarijs. Sed et mardocheus rei memoriā litteris tradidit. Precepitq; ei rex ut in aula palatij moraretur · datis ei pro delatione muneribz. Anno vero filius amadathi bugeus erat gloriosissimꝰ coram rege: et voluit nocere mardocheo et pplo eius pro duobus eunuchis regis qui fuerāt interfecti. # vā jeronimj Hucusq; proemium. Que secundū in eo loco posita erant ubi scriptū est in volumine et diripuerūt bona uel substantias eorum. Que i sola vulgata editione reperimꝰ. Epistole aūt hoc exemplar fuit. Exm

Rex maximus artarxerxes ab india usq; ethiopiā centūviginti · septem prouinciaz principibus et ducibus · qui eius imperio subiecti sūt salutem. Cū plurimis gentibus imperarem · et uniuersum orbem mee ditioni subiugassem: volui nequaquā abuti potentie magnitudine · sed clemētia et lenitate gubernare subiectos: ut absq; vllo terrore vitā silentio transigentes · optata cūctis mortalibus pace frueretur. Querente aūt me a cōsiliarijs meis quomō posset hoc impleri: unus q̄ sapientia et fide ceteros precellebat · et erat post regem sedis aman nomine · indicauit michi in toto orbe terrarum populū esse dispersum qui nouis uteretur legibus: et contra omniū gentiū cōsuetudinem faciens · regū iussa contemneret: et uniuersaz concordiā nationum sua dilectione violaret. Quod cum didicissemus · videtes unam gentem rebellem aduersus omne hominū genus peruersis uti legibus · nostrisq; iussionibus contraire · et turbare subiectarum nobis prouinciaz pacē atq; concordiā: iussim⁹ ut quoscūq; aman qui omnibus prouincijs prepositus

hest'

est et scōs a rege · et quem patris loco colimus mōstrauerit · cū coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis nullusq; eoꝝ misereat̄ · quartadecima die duodecimi mēsis adar ām pōtis: ut nepharij hōmines uno die ad inferos descendēres · reddāt imperio nro pacem quem turbauerant. Cuiusq; exemplar epistole. Que secuntur post eum locum scripta repperi ubi legitur · pergensq; mardocheus fecit oīa que ei mandauerat hester: nec tamē habentur in hebraico et apud nullū penitꝰ feruntur interpretū. ſMardocheus aūt deprecatus est dōm · memor omnium operum eius ⁊ dixit. Domine dñe rex omnipotēs · in ditione tuā tua cuncta sunt posita: et nō est q̄ possit tue resistere uoluntati · si decreueris saluare isrl'. Tu fecisti celū et terrā et quicquid celi ambitu cōtinetur dñs omniū es · nec est qui reluctat maiestati tue. Cūcta nosti et scis quia non pro superbia et contumelia et aliqua glorie cupiditate fecerim hoc · ut non adorarem aman superbissimū: libenter enī pro salute isrl' etiā uestigia pedū eius deosculari paratus essem: sed timui ne honorem dei mei transferrem ad hominē · et ne quemquā adorarem excepto deo meo. Et nunc domine rex deus abraham miserere populi tui: qui uolunt nos inimici nostri perdere et hereditatē tuam delere. ſNe despicias partem tuam quam redemisti de egipto. Exaudi deprecationem meam et propicius esto sorti et funiculo tuo: et conuerte luctū nostrū in gaudiū · ut uiuētes laudem⁹ nomē tuū dñe: et ne claudas ora te canentiū. Omīs quoq; isrl' pari mente et obsecratōne clamauit ad dōm: eo qd̄ eis certa mors impēderet. C · xm ·

Hester quoq; regina confugit ad dōm pauens periculū qd̄ imminebat. Cumq; deposuisset uestes regias · fletibus et luctu apta indumenta suscepit: et pro unguentis uarijs cinere et stercore impleuit caput · et corpus suū humiliauit ieiunijs: omniaq; loca in quibus ante letari cōsueuerat crinium laceratione cōpleuit. Et deprecabatur dōm deū isrl' dicens · dñe mi qui rex noster es solus adiuua me solitariam: ⁊ tuus preter te nullus auxiliator est alius. Periculū meū in manibꝫ meis est. ſAudiui a patre meo qd̄ tu domine tulisses israhel de cūctis gentibꝫ · et patres nostros ex oīnibus retro maioribus suis · ut possideres hereditatē sempiternā: fecistiq; eis sicut locut⁹ es. Peccauimus in conspectu tuo: et idcirco tradidisti nos in manꝰ inimicorū nostroꝝ. Coluimus enī deos eorum. Iustus es dñe. Et nūc non eis sufficit qd̄ durissima nos opprimunt seruitute: sed robur manuū suarū ydolorū potentie deputantes uolūt tua mutare promissa · et delere hereditatem tuā: et claudere ora laudantiū te · atq; extinguere gloriā templi et altaris tui: ut aperiant ora gentiū et laudent ydolorum fortitudinem · et predicent carnalem regem in sempiternū. ſNe tradas dñe sceptrū tuū his qui non sunt · ne rideant ad ruinam nostrā: sed conuerte cōsilium eorū sup eos · et eum qui in nos cepit seuire disperde. ſMemēto domine ⁊ ostende te nobis in tempore tribulationis nostre: et da michi fiduciā dñe rex deoꝝ et uniuerse potestatis: tribue sermonē cōpositum in ore meo in conspectu leonis · et transfer cor illius in odium hostis nostri: ut et ipe pereat et ceteri qui ei consentiūt. ſNos aūt

libera in manu tua: et adiuua me nullū aliū auxiliū habētem nisi te dñe. q̄ habes omniū sciētiā. et nosti quia oderim gloriā iniquoꝝ: et detester cubile incircūcisorum et oīis alienigene. Tu scis necessitatem meā quod abominer signū superbie. et glorie mee qđ est sup caput meū in diebus ostentationis mee: et detester illud ꝙsi pannum menstruate. et non potē in diebz silentij mei: et quod nō comederim in mensa aman. nec michi placuerit conuiuium regis. et nō biberim vinū libaminū: et nunq̄ locuta sit ancilla tua ex quo huc trāslata sū usq; i presentē diē. nisi in te dñe deus abraha. Deus fortis super omnes exaudi vocem earum qui nullam aliam spem habent et libera nos de manu iniquorum: et erue me a timore meo. Hec q̄z addita repperi in editione vulgata. C. xv

Et mandauit ei haut dubiū quin hester mardocheus. ut ingrederetur ad regem: ut rogaret pro populo suo et p patria sua. Memorare inquit dies humilitatis tue. quomodo nutrita sis in manu mea: quia aman secūs a rege locut⁹ est ōtra nos in mortem: et tu inuoca dñm et loquere regi pro nobis. et libera nos de morte. Hec non et ista que subdita sūt. Die autē tertio deposuit vestimenta ornat⁹ sui: et circūdata est gloria sua. Cūq; regio fulgeret habitu et inuocasset omnium rectorē et saluatorem deū: assumpsit duas famulas. et sup vnā quidē innitebatur quasi pre delicijs. et nimia teneritudine corp⁹ suū ferre nō sustinēs: altera aūt famularū sequebat dñam defluentia in humū indumēta sustentans. Ipsa aūt roseo colore vultū perfusa. et gratis ac nitentibz oculis tristē relabat animū. et nimio timore contractum. Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia stetit cōtra regem. ubi ille residebat sup soliū regni sui. indut⁹ vestibus regijs auroq; fulgens et preciosis lapidibus: eratq; terribilis aspectu. Cunq; eleuasset faciē et ardentibz oculis furorē pectoris indicasset: regina corruit et in pallorem colore mutato. lassum sup ancillulam reclinauit caput. Conuertitq; deus spiritū regis in māsuetudinē: et festinus ac metuens exiliuit de solio et sustentās eā ulnis suis donec rediret ad se. his verbis blandiebatur. Quid habes hester? Ego sū frater tuus noli metuere. Non moriēris. Non enī pro te sed pro oīibz hec lex constituta est. Accede igit̄ et tange sceptrū. Cunq; illa reticeret. tulit aureā virgā et posuit sup collū eius: et osculatus est eam et ait. Cur michi non loqueris? Que respondit. Vidi te dñe quasi angelū dei: et conturbatum est cor meū pre timore glorie tue. Valde enī mirabilis es dñe: et facies tua plena est gratiaꝝ. Cūq; loquerer̄ rursus corruit et pene exanimata est. Rex aūt turbabatur et omnes ministri ei⁹ consolabātur eum. Exemplar epistole regis artaxerxis quā p iudeis ad tota⁹ regni sui puincias misit: qđ et ipm in hebraico volumine nō habet. C. xvi.

Rex magn⁹ artaxerxes ab india vsq; ethiopiā centūuiginti septē prouinciaꝝ ducibus ac principibus. qui nostri iussioni obediūt: salutē dicit. Multi bonitate principū et honore qui i eos collatus est abusi sunt in superbiā: et nō solū subiectos regibus nituntur opprimere. sed data sibi gloriam nō ferentes in ipos qui dederunt moliūtur insidias. Nec contenti sunt

gratias nō agere beneficijs·et humanitatis ī se iura violare:sed dei q̄z cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiā. Et intantū uesanie proruperunt ut eos qui regia sibi officia diligenter obseruāt·et ita cūcta agunt ut omniū laude digni sint·mendatiorum cuniculis conent subuertere:dū aures principū simplices ex sua natura alios estimātes callida fraude decipiunt. Que res et ex ueteribus patet hystorijs·et ex his que gerūtur quotidie:quomō malis quorundā suggestionibus regū studia deprauent. Unde prouidendū est pacī omniū prouinciarū. Nec putare debetis si diūla iubeam⁹ ex animi nostri uenire leuitate:sed pro qualitate et necessitate temporum·ut rei publice poscit utilitas ferre sententiam. Et ut manifestius q̄d dicimus intelligatis·aman filius amadathi et animo et gente macedo alienusq; a persarū sanguine·et pietatem nostram sua crudelitate cōmaculans·peregrin⁹ a nobis susceptus est:et tantam in se expertus humanitatē ut pater noster uocaretur et adoraret ab omnibus post regem sedis: qui intantū arrogantie tumore sublatus est ut regno priuare nos niteretur et spiritu. Nam mardocheum cui⁹ fide et beneficijs uiuim⁹ et consortē regni nostri hester·cū omni gēre sua nouis quibusdā atq; inauditis machinis expetiuit in mortem:hoc cogitās ut illis inimicis insidiaretur nostre solitudini·et regni persarum transferret in macedonas. Nos aūt a pessimo mortaliū iudeos nec destinatos·in nulla penit⁹ culpa reperimus:sed econtrario iustis utentes legibus et filios altissimi et maximi sempergz uiuentis dei·cui⁹ beneficio et patribus nostris·et nobis regnū est traditū et usq; hodie custodit. Unde eas litteras quas sub nomine nro ille direxerat irritas esse irritas. Pro quo scelere ante portas hui⁹ urbis id est suis·et ipe qui machinatus est et oīs cognatio eius pendet in patibulis:nō nobis sed deo reddēte ei quod meruit. Hoc aūt edictū qd nunc mittimus in cūctis urbibus ponatur·ut liceat iudeis uti legibus suis:quibus deberis esse amminiculo ut eos qui se ad necem eorum parauerant possint interficere. tertiadecima die mensis duodecimi q̄ uocatur adar. Hanc em diem deus omnipotens meroris et luctus eis uertit ī gaudiū. Unde et uos inter ceteros festos dies. Hanc habitote die·et celebrate eam cū omni letitia: ut et in posterū cognoscantur oēs qui fideliter persis obediūt digna pro fide recipere mercedem: qui aūt insidiant regno eorum perire p scelere. Omnis aūt prouincia et ciuitas q̄ noluerit solēnitati⁹ hui⁹ esse particeps gladio et igne pereat:et sic deleatur ut non solū hominibus sed etiam inuia bestijs sit in sempiternum·pro exemplo contemptus et inobedientie.

Incipit prolog⁹ in librum Iob Gregorij

Ogor per singulos scripture diuine libros aduersariorū respondere maledictis·qui interpretationem meam reprehensionē septuaginta interpretum criminātur:q̄si nō et apud grecos aquila symmachus et theodocion·uel uerbū e uerbo uel sensum e sensu uel ex utroq; cōmixtum et medie temperatum·genus translationis expresserint: et omnia ueteris instrumenti uolumina origenes obelis asteriscisq;

distinxerit·quos uel additos uel theodotione sumptos translationi antiq̄ inseruit:probans defuisse qđ additū est.Discāt igitur obtrectatores mei recipire in toto qđ in partibz susceperūt: aut inꝓrecatione mea cum asteriscis suis radere . Neq; enim fieri potest ut quos plura intermisisse susceperit·nō eosdē etiam in quibusdā erasse fateantur·precipue īiob:cui si ea que sub asteriscis addita sūt subtraxeris pars maxima decurtabitur:et hoc dūtaxat apud grecos.Ceterum apud latinos ante eam translationē quā sub asteriscis et obelis nuper edidimus·septingenti ferme aut octingenti uersus desunt:ut decurtat⁹ et lacerat⁹ corrosus q; liber fidē suā publice legentibz prebeat.Hec aūt trāslatio nullū de ueteribus sequitur interpretē : sed ex ipo hebraico arabicoq; simone et interdū siro·nūc uerba nūc sensus·nunc simul utrūq; resonabit. Obliqu⁹ enī apud hebreos totus liber fertur et lubricus: et qđ greci rethores uocant scematis menos·dūq; aliud loquit aliud agit. Vt si uelis anguillā uel murenulā strictis tenere manibz·quāto fortius prelseris tanto citius elabit. Memini me ob intelligētiam hui⁹ uoluminis lidēdeum quēdam ꝓceptorem·qui apud hebreos prim⁹ haberi putabatur·nō paruis redemisse nūmis:cuius doctrina an aliquid ꝓfecerim nescio. Hoc unum scio nō potuisse me interpretari· nisi qđ ante intellexeram. A principio itaq; uoluminis usq; ad uerba iob·apud hebreos prosa oratio est. Porro a uerbis iob in quibz ait · pereat dies in qua natus sum·et nox ī qua dictū est cōceptus est homo · usq; ad illum locū ubi ante finē uoluminis scriptū est·idcirco ipse me reprehendo et ago penitentiā in fauilla ⁊ cinere·exametri uersus sunt · dactilo spondeoq; currentes : ⁊ ꝓpter lingue ydioma crebro recipientes et alios pedes·nō earūdem sillabarū sed eorūdem temporū.Interdū quoq; rithmus ipe dulcis et tumulus fertur numeris lege resolutis qđ metrici magis quā simplex lector intelligūt. A supradicto aūt uersu usq; ad finem libri paruū comma qđ remanet prosa oratione cōtexitur . Quod si cui uidet incredulum metra scilicet esse apud hebreos·et ī morem nostri flacci greciq; pindari et alchei et safpho uel psalterium uel lamētationes ieremie · uel omnia ferme scripturaꝝ cātica comprehendi:legat philonē iosephum origenem·cesariensem eusebium:et eoꝝ testimonio me uerū dicere comprobabit. Audiāt quapropter cani mei idcirco me in hoc uolumine laborasse·nō ut interpretationē antiquā reprehenderē: sed ut ea que in illa aut obscura sunt aut omissa·aut certe scriptoꝝ uitio deprauata·manifestiora nra interpretatione fierent : qui et hebreum sermonē ex parte didicimus · et in latino pene ab ipis cunabulis inter gramaticos et rethores et philosophos detriti sumus.Quod si apud grecos post septuaginta editionem · iam cristi euangelio chorusrante iudeus aquila et symmachus ac theodocion iudaizantes hereici sūt recepti·qui multa misteria saluatoris subdola interpretatone celarunt:et tamē in exaplois habentur apud ecclesias · et explanātur ab ecclesiasticis uiris:quāto magis ego cristianus et de parentibus cristianis natus·et uexillū crucis in mea fronte portans·cui⁹ studiū fuit omissa repetere·

deprauata corrigere·et sacramenta ecclesie puro et fideli apetire simone: uel a fastidiosis uel a maligntis lectoribz non debeo reprobari. Habeāt qui uolunt ueteres libros uel ī membranis purpureis·auro argēto⁹ descriptos: uel uncialibus ut uulgo aiunt litteris onera magis ꝯparata quam codices: dūmodo michi meisq; ꝑmittant pauperes habere tedulas·et non tam pulcros codices quam emēdatos. Vtraq; autem editio et septuaginta iuxta grecos et mea iuxta hebreos·ī latinū meo labore trāslata est. Eligat unusquisq; qđ uult: et studiosū me magis quā maliuolū pbet.

Aliꝰ prologꝰ

Si aut siscellā iunco tegerem aut palmaꝝ folia complicarem aut in sudore vultꝰ mei comederem panem·et uentris opus sollicita mēte pertractarem: nullus morderet nemo reprehenderet. Sūr aūt quia iuxta sententiam saluatoris uolo operari cibū qui nō perit et antiquā diuinorū uoluminū uiam sentibus uirgultisq; purgare: error michi geminus infigitur · corrector uitioꝝ falsarius uocor·et errores non auferre sed serere. Tanta est enim uetustatis consuetudo ut etiā confessa pleriscq; uicia placeant: dū magis pulcros uolūt habere codices quā emendatos. Quapropter o fratres dilectissimi unicū nobilitatis et humilitatis exemplar et pro flabello calatis spongellisq; munusculis monachoꝝ · spiritualia hec et mansura dona suscipite: ar beatū iob qui adhuc apud latinos iacebat in stercore et uermibz scatebat erroꝝ·integrū et immaculatūq; gaudete. Quomō enim post probationem atq; victoriā duplicia sunt ei uniuersa reddita: ita ego in linguā nostram ut audacter loquar · feci eū habere que amiserat igitur et uos et unūquemq; lectorem solita pfatione cōmoneo et in principiis librorꝝ eadē semp annectēs rogo: nec ubicūq; semp precedētes uirgulas uideritis·scatis ea que subiecta sunt in hebraicis uoluminibz non haberi. Porro ubi stelle ymago pfulserit· et hebreo in sermone nro addita sunt. Necnon et illa que haberi uidebantur·et ita corrupta erant ut sensum legentibus tolleret·orantibus uobis magno labore correxi: magis utile quid et odio meo ecclesijs xpi futurum ratus · quā et aliorum negocio.

Incipit liber iob ℭ primū·

Vir erat in terra hus nomine iob. Et erat uir ille simplex et rectus ac timens deū: et recedens a malo. Natiq; sūt ei septē filij·et tres filie. Et fuit possessio eiꝰ septē milia ouiū·et tria milia camelorum: quingenta quoq; iuga boum et quingente asine: ac familia mlta nimis. Erat q; uir ille magnus inter oēs orientales. Et ibant filij eius et faciebant cōuiuiū per domos·unusquisq; in die suo. Et mittentes uocabant tres sorores suas·ut comederent et biberēt cum eis. Cumq; in orbem transissent dies conuiuij mittebat ad eos iob et sanctificauit illos: cōsurgensq; diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim. Ne forte peccauerint filij mei: et benedixerint deo in cordibz suis. Sic faciebat iob cunctis diebus. Quadā aūt die cū uenissent filij dei ut assisterēt coram dño: affuit inter eos etiam sathan. Cui dixit dñs. Vnde uenis? Cui

respondens ait. Circuiui terram et perambulaui eam. Dixitq; dñs ad eum. Munquid consideraſti ſeruū meū iob qđ non ſit ei ſimilis ī terra: homo ſimplex et rectus et timens deū ac recedēs a malo? Cui respondens ſathan ait. Nūquid frustra timet iob deū? Nonne tu vallaſti eū ac domū eius: uniuerſamq; ſubſtantiā per circuitū? Operibus manuū eius benedixiſti: et poſſeſſio eius creuit ī terra. Sed extende paululum manū tuā et tange cuncta que poſſidet: niſi ī facie benedixerit tibi. Dixit ergo dñs ad ſathan. Ecce uniuſa que habet ī manu tua ſūt: tantū in eū ne extendas manū tuā. Egreſſuſq; eſt ſathan a facie dñi. Cū aūt quadā die filij et filie eius comederent et biberent uinū in domo fratris ſui primogeniti: nūcius uenit ad iob qui diceret. Boues arabāt et asine paſcebātur iuxta eos: et irruerūt ſabei tulerūtq; oīa. et pueros pcuſſerunt gladio: et euaſi ego ſolus ut nūciarem tibi. Cumq; adhuc ille loqueret. uenit alter et dixit. Ignis dei cecidit e celo: et tactas oues pueros q; cōſumpſit: et effugi ego ſol9 ut nunciarem tibi. Sed ⁊ adhuc illo loquēte: uenit alius et dixit. Chaldei fecerunt tres turmas et inuaſerūt camelos et tulerūt eos: nec non ⁊ pueros percuſſerunt gladio: et ego fugi ſolus ut nunciarem tibi. Adhuc loquebatur ille: ⁊ ecce alius intrauit et dixit. Filijs tuis et filiabus veſcentibz et bibentibz uinū in domo fratris ſui primogeniti. repente uent9 uehemens irruit a regione deſerti et concuſſit quatuor angulos domus: que corruēs oppreſſit liberos tuos. et mortui ſunt: et effugi ego ſolus ut nūciarem tibi. Tunc ſurrexit iob. ⁊ ſcidit tunicam ſuam: et tonſo capite corruens in terram. adorauit et dixit. Nudus egreſſus ſum de utero matris mee: et nud9 reuertar illuc. Dñs dedit dñs abſtulit: ſicut dño placuit ita factū eſt: ſit nomē dñi benedictū. In oīb⁹ hijs nō peccauit iob labijs ſuis: neq; ſtultū qđ cōtra deū locut9 eſt.

Factum eſt aūt cum quadam die uenirent filij dei et ſtarent corā dño: uenit quoq; ſathan inter eos et ſtaret in conſpectu eius: ut diceret dominus ad ſathan. Unde uenis? Qui respondēs ait. Circuiui terrā: et pambulaui eam. Et dixit dñs ad ſathan. Munquid conſideraſti ſeruum meum iob q9 nō ſit ei ſimilis in terra. uir ſimplex et rectus et timens deū ac recedens a malo: et adhuc retinēs innocentiā? Tu aūt cōmouiſti me aduerſus eum: ut affligerem eū frustra. Cui respondēs ſathan ait. Pellem pro pelle: et cūcta que habet homo dabit p anima ſua. Alioquin mitte manū tuā et tāge os eius. et carnem: et tunc uidebis quod in faciem benedicat tibi. Dixit ergo dominus ad ſathan. Ecce in manu tua eſt: ueruntamen animam illius ſerua. Egreſſus igit ſathan a facie domini percuſſit iob ulcere peſſimo: a planta pedis uſq; ad uerticem eius. Qui tecta ſanie radebat: ſedens in ſtercuſlinio. Dixit aūt illi uxor ſua. Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? Benedic deo et morere. Qui ait ad illā. Quaſi una de ſtultis mulieribz locuta es. Si bona ſuſcepim9 de manu dñi: mala quare nō ſuſtineam9? In oīb⁹ hijs non peccauit iob labijs ſuis. Igit audientes tres amici iob oīe malū qđ accidiſſet ei uenerūt ſingli de loco ſuo: eliphaz themanites et baldad ſuites et ſophar naamathites. Condixerāt

enim: ut pariter venientes visitarent eū et cōsolarentur. Cūq; eleuassent procul oculos suos: non cognouerūt eū. Et exclamātes plorauerunt: scissisq; vestibus sparserūt puluerem sup caput suum in celum. Et sederūt cum eo ī terra septem diebus et septem noctibus: et nemo loquebatur ei verbū. Videbant enim dolorem esse vehemētem. C. m.

Post hec aperuit iob os suum: et maledixit diei suo: ⁊ locutus est. Pereat dies in qua natꝰ sum: et nox in qua dictū est cōceptꝰ est homo. Dies illa vertatur in tenebras. Nō requirat eum deus desuper et non illustret lumine. Obscurēt eū tenebre ⁊ umbra mortis. Occupet eū caligo ⁊ inuoluatur amaritudine. Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Non computetur in diebus anni nec numeretur ī mensibus. Sit nox illa solitaria: nec laude digna. Maledicant ei qui maledicunt diei: qui parati sunt suscitare leuiathan. Obtenebrentur stelle caligine eius. Expectet lucem ⁊ non videat: nec ortū surgētis aurore. Quia nō conclusit ostia ventris qui portauit me: nec abstulit mala ab oculis meis. Quare non in vulua mortuus sum· egressus ex utero non statim perij? Quare exceptus genibus: aut lactatꝰ uberibus? Nunc enī dormiens silerem· et somno meo requiescerē cum regibꝫ et cōsulibꝫ terre· qui edificāt sibi solitudines: aut cū principibus qui possident aurum: et replent domos suas argento. Aut sicut abortiuum absconditū non subsisterem: uel qui concepti non viderunt lucem. Ibi impij cessauerūt a tumultu: et ibi requieuerūt fessi robore: et quondam uincti pariter sine molestia. Nō exaudierūt vocem exactoris. Paruus et magnus ibi sunt: et seruus et liber a dño suo. Quare misero data est lux· ⁊ vita his qui in amaritudine anime sunt? Qui expectāt mortem et non venit: quasi effodientes thesauꝫ: gaudēt qꝫ vehemēter cū inuenerint sepulcrum. Viro cuius abscondita est via: et circundedit eum deꝰ tenebris. Anteq; comedam suspiro· ⁊ ꝙsi inundāt aque sic rugitꝰ meꝰ: qa timor quē timebā euenit michi: et qd veretur accidit. Nōne dissimulaui? Nōne silui? Nōne q̄eui? Et venit super me indignatio. C. m.

Respondens aūt eliphas themanites dixit. Si ceperimꝰ loqui tibi: forsitan moleste accipies. Sed conceptum ꝼmonē quis tenere poterit. Ecce docuisti multos: et manus lassas roborasti. Vacillātes confirmauerunt sermones tui: et genua tremētia consolidasti. Nūc aūt venit super te plaga et defecisti: tetigit te et cōturbatꝰ es. Timor tuus· fortitudo tua· et patientia tua: et perfectio viarū tuaꝝ. Recordare obsecro te· quis unquā innocēs periit: aut quādo recti deleti sunt? Quin potiꝰ vidi eos q̄ operātur iniquitatē et seminant dolores et metūt eos flante deo perisse: et spiritu ire eiꝰ esse cōsumptos. Rugitus leonis et vox leene· et dentes catulorꝫ leonū cōtriti sūt. Tigris periit eo qd̄ non haberet p̄dam: et catuli leonis dissipati sunt. Porro ad me dictū est verbū absconditū: et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurriꝫ eiꝰ. In horrore visionis nocturne quādo solet sopor occupare homines· pauor tenuit me et tremor: et oīa ossa mea perterrita sunt. Et cū spiritus me preteriret: inhorruerūt pili carnis mee. Stetit quidā cuiꝰ nō agnoscebā vultū: ymago coram oculis meis: et vocē

F

quasi aure lenis audiui. ſſNūquid hō
mo dei comparatione iuſtificabit̃:aut
factore ſuo purior erit vir? ſEcce qui ſer
uiunt ei nō ſūt ſtabiles:et in angelis
ſuis repperit prauitatem. Quāto ma
gis hiſ qui habitant domos luteas
qui terreꝝ habent fundamentum
conſumentur velut a tinea: de mane
uſq; ad veſperam ſuccidentur:et quia
nullꝰ intelligit in eternū peribunt. Qui
autem reliqui fuerint auferētur ex eis:
morientur et non in ſapientia.

C·v· Voca ergo ſi eſt qui tibi reſpōdeat:
et ad aliquē ſanctoꝝ conuertere.
Virū ſtultū interfecit iracūdia:et par
uulum occidit inuidia. Ego vidi ſtul
tum firma radice: et maledixi pulcri
tudini eius ſtatim. Lōge fient filij eiuſ
a ſalute:et cōterentur in porta:et non
erit qui eruat. Cuiꝰ meſſem famelicus
comedet:et ipm rapiet armatus:et bi
bent ſitientes diuitias eius. ſſNichil in
terra ſine cauſa fit:et de humo nō oriet̃
dolor. Homo ad laborem naſcitur:et
auis ad volatū. Quāobrē ego depre
cabor dnm:et ad deū ponā eloquium
meum. Qui facit magna et inſcrutabi
lia: et mirabilia abſq; numero. Qui
dat pluuiā ſup faciē terre:et irrigat a
quas uniuerſas. Qui ponat humiles
in ſublime:et merētes erigit ſoſpitate.
Quid diſſipat cogitatōnes maligno
rum:ne poſſint implere manus eorū
quō reperāt. Qui apprehendit ſapiētes
in aſtutia eoꝝ:et cōſiliū prauorū diſſi
pat. Per diem incurrent tenebras: et
quaſi in nocte ſic palpabūt in meridie.
Porro ſaluū faciet egenum a gladio
oris eoꝝ: et de manu violenti paupe
rem. Et erit egeno ſpes:iniquitas aūt
contrahet os ſuū. Beatus homo qui
corripitur a dno. Increpationem ergo
dni ne reprobes: quia ipſe vulnerat
et medetur:percutit et manus eius ſana
bunt. In ſex tribulationibꝫ liberabit
te:et in ſeptima nō tanget te malū. In fa
me eruet te de morte:et in bello de ma
nu gladij. A flagello lingue abſcōde
ris:et non timebis calamitatē cū vene
rit. In vaſtitate et fame ridebis: et be
ſtias terre nō formidabis. Sed cū lapi
dibus regionis pactū tuū:et beſtie terre
pacifice erūt tibi. Et ſcies qō pacē hab
at tabernaculū tuū:et viſitans ſpecum
tuam nō peccabis. Scies quoq; quo
niam multiplex erit ſemen tuū:et pgenies
tua q̃ſi herba terre. Ingredieris in abun
dantia ſepulcrū:ſicut infert̃ acerꝰ in tpe
ſuo. Ecce hoc ut inueſtigauimus ita
eſt:quod audito mente pertracta. C·vi·

Reſpōdens aūt iob dixit. Vtinā
rappenderet̃ pcā mea quibus
iram meruī:et calamitas quā patior
in ſtatera:quaſi arena maris hec gra
uior apparet. Vnde et verba mea dolo
re ſunt plena: quia ſagitte dni in me
ſunt:quarū indignatio ebibit ſpiritū
meū:et terrores dni militant cōtra me.
ſſNunquid rugiet onager cū habuerit
herbam:aut mugiet bos cū ante preſe
pe plenū ſteterit? Aut poterit comedi
inſulſum:qō nō eſt ſale cōditū? Aut
poteſt aliquis guſtare: qō guſtatum
affert mortem? Anime enim eſurienti
etiā amara dulcia eſſe videntur. Que
prius nolebat tangere anima mea:
nūc pre anguſtia cibi mei ſunt. Quis
det ut veniat petitio mea:et qō expecto
tribuat michi deus:et qui cepit ipe me
cōterat? Soluat manū ſuā et ſuccidat
me:et hec michi ſit conſolatio ut affli
gens me dolore nō parcat:nec contra
dicam ſermonibus ſancti. Que eſt em̃
fortitudo mea ut ſuſtineam:aut quis

finis meus ut patienter agā? ſſNec fortitudo lapidū fortitudo mea: nec caro mea enea eſt. Ecce nō eſt auxiliū michi in me: ⁊ neceſſaria quoq; mea recceſſerūt a me. Qui tollit ab amico ſuo miſeri-cordiā: timorē dñi derelinquit. ſſFratres mei p̄terierūt me: ſicut torrēs q̄ raptim trāſit in cōuallibꝫ. Qui timēt pruinā: irruet ſup eos nix. Tēpore quo fuerint diſſipati peribūt: et ut incaluerint ſol-uentur de loco ſuo. Inuolute ſunt ſe-mite greſſuū eoꝝ: ābulabūt inuacuū et peribūt. Cōſiderate ſemitas thema itinera ſaba: et expectate pauliſper. Con-fuſi ſunt: quia ſperaui. Venerūt quoq; uſq; ad me: ⁊ pudore cooperti ſūt. ſſNūc ueniſtis: et modo uidētes plagā meā timetis? ſſNūquid dixi afferte michi: ⁊ de ſubſtātia ueſtra donate michi: uel liberate me de manu hoſtis et de ma-nu robuſtoꝝ eruite? Docete me et ego tacebo: ⁊ ſi quid forte ignoraui inſtrui-te me. Quare detraxiſtis ſermonibus ueritatis: cū e uobis null⁹ ſit qui poſſit arguere? ſſAd increpandū tantum elo-quia cogitatis: ⁊ in uentū uerba pfe-ctis. Super pupillū irruitis: et ſubuertere nitimini amicum veſtrū. Verūtamen q̄d repiſtis explete. Prebete aurē: et vi-dete an mentiar. Reſpondete obſecro abſq; contentione: et loquentes id q̄d iuſtum eſt iudicate. Et non inueniet⁹ in lingua mea iniquitatem: nec in fau-cibus meis ſtultitia ſonabit. C. Vn

Militia ē vita hominis ſup terrā: et ſicut dies mercēnarij dies ei⁹. Sicut ſeruus deſiderat umbrā et ſicut mercēnarius preſtolat finē operis ſui: ſic et ego habui menſes vacuos: ⁊ no-ctes laboriosas enumeraui michi. Si dormiero dico quādo conſurgam: et rurſum expectabo veſperā et replebor doloribus uſq; ad tenebras. Induta eſt caro mea putredine et ſordibꝫ pul-ueris: cutis mea aruit et contracta eſt. Dies mei velocius trāſierunt quā a te-xente tela ſucciditur: et cōſumpti ſunt abſq; ulla ſpe. ſſMemēto quia ventus eſt vita mea: et nō reuertet⁹ oculꝰ meus ut videat bona: nec aſpiciet me viſus hominis. Oculi tui in me: et nō ſubſi-ſtam. Sicut cōſumit⁹ nubes et pertran-ſit · ſic qui deſcenderit ad inferos non aſcendet: nec reūtetur ultra in domum ſuā: neq; cōgnoſcet eū amplius locus eius. Quapropter et ego nō parcā ori meo: loquar in tribulatione ſpiritus mei: confabulabor cum amaritudine anime mee. ſſNūquid mare ego ſū aut cetus: quia circūdediſti me carcere? Si dixero conſolabit⁹ me lectulus meus ⁊ releuabor loquēs mecū in ſtratu meo: terrebis me per ſomnia: et p viſiones horrore cōcuties. Quāobrem elegit ſu-ſpēdiū anima mea: et morē oſſa mea. Deſperaui. ſſNequaq; ultra iam viuā. Parce michi: nichil enī ſunt dies mei. Quid eſt homo quia magnificas eū: aut quid apponis erga eū cor tuū? Vi-ſitas eū diluculo: et ſubito p̄bas illū. Vſquequo nō parcis michi: nec dimit-tis me ut glutiā ſaliuā meā? Peccaui. Quid faciā tibi · o cuſtos hominum? Quare poſuiſti me contrariū tibi: ⁊ fa-ctus ſum michimetipſi grauis? Cur non tollis peccatum meum: et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc inpuluere dormiam · et ſi mane me quesieris non ſubſiſtam. C. Vm.

Reſpondēs aūt baldath ſuites di-xit. Vſquequo loqueris talia: et ſpiritus multiplex ſermonis oris tui? ſſNūquid deus ſupplantat iudiciū: aut omnipotens ſubuertit quod iuſtū ē?

Etiã si filij tui peccauerũt ei et dimisit eos in manu iniquitatis sue:tu tamẽ si diluculo cõsurrexeris ad deũ et omnipotentẽ fueris deprecatus · si mũdus et rectus incesseris statim euigilabit ad te:et pacatũ reddet habitaculũ iustitie tue:intantũ ut si priora tua fuerit parua:et nouissima tua multiplicent nimis. Interroga enĩ generationẽ pristinam et diligenter inuestiga patrũ memoriã:hesterni quippe sumꝰ et ignoramus·quoniam sicut umbra dies nri sunt sup terrã:et ipi docebũt te. Loquẽtur tibi:et de corde suo proferent eloquia. Nũquid uirere potest scirpꝰ absq; humore: aut crescere carectũ sine aquis? Cũ adhuc sit in flore nec carpat manu ante omnes herbas arescit: sic uie omnium qui obliuiscuntur deũ:et spes ypocrite peribit. Nõ ei placebit uecordia sua et sicut tela aranearũ fiducia eius. Innitet sup domũ suã et nõ stabit:fulciet eã et non consurget. Humectus uidetur anteq; ueniat sol:et in ortu suo germen eius egredietur. Super aceruũ petraꝝ radices eiꝰ densabũtur: et inter lapides cõmorabit. Si absorbuerit eũ de loco suo:negabit eũ et dicet. Nõ noui te. Hec est enĩ letitia uie eius:ut rursum de terra alij germinentur. Deus nõ piciet simplicẽ:nec porriget manũ malignis:donec impleatur risu os tuum · et labia tua iubilo. Qui oderũt te induent cõfusione:et tabernacl'm impioꝝ nõ subsistet. C. ix.

Et respõdẽs iob ait. Vere scio qõ ita sit:et qꝫ nõ iustificetur homo cõpositus deo. Si uoluerit cõtendere cũ eo:non poterit respondere ei unum pro mille. Sapiens corde est:et fortis robore. Quis restitit ei:et pacẽ habuit? Qui transtulit mõtes: et nescierũt hij quos subuertit in furore suo. Qui commouet terram de loco suo:et columne eius cõcutiũtur. Qui precipit soli et nõ oritur:et stellas claudit quasi sub signaculo. Qui extendit celos solus:et graditur sup fluctus maris. Qui facit arcturũ et orionã et hyadas:et interiora austri. Qui facit magna et incõprehensibilia: et mirabilia quoꝝ non est numerus. Si uenerit ad me non uidebo eũ:si abierit nõ intelligã. Si repẽte interroget:quis respõdebit ei? Vel quis dicere potest cur facis? Deus cuius ire nemo resistere potest:et sub quo curuãtur qui portant orbem. Quãtus ego sum ego ut respondeam ei:et loquar uerbis meis cũ eo? Qui etiã si habuero quippiã iustũ non respõdebo·sed meũ iudicem deprecabor:et cum inuocantẽ me exaudierit:nõ credo quod talis audierit uocem meam. In turbine enim conteret me: et multiplicabit uulnera mea etiã sine causa. Nõ cõcedit requiescere spiritum meum: et implet me amaritudinibꝫ. Si fortitudo queritur:robustissimꝰ e. Si equitas iudicij:nemo audiet ꝓ me testimoniũ dicere. Si iustificare me uoluero:os meũ cõdemnabit me. Si innocentem ostendero:prauum me comprobabit. Etiã si simplex fuero·hoc ipm ignorabit anima mea: et tedebit me uite mee. Vnũ est qõ locutus sum:et innocentẽ et impiũ ipe consumit. Si flagellat occidat semel:et nõ de penis innocentũ rideat. Terra data est in manꝰ impij uultũ iudicũ eius operit. Nõ si non ille est·quis ergo est? Dies mei uelociores fuerũt cursore·fugerunt et non uiderũt bonũ. Pertransierunt quasi naues poma portantes: sicut aquila uolans ad escam. Cum dixero nequaq; ita loquar commuto

faciem meā:et dolore torqueor. Uerebar omnia opera mea sciens q̄ non parceres delinquēti. Si aūt et sic impius sum quare frustra laboraui? Si lotus fuero quasi aquis niuis · et fulserint velut mūdissime manꝰ mee:tamen sordibꝫ intinges me:et abominabūtur me vestimēta mea. ſNeqꝫ enī viro qui similis mei est respondebo: nec qui mecū in iudicio eq̄ equo possit audiri. ſNō ē qui utrūqꝫ valeat arguere:et ponere manū suā in ambobus. ſAuferat a me virgā suā:et pauor eiꝰ nō me terreat. Loquar ⁊ nō timebo eū. ſNeqꝫ enī possū metuēs respōdere. C.x.

Teder aīmā meā vite mee:dimittam aduersū me eloquiū meū. Loquar in amaritudine aīme mee: dicā deo·noli me cōdemnare. ſIndica michi:cur me ita iudices? ſNūquid bonū tibi videt si calumnieris me et opprimas me·opus manuū tuaꝝ:et cōsiliū impiorꝫ adiuues? ſNūquid oculi carnei tibi sunt aut sicut videt homo et tu videbis? ſNūquid sicut dies hominis dies tui·⁊ anni tui sicut humana sunt tēpora:ut queras iniquitatē meā ⁊ pccm meū scruteris? Et scias q̄a nichil impiū fecerim·cū sit nemo q̄ de manu tua possit eruere. ſManus tue fecerūt me ⁊ plasmauerūt me totū in circuitu:et sic repēte p̄cipitas me. ſMemēto q̄so q̄ sicut lutū feceris me:⁊ in puluerē reduces me. ſNōne sicut lac mulsisti me · ⁊ sicut caseū me coagulasti? Pelle ⁊ carnibus vestisti me:ossibus et neruis cōpegisti me. Vitā et misericordiā tribuisti michi: ⁊ visitatio tua custodiuit spiritū meū. Licet hec celes in corde tuo:tamē sco quia uniuersorum memineris. Si peccaui et ad hora parcisti michi:cur ab iniquitate mea mundū me esse non pateris? Et si impius fuero ue michi est:⁊ si iustus nō leuabo caput saturatꝰ afflictōne ⁊ miseria. Et p̄ter superbiā quasi leena capies me:reuersusq; mirabiliter me crucias. ſInstauras testes tuos contra me·⁊ multiplicas iram tuā aduersū me:et pene militant in me. Quare de vulua eduxisti me? Qui utinā cōsumptꝰ essem ne oculus me uideret. ſFuissem quasi q̄ nō essem:de utero translatꝰ ad tumulum. ſNūquid non paucitas dierꝫ meorꝫ finietur breui? Dimitte ergo me ut plāgā paululū dolorē meū āteq̄ uadā ⁊ nō reuertar ad terrā tenebrosā ⁊ opertā mortis caligine:terrā miserie ⁊ tenebrarū: ubi umbra mortis et nullus ordo·sed sempiternus horror inhabitās. C.xi.

Respondēs autē sophar naamathites dixit. ſNūquid qui multa loquitur nō audiet:aut vir verbosus iustificabitur? Tibi soli tacebūt hōmines: et cū retetos irriseris a nullo confutaberis? Dixisti enī. Purus est sermo meus:et mundꝰ sum in conspectu tuo. ſAtq; utinā deus loqueretur tecū et aperiet labia sua tibi:ut ostenderet tibi secreta sapiētie et q̄ multiplex esset lex eius: et intelligeres q̄ multo minora exigaris ab eo quā meretur iniquitas tua. ſForsitan uestigia dei cōprehendes: et usq; ad p̄fectū omnipotētem reperies? Excelsior celo ē. Et q̄d facies? Profundior inferno:⁊ unde cognosces? Longior terra mēsura eius:et latior mari. Si subuerterit omnia uel in unū conuenerit q̄s cōtradicet ei:uel quis dicere ei potest cur ita facis? Ipse enī nouit hominū uanitatem:⁊ uidēs iniquitatem nōne considerat? Uir uanus in superbiam erigit̄:et cāq; pullū onagri se liberū natū putat. Tu autē firmasti

cor tuū et expandisti ad eū manus tuas. Si iniquitatē que est ī manu tua abstuleris a te et nō māserit ī tabernaculo tuo iniusticia: tūc leuare poteris faciē tuā absq; macla: et eris stabilis et non timebis. Miserie quoq; obliuiscēris: et quasi aquaq; que preterierunt non recordaberis: et quasi meridianꝰ fulgor cōsurget tibi ad vesperā. Et cū te consumptū putaueris orieris ut lucifer: et habebis fiduciā ꝓpter spē: et defossꝰ securꝰ dormies. Requiescēs et nō erit q̄ te exterreat: et deprecabunt faciē tuā plurimi. Oculi aūt impiorū deficient: et effugium peribit ab eis: et spes illorum abominatio anime.

Respondens aūt iob dixit. Ergo vos estis soli homines: et vobiscum orietur sapiētia? Et michi est cor sicut et vobis: nec inferior vri sū. Quis enī hec que nostis ignorat? Qui deridetur ab amico suo sicut ego: inuocabit deū et exaudiet eū. Deridetur enim iusti simplicitas: lampas cōtempta apud cogitationes diuitū: parata ad tempꝰ statutū. Abundāt tabernacla predonū: et audacter ꝓuocāt deū: cū ipse dederit oīa in manꝰ eoꝝ. Mirum interroga iumēta et docebūt te: et volatilia celi et indicabūt tibi. Loquere terre et respōdebit tibi: et narrabunt pisces maris. Quis ignorat q̄ oīa hec manus dñi fecit? In cuius manu anima oīs viuētis: et spiritꝰ vniuerse carnis hominis. Nōne auris verba diiudicat: et fauces cōmedētis saporē? In ātiquis est sapiētia: et in multo tpe prudentia. Apud ipm est sapiētia et fortitudo: et ipe habet cōsiliū et intelligentiā. Si destruxerit nemo ē qui edificet: si incluserit hominē nullꝰ est qui aperiat. Si cōtinuerit aquas omnia siccabunt: si emiserit eas subuertēt terram. Apud ipm est fortitudo et sapientia. Ipse nouit et decipientē: et eū qui decipit. Adducit cōsiliarios in stultū finē: et iudices in stupore. Balteū regū dissoluit: et pūngit funē renes eoꝝ. Ducit sacerdotes inglorios: et optimates supplantat. Cōmutans labiū veracium: et doctrinā senum auferens. Effundit despectionē super principes: et eos qui oppressi fuerāt releuans. Qui reuelat ꝓfunda de tenebris: et ꝓducit in lucē umbrā mortis. Qui multiplicat gentes et ꝑdit eas: et subuersas in integrum restituit. Qui immutat cor principum populi terre: et decipit eos ut frustra incedant per inuium. Palpabūt quasi in tenebris et nō in luce: et errare eos faciet q̄si ebrios.

Ecce oīa hec vidit oculus meus et audiuit auris mea: et intellexi singula. Secūdum sciēnā vestrā et ego noui: nec inferior vri sum. Sed tamē ad omnipotentē loquar: et disputare cū deo cupio: prius vos ostendens fabricatores mendacij et cultores peruersorū dogmatū. Atq; vtinā taceretis: ut putaremini sapientes esse. Audite ergo correptiones meas: et iudicium labioꝝ meorū attendite. Numquid deꝰ indiget vestro mendacio: ut pro illo loquamini dolos? Numquid faciē eius accipitis: et pro deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quem celare nichil potest: aut decipietur ut homo vris fraudulentijs? Ipse vos arguet: quoniā in abscōdito faciē eius accipitis. Statim ut se cōmouerit turbabit vos: et terror eiꝰ irruet sup vos. Memoria vra comparabit cineri: et rediget in lutū cervices vestre. Tacete paulisper: ut loquar quodcūq; michi mēs suggesserit.

Quare lacero carnes meas dentibz meis:& animā meā ponto ī manibz meis? Etiam si occiderit me:in ipo sperabo. Veruntamen vias meas in conspectu eius arguā: et ipe erit saluator meus. Non enī veniet in cōspectu eius omnis ypocrita. Audite sermonē meū:et enigmata precipite auribz vestris. Si fuero iudicatus:scio qp iustus inueniar. Quis est qui iudicetur mecū? Veniat. Quare tacens consumor? Duo tantū ne facias michi:et tūc a facie tua non abscondar. Manū tuam longe fac a me: et formido tua non me terreat. Voca me et respondebo tibi:aut certe loquar: et tu respōde michi. Quātas habeo iniquitates et pcā:scelera mea et delicta ostende michi. Cur faciē tuā abscondis: et arbitraris me inimicū tuū? Contra foliū qđ vento rapitur ostendis potentiā tuā:& stipulā siccam persequeris. Scribis enī acra me amaritudines:& cōsumere me vis pcās adolescentie mee. Posuisti in nervo pedem meū:et obseruasti omnes semitas meas: et vestigia pedū meoz considerasti. Qui quasi putredo cōsumendus sum:& quasi vestimētū qđ comeditur a tinea. Homo natus de muliere breui viuens tempore:repletur multis miseriis. Qui quasi flos egredit et cōteritur: et fugit velut umbra:& nunq̄ in eodē statu permanet. Et dignū ducis super huiusmodi aperire oculos tuos:et adducere eū tecū in iudiciū? Quis potest facere mūdū de immūdo cōceptū semine? Nonne tu qui solus es. C xiii

Breues dies hominis sunt:numerus mensiū eius apud te est. Cōstituisti terminos eius q̄ preteriri nō poterūt. Recede paululum ab eo ut quiescat: donec optata veniat sicut mercenarius dies eius. Lignū habet spem. Si pcīsū fuerit·rursū virescit:& rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius et in puluere emortuus fuerit truncus illius:ad odorem aque germinabit:et faciet comā quasi cū primū plantatū est. Homo vero cū mortuus fuerit et nudatus atq; consumptus:ubi queso est? Quomodo si recedāt aque de mari et fluuius vacuefactus arescat:sic homo cū dormierit·non resurget. Donec atteratur celū non euigilabit:nec cōsurget de somno suo. Quis michi hoc tribuat ut in inferno protegas me et abscondas me donec pertranseat furor tuus:et cōstituas michi tempus in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum viuet? Cūctis diebz quibz nunc milito:expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me:& ego respōdebo tibi. Operi manuū tuarum porriges dexterā. Tu quidē gressus meos dinumerasti: sed parce pcās meis. Signasti quasi in sacculo delicta mea: sed curasti iniquitatē meā. Mons cadens defluit:& saxum trāsfertur de loco suo. Lapides excauāt aque:& alluuione paulatim terra cōsumit:et homines ergo subito pdes. Roborasti eū paululū:& in pretuū trāsiret. Immutabis faciē ei9:& emittes eū. Siue nobiles fuerīt filij ei9 siue ignobiles:nō intelliget. Attamē caro ei9 dū viuet dolebit:& anima illi9 sup semetipo lugebit. C xv

Respondens autē eliphaz themanites dixit. Numquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens: et implebit ardore stomachum suū? Arguis verbis eum qui non est equalis tui & loqueris quod tibi nō expedit. Quantū in te est euacuasti timorem: et tulisti preces corā deo. Docuit enī

iniquitas tua os tuū: et imitaris linguam blasphemantiū. Cōdemnabit te os tuū et nō ego: et labia tua respōdebunt tibi. Numquid primus homo tu natus es et ante colles formatus? Nūquid cōsiliū dei audisti: et inferior te erit eius sapientia? Quid nosti qđ ignoremus: qđ intelligis quod nescīamus? Et senes et ātiqui sunt ī nobis: multo vetustiores quā pres tui. Nūquid grande est ut consoletur te deus? Sed verba tua praua hoc prohibent. Quid te eleuat cor tuū: et ñsi magna cogitans attonitos habes oculos? Quid tumet cōtra deū spīritus tuus: ut proferas de ore tuo huiuscemodi sermones? Quid est homo ut in mundatus sit: et ut iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sāctos eius nemo immutabilis: et celi non sunt mūdi in conspectu eius: quāto magis abominabilis et inutilis homo qui bibit quasi aquā iniquitatem. Ostendā tibi audi me: qđ vidi narrabo tibi. Sapientes confitentur: et non absconduūt patres suos. Quibus solis data est terra: et nō trāsiuit alienus p eos. Cunctis diebus suis impius superbit: et numerus annorū incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semp in auribus illius: et cū pax sit ille semper insidias suspicatur. Non credit qđ reuti possit de tenebris ad lucē circūspectās undiq; gladiū: cū se mouerit ad querendū panē. Nouit qđ paratus sit in manu eius tenebrar; dies. Terrebit eū tribulatio: et āgustia vallabit eū sicut regē qui ꝓparatur ad preliū. Tetendit aduersus deū manum suā: et contra omnipotentē roboratus est. Cucurrit aduersus eū erecto collo: et pinguī ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo: et de lateribus eius aruina dependit. Habitauit in ciuitatibus desolatis: et in domibus desertis que in tumulos sunt redacte. Non ditabit nec perseuerabit substātia eius: nec mitet in terrā radicē suam. Nō recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet flāma: et auferet spīritu oris ei9. Nō credet frustra errore deceptus: qui aliquo precio redimēdus sit. Antequ dies eius impleātur peribit: et manus eius arescent. Vindemiabit quasi vinea ī primo flore botrus eius: et quasi oliua proiciēs florē suū. Congregatio eorū ypocrite sterilis: et ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem et peperit iniquitatem: et uter eius ꝓparat dolos. C. xvi.

Respōdens aūt iob dixit. Audiui frequēter talia. Consolatores onerosi omnes vos estis. Nūquid habebunt finē verba vētosa? Aut aliquid tibi molestū est si loquaris? Poterā et ego similia vri loqui. Atq; utinā esset anima vestra pro anima mea. Cōsolarer et ego vos sermonibus et moverem caput meū sup vos. Roborarem vos ore meo: et moverem labia mea quasi parcens vobis. Sed quid agā? Si locut9 fuero: nō quiescit dolor meus: et si tacuero non recedet a me. Nunc aūt oppressit me dolor meus: et in nichilū redacti sūt omnes artus mei. Rugę mee testimoniū dicūt mihi: et surgēs falsiloquus aduersus faciē meā contradicēs michi. Collegit furorem suū in me: et cōminās michi infremuit contra me dentibus suis. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerūt sup me ora sua: et exprobrātes percusserūt maxillā meā: saciati sunt penis meis. Conclusit me deus apud iniquum: et manibus impiorum me

tradidit. Ego ille quondā opulentus repente cōtritus sum: tenuit cervicem meā. Cōfregit me: et posuit sibi quasi in signū. Circūdedit me lanceis suis: cōvulnerauit lūbos meos. Nō pepercit: et effudit in terra viscera mea. Conscidit me vulnere sup vulnus: irruit in me quasi gygas. Saccū consui super cutem meā: et operui cinere carnē meā. Facies mea intumuit fletu: et palpebre mee caligauerūt. Nec pallus sum absq; iniquitate manū mee: cū habere mūdas ad deū preces. Terra ne operias sanguinem meū: neq; inueniat in re locū latendi clamor meus. Ecce enī in celo testis meus: et cōscius meus in excelsis. Verbosi amici mei: ad deū stillat oculus meus. Atq; utinam sic iudicaretur vir cum deo: quomō iudicatur filius hominis cum collega suo. Ecce enim breues anni transeunt: et semitā per quam non reūtar ābulo. C. xvii.

Spiritus meus attenuabit: dies mei breuiabūt: et solū michi superest sepulcr. Nō peccaui: et in amaritudinibz moratur oculus meus. Libera me et pone me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet contra me. Cor eorū lōge fecisti a disciplina: propterea non exaltabūtur. Predā pollicetur sociis: et oculi filioz eius deficient. Posuit me quasi in prouerbiū vulgi: et exemplū sum coram eis. Caligauit ad indignationē oculus meus: et membra mea quasi in nichilū redacta sunt. Stupebāt iusti super hoc: et innocens contra ypocritam suscitabitur. Et tenebit iustus viam suā: et mūdis manibz addet fortitudinē. Sed vos omnes vos cōuertimini et venite: et non inueniā in vobis ullū sapientē. Dies mei trānierūt: cogitationes mee dissipate sunt torquētes cor meū. Noctem verterūt in diem: et rursū post tenebras spero lucē. Si sustinuero infernus domus mea est: et in tenebris straui lectulū meū. Putredini dixi pater meus es: mater mea et soror mea vermibus. Vbi est ergo nūc prestolatiō mea: et patientiam meā quis considerat? In profundissimum infernum descendent omnia mea. Putasne saltem ibi erit requies michi? C. xviii.

Respōdens aūt baldad suites dixit. Vsq; ad quē finē verba iactabis? Intellige prius: et sic loquamur. Quare reputati sumus ut iumēta: et sordimus coram te? Qui perdis animam tuā in furore tuo. Nūquid propter te derelinquetur terra: et trānferētur rupes de loco suo? Nōne lux impij extinguet: nec splendebit flāma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: et lucerna que super eū est extinguet. Arctabuntur gressus virtutis eius: et precipitabit eū consiliū suū. Immisit enī in rete pedes suos: et in maculis eius ābulat. Tenebitur plāta illius laqueo: et exardescet sitis eū. Abscondita est in terra pedica eius: et decipula illius super semitam. Vndiq; terrebūt eū formidines: et inuoluet pedes eius. Attenuetur fame robur eius: et inedia inuadat costas illius. Deuoret pulcritudinē cutis eius: et consumat brachia illius primogenita mors. Auellat de tabernaculo suo fiducia eius: et calcet super eū quasi rex interitus. Habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est: aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccent: sursum autē atteratur messis eius. Memoria illius pereat de terra: et nō celebretur nomē eius in plateis. Expellet eū de luce in tenebras: et de orbe transferet eū. Nō erit

semē eiꝰ neqz ꝓgenies in ꝓpło suo: nec ulle reliquie ī regionibz eiꝰ. In die eiꝰ stupebūt nouissimi: z primos inuadet horror. Hec sūt ergo tabernacła iniqui: z iste locꝰ eiꝰ qui ignorat deū. C. xix.

Respondens aūt iob dixit. Usque quo affligitis aiam meā: z atteritis me sermonibz? En decies cōfunditis me: z nō erubescitis opprimētes me. Sēpe et si ignorā: mecū erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini: et arguitis me opprobriis meis. Saltem nunc intelligite quia deꝰ nō equo iudicio afflixerit me: et flagellis suis me circuierit. Ecce clamabo vim patiens et nemo audiet: vociferabor: et nō ē qui iudicet. Semitā meam circūsepsit et trāsire non possum: et in calle meo tenebras posuit. Spoliauit me gloria mea: et abstulit coronā de capite meo. Destruxit me undiqz z pereo: et ꝙsi euulse arbori abstulit spem meā. Iratus est contra me furor eius: et sic me habuit quasi hostem suū. Simul venerūt latrones eius: z fecerūt sibi viam per me: et obsederūt in gyro tabernaculū meū. Fratres meos lōge fecit a me: z noti mei quasi alienī recesserūt a me. Dereliquerūt me ꝓpinqui mei: et qui me nouerant obliti sunt mei. Inquilini domus mee z ancille mee sicut alienum habuerunt me: et quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meū vocaui et non respōdit: ore proprio deprecabar illū. Halitū meū exhorruit uxor mea: et orabam filios uteri mei. Stulti quoqz despiciebāt me: et cū ab eis recessissem detrahebāt michi. Abominati sunt me quondā cōsiliarii mei: z quē maxime diligebā auersatus est me. Pelli mee cōsumptis carnibus adhesit os meū: et derelicta sunt tantūmodo labia circa dentes meos. Miseremini mei miseremini mei saltē vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deꝰ: z carnibz meis saturamini? Quis michi tribuat ut scribantur sermones mei? Quis michi det ut exarentur in libro stilo ferreo et plūbi lamina: uel certe sculpātur in silice? Scio enī qꝺ redemptor meus uiuat et in nouissimo de terra surrecturꝰ sim. Et rursum circūdabor pelle mea: z i carne mea videbo deum. Quē visurꝰ sū ego ipe: z oculi mei cōspecturi sunt: z non alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo. Quare ergo nunc dicitis ꝑsequamur eū: z radicem verbi inueniamꝰ cōtra eū? Fugite ergo a facie gladij: qm ultor iniquitatū gladiꝰ ē: z scitote esse iudiciū. C. xx.

Respondens aūt sophar naamathites dixit. Idcirco cogitatiōes mee varie succedūt sibi: z mēs in diuersa rapitur. doctrinam qua me arguis audiā: et spiritus intelligentie mee respondebit michi. Hoc scio a principio ex quo est positus homo sup terrā: qꝺ laus impiorꝫ breuis sit: et gaudiū ypocrite ad instar pūcti. Si ascenderit usqz ad celū superbia eius. et caput eius nubes tetigerit: quasi sterquiliniū in fine perdetur: et qui eū viderāt dicent. Ubi est? Velut somniū auolans nō inuenietur: trāsiet sicut visio nocturna. Oculus ꝙ eū viderat non uidebit: neqz ultra intuebit ē locus suus. Filij eius attererentur egestate: z manus illiꝰ reddent ei dolorem suū. Ossa eius implebuntur vitijs adolescentie eius: z cum eo in puluere dormient. Cū enī dulce fuerit in ore eius malū. absconderit illud sub lingua sua. Parcet illi et non derelinquet illud: z celabit ī gutture suo.

Panis eius in uentre illius uertetur in fel aspidū intrinsecus. Diuitias quas deuorauit euomet: et de uentre illius extrahet eas deus. Caput aspidum suget: et occidet eū lingua uipere. Non uideat riuulos fluminis torrentis mellis et butiri. Luet que fecit omnia: nec tamen cōsumetur. Iuxta mīrītudinē adinuentionū suarū sic et sustinebit: quoniā cōfringens nudauit pauperis domū: rapuit et nō edificauit eā. nec ē saciat9 uenter eius. Et cū habuerit que cōcupierat: possidere nō poterit. Non remanebit de cibo eius: et ppterea nichil permanebit de bonis ei9. Cū saciatus fuerit arctabit: et tuabit: et oīis dolor irruet sup eū. Vtinā impleatur uenter eius ut emittat in eū irā furoris sui: et pluat sup illū bellū suū. Fugiet arma ferrea et irruet in arcū ereum: educ9 et egrediens de uagina sua: et fulgurās in amaritudine sua. Vadet et uenient sup eū horribiles: oīes tenebre absco dite sunt in occultis eius. Deuorabit eū ignis qui nō succendit: afflīget relictus in tabernaculo suo. Reuelabūt celi iniquitatē eius: et terra assurget aduersus eū. Apertū erit germē dom9 illi9: detrahetur in die furoris dei. Hec est pars hominis impij a deo: et hereditas uerborum ei9 a domino. Cxxi.

Respōdens aūt iob dixit. Audite queso sermones meos: et agetis penitentiam. Sustinete me ut et ego loquar: et post mea si uidebitur uerba ridete. Numquid cōtra hominē disputatio mea est: ut merito non debeā cōtristari? Attendite me et obstupescite: et superponite digitū ori uestro. Et ego quādo recordatus fuero pertimesco: et cōcutit carnē meā tremor. Quare ergo impij uiuūt subleuati sūt cōfortatiq; diuitijs? Semē eoz permanet coram eis: propinquoz turba et nepotum in cōspectu eoz. Domus eoz secure sūt et pacate: et non est uirga dei super illos. Bos eoz cōcepit et nō abortiuit: uacca peperit et nō est priuata fetu suo. Egrediūtur quasi greges paruuli eorū: et infantes eoz exultāt lusibus. Tenent tympanū et cytharam: et gaudent ad sonitū organi. Ducunt in bonis dies suos et in pūcto ad infernū descendūt. Qui dixerūt deo recede a nobis: et scientiam uiaz tuarū nolumus. Quis est omnipotēs ut seruiamus ei? Et quid nobis prodest si orauerim9 illū? Veruntamen quia non sunt in manu eorū bona sua: cōsiliū impiorū longe sit a me. Quotiens lucerna impioz extinguetur: et superueniet eis inundatio: et dolores diuidet furoris sui. Erunt sicut palee ante faciē uenti: et sicut fauilla quā turbo dispergit. Deus seruabit filijs illius dolorē patris: et cū reddiderit tunc sciet. Videbūt oculi eius interfectionē suā: et de furore omnipotentis bibet. Quid enī ad eū pertinet de domo sua post se? Et si numerus mensium eius dimidietur? Numquid deū docebit quispiā scientiā qui excelsos iudicat? Iste moritur robustus et sanus diues et felix: uiscera eius plena sunt adipe: et medullis ossa illi9 irrigātur. Alius uero morit in amaritudine anime sue absq; ullis opibus: et tamē simul in puluere dormient: et uermes operient eos. Certe noui cogitationes uestras: et sententias iniqua me iniquas. Dicitis enī. Vbi est domus principis: et ubi tabernacula impioz? Interrogate quēlibet de uiatoribus: et hec eadē illū intelligere cognoscetis. Quia in die perditionis seruatur mal9: et ad die furoris ducet.

Quis arguet coꝝ eo vias eius:⁊ que fecit quis reddet illi? Ipse ad sepulcra ducetur:et in cōgerie mortuoꝝ vigilabit. Dulcis fuit glareis cooperti:et post se omnem hominem trahet:et ante se innumerabiles. Quomō igitur cōsolamini me frustra: cū responsio vra repugnare ostēsa sit veritati? C. xxii

Respondēs aūt eliphas themanites dixit. Numquid deo potest cōparari homo:etiā cū perfecte fuerit scientie? Quid prodest deo si iustus fueris:aut qd ei cōferes si immaculata fuerit vita tua? Numquid timens arguet te⁊ veniet tecū in iudiciū:⁊ non pter malitiā tuā plurimā et infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enī pignꝰ fratrū tuoꝝ sine causa:et nudos spoliasti vestibꝫ. Aquā lasso nō dedisti:et esurienti subtraxisti panē. In fortitudine brachij tui possidebas terrā:et potentissimus obtinebas eā. Viduas dimisisti vacuas:⁊ lacertos pupillorꝝ comminuisti. Propterea circūdatus es laqueis:et conturbat te formido subita. Et putabas te tenebras nō visurū:et impetu aquarꝝ inundantiū nō oppressum iri. An cogitas qꝝ deus excelsior celo sit. et sup stellarū verticē sublimetur? Et dicis. Quid enī nouit deus? Et quasi p caliginē iudicat. Nubes latibulū eius:nec nostra cōsiderat:et circa cardines celi perambulat. Numquid semitam sectoꝝ custodire cupis quam calcauerūt viri iniqui qui sublati sūt ante tempus suū:et fluuius subuertit fundamentū eoꝝ? Qui dicebāt deo recede a nobis: et quasi nichil possit facere omnipotēs-estimabāt eū:cum ille implesset domos eorū bonis. Quoꝝ sententia pcul sit a me. Videbūt iusti et letabūtur:⁊ innocens subsannabit eos. Nōne succisa est erectio eoꝝ:et reliquias eoꝝ deuorauit ignis? Acquiesce igitur ei et habeto pacem:et per hec habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem:et pone sermones eius in corde tuo. Si reuersus fueris ad omnipotentē edificaberis:et longe facies iniquitatē a tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicē:et p silice torrentes aureos. Eritqꝫ omnipotens ptra hostes tuos:⁊ argētū coacernabit tibi. Tūc sup omnipotentē deliciis affluēs:et eleuabis ad deū faciē tuā. Rogabis eū et exaudiet te:⁊ vota tua reddes. Decernes rem⁊ veniet tibi:et in viis tuis splendebit lumē. Qui enī humiliatꝰ fuerit erit in glia:⁊ qꝫ inclinauerit oculos ipse saluabit. Saluabit innocēs:saluabitur aūt mūdicia manuū suarꝫ. C. xxiii.

Respōdens aūt iob ait. Nūc qꝫ in amaritudine est sermo meus:et manus plage mee aggrauata est sup gemitū meum. Quis michi tribuat ut cognoscā et inueniā illū:et veniā usqꝫ ad soliū eius? Ponā coram eo iudiciū:et os meū replebo increpationibꝫ:ut sciam verba que michi respondeat:⁊ intelligā quid loquat michi. Nolo multa fortitudine cōtendat mecū:nec magnitudinis sue mole me premat. Proponat equitatem cōtra me:⁊ preueniet ad victoriā iudiciū meū. Si ad orientem iero nō apparet:si ad occidentem non intelligā eū. Si ad sinistrā quid agam? Nō apprehendā eū. Si me vertam ad dexterā:non videbo illū. Ipse vero scit viā meā:et pbabit me quasi aurū qd p ignē trānsit. Vestigia eius secutus est pes meꝰ:viā eius custodiui:⁊ non declinaui ex ea. A mādatis labiorū eiꝰ nō recessi:et in sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse enī solus est:

et nemo auertere potest cogitationem eius: et anima eius quodcunq; voluit hoc fecit. Cunq; expleuerit in me voluntatem suã: et alia multa similia presto sunt ei. Et idcirco a facie eius turbat⁹ sum: et considerãs eũ timore sollicitor. Deus molliuit cor meum: et omnipotens conturbauit me. Non enim perij propter imminentes tenebras: nec faciẽ meam operuit caligo. C. xxiii

Ab omnipotente nõ sunt abscondita tempora: qui aũt nouerũt eũ ignorãt dies illius. Alij terminos transtulerũt: diripuerũt greges: et pauerũt eos. Asinũ pupillorũ abegerũt: et abstulerũt p pignore bouem vidue. Subuerterũt paupẽrũ viã: et oppresserunt pariter mansuetos terre. Alij ẽsi onagri in deserto egrediũtur ad opus suũ: vigilãtesq; ad predã ꝓperant panem liberis. Agrũ nõ suũ demetũt: et vineã eius quẽ vi oppresserũt vindemiant. Nudos dimittũt hmines indumenta tollentes: quibꝫ nõ est operimẽtum in frigore. quos ymbres montiũ rigant: et nõ habẽtes velamẽ amplexantur lapides. Vim fecerũt depredantes pupillos: et vulgũ paupẽrẽ spoliauerũt. Nudis et incedẽtibꝫ absq; vestitu et esurientibꝫ tulerũt spicas. Inter acervos eorꝫ meridiati sunt: qui calcatis torcularibꝫ sitiũt. De ciuitatibꝫ fecerũt viros gemere: et anima vulneratorũ clamabit. et dei⁹ in vltũ abire nõ patit̃. Ipi fuerũt rebelles luminis. Nescierũt vias ei⁹: nec reuersi sunt p semitas illius. Mane primo consurgit homicida: interficit egenum et pauperem: p noctem vero erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginẽ dicẽs nõ me videbit ocul⁹: et operiet vultum suũ. Perfodit in tenebris domos sicut in die cõdixerant sibi: et ignorauerunt lucem. Si subito apparuerit aurora arbitrant̃ umbrã mortis: et sic in tenebris quasi in luce ambulãt. Leuis est sup faciẽ aque. Maledicta sit pars eius in terrã: nec ãbulet p viam vinearum. Ad nimium calorẽ trãsiet ab aquis niuiũ: et usq; ad inferos peccatũ illius. Obliuiscatur eius misericordia. Dulcedo illi⁹ vermes. Mõ sit in recordatione: sed conteratur sicut lignũ infructuosum. Pauit enĩ sterilem et que nõ parit: et vidue bene nõ fecit. Detraxit fortes i fortitudine sua: et cũ steterit nõ credet vite sue. Dedit ei deus locũ penitentie: et ille abutit̃ eo in superbia. Oculi aũt ei⁹ sunt in vijs illius. Eleuati sũt ad modicũ et nõ subsistent: et humiliabũtur sicut omnia et auferentur: et sicut sũmitates spicarũ cõterent̃. Nõ si nõ ita qs me potest arguere esse mentitũ: et ponere ãte deũ verba mea? C. xxv.

Respõdens aũt baldad suites dixit. Potestas et terror apud eũ ẽ: qui facit cõcordiã i sublimibꝫ suis. Numquid est numer⁹ militũ ei⁹: et sup quẽ non surget lumen illius? Numquid iustificari potest homo cõparatus deo: aut apparere mundus natus de muliere? Ecce luna etiam non splendet et stelle non sunt munde in conspectu eius: quanto magis homo putredo et filius hominis vermis? C. xxvi.

Respondens aũt iob dixit. Cuius adiutor es? Numquid imbecillis: et sustentas brachiũ ei⁹ qui non ẽ fortis? Cui dedisti consiliũ? Forsitan illi qui nõ habet sapientiã: prudentiam tuã ostendisti plurimã. Quem docere voluisti? Nõne eũ q fecit spiramẽtũ? Ecce gigantes gemũt sub aquis: et q habitant cũ eis. Nudus est infernus

corā illo:et nullū est operimentū perditioni. Qui extendit aquilonē super vacuum:& appendit terrā sup nichilū. Qui ligat aquas in nubibus suis: ut nō erumpant pariter deorsum. Qui tenet vultum solij sui:& expandit sup illud nebulam suā. Terminū circundedit aquis:usq; dum finiant̄ lux et tenebre. Colūne celi cōtremiscūt: et pauent ad nutū eius. In fortitudine illius repente maria cōgregata sunt:et prudētia eius percussit superbum. Spiritus ei⁹ ornauit celos:et obstetricāte manu eius⁹ eductus est coluber tortuosus. Ecce hec ex parte dicta sunt viarum eius. Et cum vix paruam stillam sermonis eius audierim⁹ qs poterit tonitruū magnitudinis illius intueri? C xxvm.

Addidit q̄ iob assumēs parabolam suā et dixit. Viuit deus qui abstulit iudiciū meū et omnipotens q̄ ad amaritudinē adduxit aiam meā:quia donec superest alitus in me et spiritus dei in naribz meis non loquetur labia mea iniquitatē: nec lingua mea meditabit mendaciū. Absit a me ut iustos esse vos iudicē. Donec deficiā nō recedā ab innocentia mea. Iustificationē meā quā cepi tenere-nō deseram. Neq; enī reprehendit me cor meū:in oī vita mea. Sicut impius inimicus meus:& aduersarius meus quasi iniqu⁹. Que est enī spes ypocrite si auare rapiat:et non liberet deus aiam ei⁹? Numquid deꝰ audiet clamorem eius cū venerit sup eū angustia? Aut poterit in omnipotēte delectari:et inuocare deū oī tempore? Docebo vos p manū dei que omnipotens habeat:nec abscōdam. Ecce omnes vos nostis:& quid sine causa vana loquimini? Hec est pars hominis impij apud deū: et hereditas violentorum quā ab omnipotēte suscipient. Si multiplicati fuerint filij eius i gladio erūt: et nepotes eius nō saturabūtur pane. Qui reliqui fuerint ex eo sepelientur in interitu:& vidue illi⁹ nō plorabūt. Si cōportauerit quasi terra argentū et sicut lutū preparauerit vestimenta:preparabit quidē sed iust⁹ vestietur illis: et argentū innocens diuidet. Edificauit sicut tinea domū suā:et sicut custos fecit umbraculū. Diues cū dormierit nichil secū auferet·aperiet oculos suos et nichil inueniet. Apprehendet eū q̄si aqua inopia: nocte opprimet eū tempestas. Tollet eū vēt⁹ urens et auferet: et velut turbo rapiet eū de loco suo. Et mittet sup eū:et nō parcet:de manu ei⁹ fugiēs fugiet. Bringet sup eū man⁹ suas:& sibilabit sup illū intuēs locū ei⁹.

Habet argentū venaꝝ C xxvm. suaꝝ principia: et auro locus est in quo conflat̄. Ferrū de terra tollitur: et lapis solutus calore in es vertitur. Tempus posuit tenebris:et uniuersoꝝ finem ipe cōsiderat. Lapidem quoq; caliginis et umbram mortis diuidet torrens a pl̄o peregrināte:eos quos oblitus est pes egentis hominis & inuios. Terra de qua oriebatur panis: in loco suo igni subuersa est locus saphiri lapides eius:& glebe illi⁹ aurum. Semitā ignorauit auis:nec intuitus est oculos vulturis. Nō calcauerūt eā filij insultoꝝ:nec pertransiuit per eā leena. Ad salicē extendit manū suā:subūtit a radicibz mōtes. In petris riuos excidit et oīe pciosū vidit oculs ei⁹. Profunda q̄; fluuioꝝ scrutatus est:& abscōdita produxit in lucē. Sapientia vero vbi inuenitur:et quis est locus intelligentie? Nescit homo preciū eius: nec

Job

inuenit in terra suauiter uiuentiū. Abyssus dicit nō est in me: et mare loquitur nō est mecū. Non dabitur aurum obrizum pro ea: nec appendet argentum in cōmutatione eius. Nō cōferet tinctis indie coloribus: nec lapidi sardonico pciosissimo uel saphiro. Nō adequabit ei aur uel uitrū: nec cōmutabūtur uasa p ea auri excelsa et eminentia: nō cōmemorabūtur compensatione eius. Trahit aūt sapientia de occultis. Non adequabit ei topasion de ethiopia: nec tinctura mūdissime componetur. Unde ergo sapientia uenit: et quis est locus intelligentie? Abscondita est ab oculis omniū uiuentium: uolucres q̄z celi latet. Perditio et mors dixerūt: auribus nostris audiuim⁹ famā eius. Deus intelligit uiā eius: et ipse nouit locū illius. Ipse enī fines mundi intuetur: et oīa que sub celo sunt respicit. Qui fecit uentis pondus: et aquas appendit mēsura. Quādo ponebat pluuijs legem et uiā procellis sonātibus: tūc uidit illā et enarrauit: et preparauit et inuestigauit et dixit hoī. Ecce timor dñi ipa est sapientia: et recedere a malo intelligētia. C. xxix.

Addidit quoq; iob assumens parabolā suā et dixit. Quis michi tribuat ut sim iuxta mēses pristinos: secundū dies quibus deus custodiebat me? Quādo splendebat lucerna eius sup caput meū: et ad lumē ei⁹ ambulabā in tenebris. Sicut fui in diebus adolescentie mee: quādo deus secreto erat in tabernaculo meo. Quādo erat oīnipotēs mecū: et in circuitu meo pueri mei. Quādo lauabā pedes meos butiro: et petra fundebat michi riuos olei. Quādo procedebā ad portā ciuitatis: et in platea parabant cathedram michi. Uidebant me iuuenes et abscōdebantur: et senes stabant assurgentes. Principes cessabant loqui: et digitum superponebant ori suo. Uocem suam cohibebant duces: et lingua eorū gutturi suo adherebat. Auris audiens beatificabat me: et oculis uidens testimoniū reddebat michi: eo q liberassem pauperē uociferantē: et pupillū cui nō esset adiutor. Benedictio perituri sup me ueniebat: et cor uidue consolatus sum. Iustitia indutus sum: et uestiui me sicut uestimento et diademate iuditio meo. Oculis fui cecus: et pes claudo. Pater eram pauperum: et causam quā nescieba diligentissime inuestigabam. Conterebam molas iniqui: et de dentibus illius auferebā predam. Dicebamq; in nidulo meo moriar: et sicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas: et ros morabit in messione mea. Gloria mea semper innouabitur: et arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui me audiebāt expectabāt sententiā: et intenti tacebāt ad consiliū meū. Uerbis meis addere nichil audebant: et sup illos stillabat eloquiū meū. Expectabāt me sicut pluuiam: et os suū aperiebant quasi ad yubrem serotinū. Si quando ridebā ad eos nō credebant: et lux uultus mei non cadebat in terrā. Si uoluisse ire ad eos sedebam primus. Cumq; sederem quasi rex circūstāte exercitu: eram tamen merentiū consolator. C. xxx.

Nunc aūt deridēt me iuniores tpe: quorū non dignabar patres ponere cū canibus gregis mei. Quorū uirtus manuū michi erat pro nichilo: et uita ipa putabantur indigni. Egestate et fame steriles: qui rodebant in solitudine squalētes calamitate et miseria.

Et mãdebant herbas et arborũ cortices: & radix iuniperoꝝ erat cibus eoꝝ. Qui de cõuallibus ista rapientes: cũ singula reperissent · ad ea cũ clamore currebant. In deserris habitabãt torrentium: et in cauernis terre · uel super glareã. Qui inter huiusce modi letabãtur: et esse sub sentibꝫ delicias cõputabant. Filij stultorũ et ignobiliũ: et in terra penitus non parentes. Nunc in eoꝝ canticum uersus sum: et factus sũ eis in prouerbiũ. Abominãtur me et longe fugiũt a me: et facie meam conspuere nõ uerent. Pharetram enĩ suã aperuit et afflixit me: & frenũ posuit in os meũ. Ad dexterã orientis calamitatis mee ilico surrexerunt. Pedes meos subũerunt: obpresserũt quasi fluctibꝫ semitas suas. Dissipauerũt itinera mea: insidiati sunt michi et preualuerũt: et non fuit q̃ ferret auxiliũ. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerũt sup me: et ad meas miserias deuoluti sũt. Redactus sum in uichilũ. Abstulisti quasi uentus desiderium meum: et uelut nubes pertransit salus mea. Nunc autem in memetipo marcescit anima mea: et possident me dies afflictionis. Nocte os meum pforatur doloribꝫ: et qui comedunt me non dormiunt. In multitudine eoꝝ cõsumit uestimẽtum meum: & quasi capitio tunice sic cinxerũt me. Comparatꝰ sum luto: et assimulatꝰ sum fauille et cineri. Clamo ad te & nõ exaudis me: sto & nõ respicis me. Mutatus es michi in crudelem: & in duritia manus tue aduersaris michi. Eleuasti me: et quasi sup ventũ ponens elisisti me ualide. Sed quia morti tradas me: ubi cõstituta est domus oĩ uiuẽti. Veruntamẽ non ad consumptionẽ eorum emittis manũ tuã: et si corruerit ipse saluabis. Flebã quondã sup eo qui afflictus erat: & cõpatiebatur anima mea pauperi. Expectabã bona & uenerũt michi mala: prestolabar lucẽ & erupuerũt tenebre. Interiora mea effebuerũt absq; ulla requie: puenerũt me dies afflictionis. Mestes incedebã: sine furore cõsurgens · in turba clamaui. Frater fui draconũ: et socius struthionum. Cutis mea denigrata est super me: et ossa mea aruerũt pre caumate. Uersa ẽ in luctũ cythara mea: et organũ meũ i uocẽ flentiũ. C xxxi

Depigi fedus cũ oculis meis: ut ne cogitarẽ quidẽ de uirgine. Quã enim partem haberet in me deus desuper: et hereditatem omnipotens de excelsis? Numquid non perditio est iniquo: et alienatio operantibus iniustitiam? Nonne ipse cõsiderat uias meas: et cunctos gressus meos dinumerat? Si ambulaui in uanitate et festinauit in dolo pes meus: appendat me in statera iusta: et sciat deus simplicitatem meam. Si declinauit gressus meus de uia · et si secutus est oculus meus cor meum · et si in manibꝫ meis adhesit macula: seram & alius comedat: et progenies mea eradicetur. Si deceptũ est cor meũ sup mulierẽ: et si ad hostiũ amici mei insidiatus sum: sordũ alterius sit uxor mea · et sup illã incuruent alij. Hoc enĩ nephas est et iniquitas maxima: ignis usq; ad perditionẽ deuorans: & omnia eradicãs genimina. Si contempsi subire iudiciũ cũ seruo meo et ancilla mea: cũ disceptarent aduersum me. Quid enĩ faciã cum surrexerit ad iudicãdũ deus: & cũ quesierit quid respondebo illi? Numquid nõ in utero fecit me qui et illũ operatus est · et formauit me in uulua unꝰ? Si negaui

Job

qđ volebāt pauperibz:et oculos vidue expectare feci. Si comedi buccellā meā solus:et non comedit pupillus ex ea. Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio:z de utero matris mee egressa est mecū. Si despexi pereuntem eo qđ nō habuerit indumētū:et absq; operimento pauperem. Si nō benedixerunt michi latera eius: et de velleribz ouiū mearū calefactus est. Si leuauī sup pupillū manū meā etiā cū viderē me in porta superiorē:humerus meꝰ a iunctura sua cadat:et brachiū meū cū suis ossibz cōfringatur. Semp enī quasi tumentes sup me fluctus timui deū:et pōdus eius ferre nō potui. Si putauī aurū robur meū:et obrizo dixi fiducia mea. Si letatus sū sup multis diuitijs meis:z quia plurima reperit manꝰ mea. Si vidi solem cū fulgeret z lunā incedentē clare·et letatum est in abscondito cor meū:et osculatus sum manū meā ore meo · q̄ est iniquitas maxima·et negatio contra deum altissimū. Si gauisus sum ad ruinā eius qui me oderat:et exultauī cꝰ inuenisset eū malū. ſſNō enī dedi ad peccādum guttur meū:ut expeterem maledicens animā eius. Si non dixerūt viri tabernacli mei:quis det de carnibus eius ut saturemur. ſſforis nō mansit peregrinus: ostiū meū viatorī patuit. Si abscondi quasi hꝰ peccū meū: et celaui in sinu meo iniquitatē meā. Si expauī ad multitudinē nimiam: et despectio ꝓpinquoꝝ terruit me:z nō magis tacui nec egressus sum ostiū. Quis michi tribuat adiutorē ut desideriū meū audiat oīpotens·et librū scribat ipe qui iudicat: ut in humero meo portem illū et circūdem illū quasi coronā michi ? Per singl'os gradus meos pronūciabo illū:et quasi principi offeram eum. Si aduersum me terra mea clamat:et cum ipsa sulci eius deflent. Si fructus eius comedi absq; pecunia : et animam agricularum eius afflixi:pro frumēto oriatur michi tribul9:et ꝓ ordeo spina. C. xxxii

Et siluerūt aūt tres viri isti respondere iob:eo qꝰ iust9 sibi videretur. Et iratus indignatusq; est heliu filiꝰ barachel buzites de cognatione ram. Iratꝰ est autē aduersū iob : eo qꝰ iustū se esse diceret corā deo. Porro aduersū amicos eius indignatꝰ est eo qꝰ nō inuenissent responsionē rationabilem: sed tantummodo cōdemnassent iob. Igitur heliu expectauit iob loquentem: eo qꝰ seniores essent qui loquebantur. Cū aūt vidisset qđ tres respōdere non potuissent:iratus est vehementer. Respondensq; heliu filius barachel buzites dixit. Iunior sum ꝫ: vos aūt antiquiores. Idcirco dimisso capite veritus sum vobis indicare meā sententiam. Sperabā enī qꝰ etas prolixior loqueretur:et annoꝝ multitudo doceret sapientiā. Sed ut video spiritꝰ est in hoīnibz:et inspiratio oīpotētis dat intelligentiā. ſſNon sunt longeui sapientes:nec senes intelligūt iudiciū. Ideo dicam audite me:ostendā vobis etiā ego meā scientiā. Expectaui enim sermones vestros: audiui prudentiā vestrā. Donec disceptaremini hēmonibus vestris:z donec putabā vos aliqđ dicere cōsiderabā. Sed ut video nō est qui possit arguere iob:z respondere ex vobis hēmonibz eius. ſſNe forte dicatis inuenimus sapientiā:deꝰ pciet eum non homo. ſſNichil locutꝰ est michi: et ego nō iōm sermones vros respōdebo illi. Exhimuerūt·nec responderūt

ultra: abstulerūtq; a se eloquiū. Quoniam igitur expectaui et non sunt locuti: steterūt nec respōderūt ultra: respondebo et ego partem meā: et ostendam scientiā meā. Plenus sum enī sermonibus: et coartat me spīritꝰ uteri mei. Ecce uenter meus quasi mustum absq; spiraculo: qđ lagunculas nouas dirūpit. Loquar et respirabo paululū: aperiam labia mea et respondebā. Non accipiam personam uiri: et deum homini non equabo. Nescio enim quādiu subsistam: et si post modicum tollat me factor meus. C. xxxm.

Audi igitur iob eloquia mea: et omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meū: loquatur lingua mea in faucibz meis. Simplici corde meo sermones mei: et sententiā labia mea purā loquētur. Spīritus dei fecit me: et spiraculū omnipotentis uiuificauit me. Si potes respōde michi: et aduersus faciē meā cōsiste. Ecce et me sicut et te fecit deus: et de eodē luto ego quoq; formatus sum. Verūtamen miraculū meū nō te terreat: et eloquentia mea non sit tibi grauis. Dixisti ergo in auribz meis: et uocē uerborū tuoz audiui. Mūdus sum ego et absq; delicto: immaculatꝰ et nō est iniquitas in me. Quia querelas in me reperit: ideo arbitratꝰ ē me inimicū sibi. Posuit in neruo pedes meos: custodiuit omnes semitas meas. Hoc ē ergo in quo nō es iustificatꝰ. Respondebo tibi: quia maior sit deus homine. Aduersum eū cōtendis: qꝛ nō ad omnia uerba respondebit tibi. Semel loquit deus: et secūdo idipm nō repetit. Per somniū in uisione nocturna: quādo irruit sopor super homines: et dormiūt in lectulo. Tunc aperit aures uirorum et erudiens eos instruit disciplina: ut auertat hominē ab his que fecit: et liberet eū de superbia: eruens animā eius a corruptione: et uitā illius ut nō trāseat in gladiū. Increpat quoq; per doloren in lectulo: et omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in uita sua panis: et anime illius cibus āte desiderabilis. Tabescet caro eius: et ossa que tecta fuerant nudabuntur. Appropinquabit corruptōni anima eiꝰ: et uita illius morteferis. Si fuerit pro eo angelꝰ loquens unū de similibz ut annūciet hominis equitatem: miserebitur eius et dicet. Libera eū: ut non descendat in corruptionē. Inueni in quo ei placiet. Cōsumpta est caro eiꝰ a supplicijs: reuertat ad dies adolescentie sue. Deprecabit deum et placabilis ei erit: et uidebit faciē eius in iubilo: et reddet homini iustitiā suā. Respiciet homines et dicet. Peccaui et uere deliqui: et ut erā dignus nō recepi. Liberauit animam suā ne pergeret in interitū: sed uiuens lucem uideret. Ecce hec oīa operatur deus tribz uicibus per singulos: ut reuocet animas eoz a corruptōne: et illuminet luce uiuentiū. Attende iob et audi me: et tace dum ego loquor. Si autem habes quod loquaris respōde michi. Loquere. Volo enī te apparere iustū. Nō si nō habes audi me: tace et docebo te sapiētiā. C. xxxm.

Pronūcians itaq; heliu etiam hec locutꝰ est. Audite sapientes uerba mea: et eruditi auscultate me. Auris enī uerba probat: et guttur escas gustu diiudicat. Iudiciū eligamus nobis: et inter nos uideamus quid sit melius. Quia dixit iob iustus sum: et deus subuertit iudiciū meū. In iudicando enim me mēdaciū est: uiolēta sagitta

mea absq; vllo pcō. Quis est vir ut
est iob qui bibit subsannationē qua-
si aquam: qui gradit cū operātibus
iniquitatē et ābulat cū viris impijs?
Dixit enim non placebit vir deo: etiā
si cucurrerit cū eo. Ideo viri cordati au-
dite me. Absit a deo impietas: et ab
omnipotente iniquitas. Opus enim
hominis reddet ei: et iuxta vias sin-
lorū restituet eis. Vere enī deus nō cō-
demnabit frustra: nec oīnipotens sub-
uertet iudiciū. Quē cōstituit aliū sup
terram: aut quē posuit super orbē quē
fabricat? est? Si direxerit ad eū cor suū
: spiritū illius et flatū ad se trahet.
Deficiet omnis caro simul: et homo
in cinerem reuertet. Si habes ergo in-
telledū audi qđ dicit: et ausculta vocē
eloquij mei. Numquid qui nō amat iu-
dicium sanari potest? Et quomodo
tu eū qui iust? est in tantū cōdemnas?
Qui dicit regi apostata: qui vocat du-
ces impios. Qui non accipit psonas
principū: nec cognouit tyrannū cum
disceptaret contra paupere. Opus enī
manuū eius sūt uniuersi. Subito mo-
rientur: et in media nocte turbabūtur
pp̄l: et pertransibūt et auferēt violentum
absq; manu. Oculi enī eius sup vias
hominū: et omnes gressus eor̄ consi-
derat. Non sunt tenebre et nō est um-
bra mortis: ut abscondātur ibi qui o-
perantur iniquitatē. Neq; enim ultra
in hominis potestate est: ut veniat ad
deum in iudiciū. Conteret multos in-
numerabiles: et stare faciet alios pro
eis. Nouit enī opera eor̄: et idcirco in-
ducet noctem et conterent. Quasi impi-
os percussit eos in loco videntiū. Qui
quasi de industria recesserunt ab eo: et
oīnis vias eius intelligere noluerūt:
ut puenire facerent ad deū clamorem
egeni: et audiret vocem pauperū. Ip̄o
enī concedente pacem: quis est qui con-
demnet? Et quo absconderit vultum:
quis est qui contempletur eū? Et sup
gentes: et sup omnes homines. Qui
regnare facit hominē ypocritam p̄pter
peccata pp̄li. Quia ergo ego locut? sū
ad deū: te qđ non phibebo. Si errauī
tu doce me. Si iniquitatē locut? sum:
ultra non addā. Numquid a te deus ex-
petit eam: quia displicuit tibi? Tu enī
cepisti loqui et nō ego. Quod si qđ no-
sti melius loquere. Viri intellīgentes
loquātur michi: et vir sapiens audiet
me. Iob aūt stulte locut? est: et verba
illius nō sonant disciplinam. Pater
mī probetur iob usq; ad finem: ne de-
sinas ab hmine iniquitatis: q̄ addit
sup pcā sua blasphemiā. Inter nos
inter cōstringat: et tūc ad iudiciū pro-
uocet simonibz suis deū. CXXXV.

Igitur helīu hec rursum locut? est. Nū-
quid equa videtur tibi tua cogitatio:
ut diceres iustior deo sum? Dixisti enī.
Non tibi placet qđ rectū est. Vel quid
tibi p̄derit: si ego peccauero? Itaq; ego
respondebo sermonibz tuis: et amicis
tuis tecum. Suspice celū et intuēre: et
contemplare ethera q̄ altior te sit. Si
peccaueris: qđ ei nocebis? Et si mīltipli-
cate fuerit iniquitates tue: quid facies
contra eū? Porro si iuste egeris. quid
donabis ei: aut qđ de manu tua accī-
piet? Homini qui similis tui est nоce-
bit impietas tua: et filiū hominis ad-
iuuabit iustitia tua. Propter multitu-
dinem calumniator̄ clamabūt: et eiu-
labūt p̄pter vim brachij tyrānorū. Et
nō dixit ubi est deus qui fecit me: qui
dedit carmina i nocte. Qui docet nos
sup iumēta terre: et sup volucres celi e-
rudit nos. Ibi clamabūt et nō exaudiet

propter ſuꝑbiam maloꝝ. ſſon ergo
frustra audiet deus:et oīnipotēs cau-
ſas ſingloꝝ intuebit̄. Etiā cum dixeris
non cōſideraſ: iudicare coꝛā illo·z ex-
pecta eū. ſſūc enī non infert furoꝛem
ſuū:nec vlciſcet̄ ſcelus valde. Ergo
iob frustra aperit os ſuum:et abſq; ſci-
entia verba multiplicat. C. xxxvi.

Addens quoq; helyu hec locutus
eſt. Sustine me paululū:z ꝛndi-
cabo tibi. ſſdhuc enī habeo qđ pro
deo loquar. Repetā ſcientiā meam a
principio:et operatorē meū probabo
iustum. Vere enim abſq; mēdacio ſer-
mones mei:et ꝑfecta ſcientia ꝓbabit̄
tibi. Deus potentes nō abiciet eū z ipſe
ſit potens:ſed nō ſaluat impios:z iu-
diciū pauperibꝫ tribuit. ſſon auferet
a iusto oculos ſuos:et reges in ſolio
collocat in ꝑpetuū:et illi exaltant̄. Et
ſi fuerint in catenis z vinciant̄ fu-
nibus paupertatis:indicabit eis opera e-
oꝝ z ſcelera eoꝝ:quia violenti fuerūt.
Reuelabit qꝫ aurem eoꝝ ut corripiat:
et loquet̄ ut reuertant̄ ab iniquitate.
Si audierit̄ et obſeruauerint cōplebūt
dies ſuos in bono:et annos ſuos in
gloria. Si aūt nō audierint trāſibūt
per gladiū: et conſument̄ in ſtultitia.
Simulatores z callidi ꝓuocāt iram
dei:neqꝫ clamabūt cum vincti fuerint.
ſſoꝛietur in tempeſtate anima eoꝝ:
et vita eoꝝ inter effeminatos. Eripiet
de angustia ſua pauperē:et reuelabit
in tribulatione aurē eius. Igit̄ ſalua-
bit te de ore angusto latiſſime:z non
habēte fundamentū ſubter ſe. Requies
autē menſe tue erit plena pinguedine.
Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt:
cauſā iudiciūq; recipies. ſſon te ergo
ſuperet ira ut aliquem opprimas:nec
multitudo donoꝝ inclinet te. Depone
magnitudinē tuā abſq; tribulatōne:
z oīes robuſtos fortitudine. ſſe pro-
trahas nocte:ut aſcendāt ꝑſi pro eis.
Caue ne declines ad iniquitatē. Hāc
enim cepiſti ſequi poſt miſeriā. Ecce de⁹
excelſus in fortitudine ſua:z nullus ei
ſimilis in legiſlatoribꝫ. Quis poterit
ſcrutari vias eius: aut quis poteſt ei
dicere operat⁹ es iniquitatē? ſſMemen-
to qꝫ ignores opus eius: de quo can-
tauerūt viri. Oīes homines vident eū:
vnuſquiſq; intuetur procul. Ecce de⁹
magnus vincēs ſcientiā noſtrā. ſſu-
merus annoꝝ eiꝰ inestimabilis. Qui
aufert ſtellas pluuie z effūdit nubes
ad inſtar gurgitū. Qui de nubibus
fluunt:que pretexunt cūcta deſup. Si
voluerit extendere nubes quaſi tento-
riū ſuū z fulgurare lumine ſuo deſup:
cardines q; maris operiet. Per hec enī
iudicat ꝑſos:z dat eſcam infirmis mor-
talibus. In manibus abſcondit lucē:
et ꝑcipit ei ut rurſus adueniat. ſſnnū-
ciat de ea amico ſuo qꝫ poſſeſſio eiꝰ ſit:
et ad eā poſſit aſcendere. C. xxxvii.

Super hoc expauit cor meū: et emo-
tum eſt de loco ſuo. Audite au-
ditionē in terrore vocis eius: et ſonū
de ore illiꝰ procedentem. Subter oīes
celos ipe cōſiderat:et lumē illiꝰ ſup ter-
minos terre. Poſt eū rugiet ſoniꝰ:to-
nabit voce magnitudinis ſue: et nō
inueſtigabit̄ cū audita fuerit vox eius.
Tonabit deus in voce ſua mirabiliter:
qui facit magna z inſcrutabilia. Qui
precipit niui ut deſcendat in terram:et
hiemis pluuijs et imbri fortitudinis
ſue. Qui in manu oīnīū hominum
ſignat ut nouerint ſinguli opera ſua.
Ingredietur beſtia latibulū ſuū: et in
antro ſuo morabitur. Ab interioribꝫ
egrediet̄ ꝛpeſtas:et ab arcturo frigus.

flante deo cōcrescit gelu:et rursum latissime fundunt aque. Frumentū desiderat nubes:et nubes spargūt lumē suum. Que lustrāt cūcta per circuitū quocūq; eas voluntas gubernātis duxerit ad oīne qđ p̄ceperit illis sup faciē orbis terraꝝ:sive in una tribu sive in terra sua-sive in quocūq; loco misericordie sue eas iusserit inueniri. Ausculta hec iob:sta et cōsidera mirabilia dei. Numq̄d scis quādo p̄cepit deꝰ pluuijs: ut ostenderēt lucem nubiū ei⁹? Numq̄d nosti semitas nubiū magnas:et perfectas scientias? Nōne vestimēta tua calida sunt cū perflata fuerit terra austro? Tu forsitan cū eo fabricat⁹ es celos:qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Ostende nobis quid dicam⁹ illi. Nos quippe inuoluimur tenebris. Quis narrabit ei que loquor? Etiā si locut⁹ fuerit homo deuorabit:at nūc nō videt lucem. Subito aer cogetur in nubes: et ventus trāsiens fugabit eas. Ab aquilone aurū venit:et a deo formidolosa laudatio. Digne eum inueniri non possumus. Magnus fortitudine et iudicio et iustitia:et enarrari nō potest. Ideo timebunt eum viri:et nō audebunt cōtemplari oīnes q̄ sibi videntur esse sapientes. C. xxxvm.

Respondēs aūt dominus iob de turbine dixit. Quis ē iste involuens sententias sermonibz imperitis? Accinge sicut vir lumbos tuos:interrogabo te:et respōde michi. Ubi eras quādo ponebā fundamēta terre? Indica michi si habes intelligētiā. Quis posuit mēsuras eius si nosti:uel quis tetendit sup eā lineā? Super quo bases illius solidate sunt? Aut quis demisit lapidem angularē ei⁹ cū me laudarēt simul astra matutina:et iubilarēt omnes filij dei? Quis conclusit ostijs mare quādo erumpebat quasi de vulua procedens: cū ponerem nubem vestimentū eius-et caligine illud ꝙsi pānis infantie obuoluerē? Circūdedi illud terminis meis:et posui vectē et ostia: et dixi. Usq; huc venies et non procedes amplius:et hic confringes tumentes fluctus tuos. Numquid post ortū tuū precepisti diluculo et ostendisti aurore locū suū:et tenuisti extremā terre-excussisti impios ex ea? Restituet ut lutū signaculū: et stabit sicut vestimentū. Auferetur ab impijs lux sua: et brachiū excelsum confringetur. Numquid ingressus es profundū maris:et in nouissimis abissi deābulasti? Numquid aperte sunt tibi porte mortis: et ostia tenebrosa vidisti? Numquid consideraſti latitudinem terre? Indica michi si nosti oīnia in qua via lux habitet et tenebrarū quis loc⁹ sit:ut ducas unūquodq; ad fininos suos-et intelligas semitas domus eius. Scirebas tūc qđ nasciturus esses:et numerū dierum tuoꝝ noueras? Numq̄d ingressus es thesauros nivis aut thesauros grādinis aspexisti: que p̄parauī in tēpus hostis-in diē pugne et belli? Per quā viam spargitur lux-diuiditur estus super terrā? Quis dedit vehementissimo ymbri cursum et viā sonātis tonitrui: ut plueret super terrā absq; homine in deserto ubi null⁹ mortaliū cōmorat:ut impleret inuiā et desolatā-et produceret herbas virentes? Quis est pluuie pater:uel quis genuit stillas roris? De cuius utero egressa est glacies:et gelu de celo quis genuit? In similitudinē lapidis aque durantur:et superficies abissi cōstringitur. Numquid cōiungere valebis micantes stellas pliades:aut

xxxm Iudica dñe nocentes me: expugna impugnātes me. Apprehende arma et scutū: z exurge in adiutorium michi. Effunde framea z cōclude aduersus eos qui psecuntur me: dic anime mee salus tua ego sum. Confundantur et reuereanē: querētes animā meam. Auertanē retrorsum z cōfundātur: cogitātes michi mala. Fiant tanq̄ pulus ante faciē uenti: et angel9 dñi coartans eos. Fiat uia illoz tenebre z lubricū: z angelus dñi persequēs eos. Quoniam gratis absconderūt michi interitū laquei sui: superuacue exprobrauerūt animā meā. Ueniat illi laqueus quē ignorat: z captio quā abscōdit apprehendat eū: et in laqueum cadat in ipm. Anima aūt mea exultabit in dño: z delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicēt: domine quis similis tibi? Eripiens inopē de manu fortiorū eius: egenū et pauperē a diripientibz eū. Surgentes testes iniqui: q̄ ignorabāt interrogabāt me. Retribuebāt michi mala pro bonis: sterilitatem anime mee. Ego aūt cū michi molesti essent: induebar cilicio. Humiliabam in ieunio animā meā: et oratio mea i sinu meo conuertetur. Quasi proximū quasi fratrem nrm sic cōplacebam: quasi luges z cōtristat9 sic humiliabar. Et aduersum me letati sūt z cōuenerūt: congregata sunt sup me flagella et ignoraui. Dilpati sunt nec cōpuncti: temptauerūt me subsānauerūt me subsannatione: frenduerunt sup me dentibz suis. Domine quādo respicies: restitue animā meā a malignitate eoz: a leonibus unicā meā. Confitebor tibi i ecclesia magna: in pplo graui laudabo te. Non supgaudeāt michi qui aduersanē michi inique: qui oderūt me gratis et annuunt oculis. Quoniā michi quidē pacifice loquebātur: et in iracūdia terre loquētes dolos cogitabāt. Et dilatauerūt sup me os suū: dixerūt euge euge uiderūt oculi nostri. Uidisti domine ne sileas: dñe ne discedas a me. Exurge et intende iudicio meo deus meus: et dñs meus i causam meam. Iudica me scdm iustitiā tuā dñe deus meus: z non supgaudeant michi. Non dicāt in cordibz suis euge euge anime nre: nec dicāt deuorabim9 eū. Erubescant et reuereanē simul: qui gratulanē malis meis. Induantur cōfusione et reuerentia: qui magnifica loquūtur sup me. Exultent z letēt qui uolūt iustitiā meā: et dicāt semp magnificetur dominus qui uolunt pacem serui eius. Et lingua mea meditabitur iustitiā tuā: tota die laudē tuam. In finē seruo domī ps dauid.

xxxv Dixit iniust9 ut delinquat in semetipso: nō est timor dei ante oculos eius. Quoniā dolose egit in cōspectu eius: ut inueniat iniquitas eius ad odiū. Uerba oris eius iniquitas et dolus: noluit intelligere ut bene ageret. Iniquitatē meditat9 est i cubili

ſuo: aſtitit omni vie nō bone: malitiam aūt nō odiuit. Domine i celo miſericordia tua: et veritas tua uſq; ad nubes. Iuſticia tua ſicut mōtes dei: iudicia tua abiſſus multa. Homines et iumēta ſaluabis dñe: quēadmodū multiplicaſti miſericordiā tuā deus. Filij aūt hominum: in tegumine alaꝝ tuaꝝ ſperabūt. Inebriabuntur ab vbertate domus tue: et torrente voluptatis tue potabis eos. Quoniā apud te eſt fons vite: et in lumine tuo videbimus lumē. Protende miſericordiā ſuā ſcientibꝫ te: et iuſticiā tuā hijs qui recto ſūt corde. Non veniat michi pes ſuperbie: et manus peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt q̄ operant iniquitatē: expulſi ſūt nec potuerūt ſtare. Pſalmꝰ dauid. xxxvi.

Noli emulari in malignātibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Quoniā tāq; fenū velociter arefcent: et quēadmodū olera herbarum cito decidēt. Spera in dño et fac bonitatē: et inhabita terrā et paſceris in diuitijs eius. Delectare in dño: et dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela dño viā tuā et ſpera in eo: et ipſe faciet. Et educet quaſi lumē iuſticiā tuam: et iudiciū tuū tanq; meridiem: ſubditus eſto dño et ora eū. Noli emulari in eo q̄ proſperatur i via ſua: in hoīe faciente iniuſticias. Ceſſa ne ab ira et derelinque furorē: noli emulari ut malignerīs. Quoniā qui malignaūt exterminabūtur: ſuſtinentes aūt dñm ipſi hereditabūt terram. Et adhuc puſillū et nō erit peccator: et queres locum eius et non inuenies. Manſueti aūt hereditabunt terrā: et delectabuntur in multitudine pacis. Obſeruabit peccator iuſtū: et ſtridebit ſup eū dentibꝫ ſuis. Dominus autē irridebit eū: quoniā proſpicit q̄ veniet dies eius. Gladiū euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum ſuum. Vt decipiāt pauperē et inopē: ut trucident rectos corde. Gladius eoꝝ intret in corda ipſorū: et arcus eoꝝ confringatur. Melius eſt modicū iuſto: ſup diuitias peccatoꝝ multas. Quoniam brachia peccatorū conterentur: cōfirmat aūt iuſtos dñs. Nouit dñs dies immaculatoꝝ: et hereditas eoꝝ in eternū erit. Non cōfundentur i tpe malo: et in diebus famis ſaturabuntur: quia peccatores peribūt. Inimici vero dñi mox ut honorificati fuerint et exaltati: deficientes quēadmodum fumus deficiēt. Mutuabit peccator et non ſoluet: iuſtus aūt miſeretur et tribuet. Quia benedicentes ei hereditabunt terrā: maledicentes aūt ei diſperibunt. A pud dñm greſſus hominis dirigetur: et viā eius volet. Cum ceciderit nō collidetur: quia dñs ſuponit manū ſuā. Iunior fui etenim et ſenui: et nō vidi iuſtū derelictū: nec ſemē eius querens panē. Tota die miſeretur et cōmodat: et ſemē illius in benedictione erit. Declina a malo et fac bonū: et inhabita i ſeculū ſeculi. Quia dñs amat iudiciū: et nō derelinquet ſanctos ſuos: in eternū oſeruabūtur. Iniuſti puniētē: et ſemen impioꝝ peribit. Iuſti aūt hereditabūt terrā: et inhabitabunt in ſeculū ſeculi ſup eā. Os iuſti meditabit ſapientiā: et lingua eius loquetur iudiciū. Lex dei eius in corde ipſius: et non ſupplātabuntur greſſus eius. Conſiderat peccator iuſtū: et querit mortificare eum. Dominus aūt non derelinquet eum in manibꝫ eius: nec damnabit eum

rum iudicabitur illi. Exspecta dominum et custodi viam eius: et exaltabit te ut hereditate capias terram: cū pierint peccatores videbis. Vidi impium superexaltatum: et eleuatum sicut cedros libani. Et transiui et ecce non erat: quesiui eum et nō est inuentus locus eius. Custodi innocentiam et vide equitatem: quoniam sunt reliquie homini pacifico. Iniusti aut disperibunt: simul reliquie impiorum interibūt. Salus aūt iustorū a dño: et protector eorū in tpe tribulationis. Et adiuuabit eos dñs et liberabit eos: et eruet eos a peccatoribus: et saluabit eos qa sperauerūt in eo. Ps dd in rememoracōe sabbati.

xxxvi. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Quoniā sagitte tue infixe sunt michi: et cōfirmasti sup me manum tuā. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: nō est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniā iniquitates mee supgresse sunt caput meū: et sicut onus graue grauate sunt sup me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipiētie mee. Miser factus sum et curuatus sum usq; in finē: tota die cōtristatus ingrediebar. Quoniā lūbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sū nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desideriū meum: et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meū conturbatū est: dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum et ipm non est mecum. Amici mei et proximi mei: aduersū me appropinquerūt et steterūt. Et q iuxta me erāt de longe steterūt: et vim faciebāt qui querebant animam meam. Et qui inquirebāt mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suū. Et factus sum sicut homo nō audiens: et non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speraui: tu exaudies domine deus meus. Quia dixi ne quando supergaudeant michi inimici mei: et dum cōmouentur pedes mei. super me magna locuti sunt. Quoniā ego in flagella paratus: et dolor meus in conspectu meo semp. Quoniā iniquitatē meā annūciabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici aūt mei viuūt et cōfirmati sunt sup me: et multiplicati sūt qui oderūt me inique. Qui retribuūt mala pro bonis detrahebāt michi: quoniā sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutoriū meum: domine deus salutis mee. In fm cātici ipi p ydithim.

xxxvii. Dixi custodiā vias meas: ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiā: cū consisteret peccator aduersum me. Obmutui et humiliatus sū et silui a bonis: et dolor meus renouatus est. Concaluit cor meū intra me: et in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea: notū fac michi domine finē meū Et numerum dierum meorum qui est: ut sciā quid desit michi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos: et substātia mea tanq; nichilū ante te. Verūtamē vniūsa vanitas: omnis homo viues. Verūtamē in ymagine pertransit

homo: sed et frustra cōturbat. Thesaurizat: et ignorat cui cōgregabit ea. Et nunc que est expectatio mea nonne dominus: et substantia mea apud te est. Ab oīnibz iniquitatibz meis eue me: opprobriū insipienti dedisti me. Obmutui et nō aperui os meū: quoniā tu fecisti amoue a me plagas tuas. A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus: propter iniquitatē corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut aranea animam eius: uerūtamen uane cōturbatur omnis hō. Exaudi orationē meā dīne et deprecationē meā: auribz pcipe lacrimas meas. Ne sileas quoniā aduena ego sum apud te: et peregrin⁹ sicut oīnes patres mei. Remitte me ut refrigerer prius̄ abeā: et amplius non ero.

In finē ps̄ dauid · xxxvm

Expectās expectaui dīm: et intēdit michi. Et exaudiuit pces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Et statuit supra petrā pedes meos: et direxit gress⁹ meos. Et immisit in os meū cānticū nouū: carmen deo nro. Videbūt multi et timebūt: et sperabūt in dīno. Beatus uir cui⁹ est nomē dīn spes eius: et nō respexit in uanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu dīne deus meus mirabilia tua: et cogitationibz tuis non est qui similis sit tibi. Annūciaui et locutus sum: multiplicati sūt sup numerum. Sacrificiū et oblationē noluisti: aures aūt pfecisti michi. Holocaustū et pro peccato nō postulasti: tūc dixi ecce uenio. In capite libri scriptū est de me ut facerem uolūtatē tuā: deus me⁹ uolui et legē tuā in medio cordis mei. Annūciaui iusticiā tuā in ecclia magna: ecce labia mea nō phibebo dīne tu scisti. Iusticiā tuā nō abscondi in corde meo: ueritatē tuā et salutare tuū dixi. Non abscondi misericordiā tuā et ueritatē tuā: a cōsilio multo. Tu aūt dīne ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia et ueritas tua semp suscepērūt me. Quoniam circundederūt me mala quorū non est numerus: cōprehenderūt me iniquitates mee: et nō potui ut viderem. Multiplicate sunt sup capillos capitis mei: et cor meū dereliquit me. Complaceat tibi dīne ut eruas me: dīne ad adiuuādū me respice. Confundantur et reuereanē simul: q̄ querunt animā meam ut auferant eam. Auertātur retrorsum et reuerētur: qui uolūt michi mala. Ferant cōfestim cōfusionē suā: qui dicunt michi euge euge. Exultent et letentur sup te omnes querentes te: et dicāt semp magnificetur dīns qui diligunt salutare tuū. Ego aūt mendicus sum et pauper: dīns sollicitus est mei. Adiutor meus et protector meus tu es: deus meus ne tardaueris.

In finem ps̄ dō ul' ifīz intellecto dauid ··

xl.

Beatus qui intelligit sup egenum et pauperē: in die mala liberabit eū dīns. Dominus cōseruet eū et uiuificet eū: et beatū faciat eū in terra: et nō tradat eū in aīmam inimicorū eius. Dominus opē ferat illi sup lectū doloris eius: uniuersum stratū eius uersasti in infirmitate eius. Ego dixi dīne miserere mei: sana aiam meā quia peccaui tibi. Inimici mei dixerūt mala michi: quādo morietur et peribit nomē eius? Et si ingrediebat ut videret uana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras: et loquebat in idipsum.

H

Aduersum me susurrabāt oēs inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi. Verbū iniquū constituerunt aduersū me: nunquid qui dormit nō adiciet ut resurgat? Etenim homo pacis mee in quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit supe me supplantationē. Tu aūt dne miserere mei: z resuscita me et retribuā eis. In hoc cognoui quoniā voluisti me: qm non gaudebit inimicus meus sup me. Me aūt propter innocentiā suscepisti: z confirmasti me in conspectu tuo in eternū. Benedictus dns deus isrl a seculo i seculū: fiat fiat. In fine intellect? filius chore.

xli Quemadmodū desiderat cervus ad fontes aquarū: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deū fortem viuū: quādo veniam z apparebo ante faciē dei? Fuerunt mihi lacrime mee panes die ac nocte: dū dicit mihi quotidie ubi est deus tuus. Hec recordatus fui et effudi in me animā meā: qm transibo in locum tabernaculi admirabilis usq; ad domum dei. In voce exultationis et confessionis: sonus epulātis. Quare tristis es anima mea: z quare conturbas me? Spera in deo qm adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Ad metipm anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra iordanis et hermonijm a mōte modico. Abissus abissum inuocat: in voce catharactarū tuarum. Omnia excelsa tua et fluct? tui super me transierūt. In die mādauit dns misericordiam suā: z nocte canticum eius. Apud me oratio deo vite mee: dicā deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei: et quare contristatus incedo dū affligit me inimicus? Dum confringuntur ossa mea: exprobrauerūt mihi qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt mihi per singulos dies ubi est deus tuus: quare tristis es anima mea et quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. In finē psalmus dauid.

xlii Iudica me deus z discerne causā meā de gente nō sancta: ab homine iniquo et doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti z quare tristis incedo dū affligit me inimicus? Emitte lucē tuā z veritatē tuā: ipa me deduxerūt z adduxerūt in montem sanctū z in tabernacla tua. Et introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuentutem meā. Confitebor tibi in cythara deus deus meus: quare tristis es aīa mea et quare conturbas me? Spera i deo qm adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei z deus meus. In finē filijs chore ad intellectum

xliii Deus auribus nostris audiuim?: patres nri anunciauerunt nobis. Opus qd operat? es i diebus eoz: et in diebus antiquis. Manus tua gentes dispersit et plantasti eos: afflixisti pplos et expulisti eos. Nec enī in gladio suo possederūt terrā: et brachiū eorū non saluauit eos. Sed dextera tua z brachiū tuū et illuminatio vultus tui: quoniā complacuisti in eis. Tu es ipse rex meus z deus meus: q mandas salutes iacob. In te inimicos nros ventilabimus cornu: z in nomine tuo spernem? insurgētes in nobis. Non enī in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me. Saluasti enī nos de affligētibz nos: et odientes nos confudisti. In deo

laudabimur tota die: et in nomine tuo confitebimur in seculum. Tunc autem repulisti et confudisti nos: et non egredieris in virtutibus nostris. Avertisti nos retrorsū post inimicos nostros: et qui oderunt nos diripiebant sibi. Dedisti nos tanq̄ oves escarum: et in gentibꝫ dispersisti nos. Vendidisti populū tuum sine pcio: et non fuit multitudo ī commutationibus eorum. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsannationem et derisum hijs qui sunt in circuitu nostro. Posuisti nos in similitudinem gentibus: commotionem capitis in populis. Tota die verecundia mea contra me est: et confusio faciei mee cooperuit me. A voce exprobrantis ⁊ obloquentis: a facie inimici et persequentis. Hec omīa venerūt super nos nec obliti sumus te: et inique non egimus in testamento tuo. Et non recessit retro cor nostrum: et declinasti semitas nostras a via tua. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: ⁊ cooperuit nos umbra mortis. Si obliti sumus nomen dei nostri: et si expandimus manus nostras ad deum alienum. Nonne deꝰ requiret ista? ipse enim novit abscondita cordis. Quoniam propter te mortificam̄ tota die: estimati sumus sicut oves occisionis. Exsurge quare obdormis domine: exsurge et ne repellas in finem. Quare faciē tuam avertis obliviscieris inopie nostre: et tribulationis nostre. Quoniam humiliata ē ī pulvere aīa nr̄a: ↄglutinatus ē ī tra venter noster. Exsurge dn̄e adiuva nos: et redime nos ꝑpter nomen tuū. In fiē; p hys q̄ ↄmūbūr filys chore ad ītellectū cātici p dilecto

xliiii Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribe: velociter scribentis. Speciosus forma pre filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Accingere gladio tuo: sup femur tuū potentissime. Specie tua et pulcritudine tua: intēde prospere procede et regna. Propter veritatem ⁊ mansuetudinem et iusticiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute: populi sub te cadent in corda inimicorum regis. Sedes tua deꝰ ī seculū secli: virga directionis virga regni tui. Dilexisti iusticiam et odisti iniq̄tatem: propterea unxit te deus deus tuꝰ oleo leticie pre consortibus tuis. Mirra et gutta et casia a vestimentis tuis: a domibus eburneis ex quibꝫ delectaverunt te filie regum ī honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varietate. Audi filia ⁊ vide et inclina aurem tuam: et obliviscere populum tuum et domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse ē dominus deus tuus ⁊ adorabūt eum. Et filie tyri in muneribꝫ: vultum tuum deprecabūtur omnes divites plebis. Omnis gloria eius filie regis abintus: ī fimbrijs aureis circumamicta varietatibꝫ. Adducētur regi virgines post eam: proxime eiꝰ afferentur tibi. Afferentur in leticia et exultatione: adducentur ī templū regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnē terrā. Memor ero nominis tui domine: in omni generatione et generatione. Propterea ꝑpli confitebuntur tibi ī eternū: ⁊ ī seculum seculi.

In finē ps̄ dauid pro archa nis

xlv Deus noster refugium et virtus: adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra: et transferent̄ montes in cor maris. Sonauerunt et turbate sunt aque eorum: cōturbati sunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo. Conturbate sunt gentes et inclinata sunt regna: dedit uocem suam mota ē terra. Dominus uirtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob. Venite et uidete opera dominī que posuit prodigia sup terram: auferens bella usq; ad finem terre. Arcum cōteret et confringet arma: et scuta comburet igni. Vacate et uidete quoniam ego sum deus: exaltabor in gentibus et exaltabor in terra. Dominus uirtutum nobiscū: susceptor noster deus iacob.

In finē ps̄ da° pro filys chore.

xlvi Omnes gētes plaudite manibs: iubilate deo in uoce exultationis. Quoniā dns excelsus terribilis: rex magnus super oīem terram. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis hereditatem suam: speciem iacob quā dilexit. Ascendit deus in iubilo: et dominus in uoce tube. Psallite deo nostro psallite: psallite regi nro psallite. Quoniam rex omnis terre deus: psallite sapienter. Regnabit deus super gentes: deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populorum congregati sunt cum deo abraham: quoniā dii fortes terre uehementer eleuati sunt.

ps̄ l' laus cātici filiorū l' filiys chore 2° Sabbō

xlvii Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Fundatur exultatione uniuerse terre: mons syon latera aquilonis ciuitas regis magni. Deus in domibs eius cognoscet̄: cū suscipiet eam. Quoniam ecce reges terre congregati sunt: conuenerunt in unū. Ipsi uidētes sic admirati sunt: conturbati sūt commoti sunt: tremor apprehendit eos. Ibi dolores ut parturiēs: in spiritu uehementi conteres naues tharsis. Sicut audiuimus sic uidimus in ciuitate domini uirtutū in ciuitate dei nostri: deus fundauit eam in eternū. Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio templi tui. Secūdum nomen tuū deus sic et laus tua in fines terre: iustitia plena ē dextera tua. Letetur mons syon et exultent filie iude: propter iudicia tua dne. Circundate syon et complectimini eā: narrate in turribus eius. Ponite corda uestra in uirtute eius: et distribuite domos eius ut narretis in progenie altera. Quoniā hic ē deus deus noster in eternū et in seculū seculi: ipe reget nos in secula.

In finē filys chore ps̄ dauid.

xlviii Audite hec omnes gentes: auribus percipite oīes qui habitatis orbem. Quiq; terrigene et filij hominum: simul in unū diues et pauper. Os meum loquetur sapientiam et meditatio cordis mei prudentiā. Inclinabo in parabolā aurē meā: aperiā in psalterio propositionē meā. Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circundabit me. Qui confidūt in uirtute sua: et in multitudine diuitiarū suarū gloriantur. Frater non redimit redimet

terium·

hpnus: nō dabit deo placationē suā.
Et pciū redemptionis aīme sue:
et laborabit in eternū et viuet adhuc
in finem. Non videbit interitum cum
viderit sapientes morientes: simul in-
sipiens et stultus peribunt. Et relin-
quent alienis diuicias suas: ⁊ sepul-
cra eorum domus eorum in eternum.
Tabernacula eorum in progenie et
progenie: vocauerunt nomina sua ī
terris suis. Et homo cum in hpnore
esset non intellexit: comparatus est iu-
mentis insipientibz: ⁊ similis factus
est illis. Hec via illorum scandalum
ipsis: ⁊ postea in ore suo complace-
bunt. Sicut oues in inferno posiī
sunt: mors depascet eos. Et domi-
nabuntur eorum iusti in matutino:
et auxilium eorū veterascet in inferno
a gloria eorum. Uerumtamen deus
redimet animam meam de manu in-
feri cum acceperit me. Ne timueris cū
diues factus fuerit hpmo: ⁊ cum mul-
tiplicata fuerit gla domus ei⁹. Quo-
niam cum interierit nō sumet oīa:
neq; descendet cum eo gloria ei⁹. Qui-
a anima eius in vita ipsius benedice-
tur: confitebitur tibi cū benefeceris ei.
Introibit usq; ī progenies patrum
suorum: usq; in eternum non videbit
lumē. Homo cū ī honore esset nō in-
tellexit: cōparat⁹ ē iumētis insipiētibz:
et similis fact⁹ ē illis. Psalm⁹ a Caph.
Deus deorum dominus locutus xlix.
est: et vocauit terram. A solis
ortu usq; ad occasum: ex syon species
decoris eius. Deus manifeste veniet:
deus noster ⁊ non silebit. Ignis in
conspectu eius exardescet: et in circuitu
eius tempestas validа. Advocauit
celum desursum: et terram discernere
populū suū. Congregate illi sanctos
eius: qui ordinant testamētum eius
super sacrificia. Et annunciabunt
celi iusticiam eius: quoniam deus iu-
dex est. Audi populus meus et lo-
quar: israhel et testificabor tibi: de-
us deus tuus ego sum. Non in sacri-
ficijs tuis arguam te: holocausta au-
tem tua in conspectu meo sunt semper.
Non accipiam de domo tua vitu-
los: neq; de gregibus tuis hircos.
Quoniam mee sunt omnes fere sil-
uarum: iumenta in montibus et bo-
ues. Cognoui omnia volatilia ce-
li: et pulchritudo agri mecum est. Si
eluriero non dicam tibi: meus est e-
nim orbis terre et plenitudo ei⁹. Num-
quid mādūcabo carnes thaurorum:
aut sanguinem hircorum potabo?
Immola deo sacrificium laudis:
et redde altissimo vota tua. Et in-
uoca me in die tribulationis: eruam
te et hpnorificabis me. Peccatori au-
tem dixit deus quare tu enarras iusti-
cias meas: et assumis testamentum
meum per os tuum? Tu vero odisti
disciplinam: et proiecisti sermones
meos retrorsum. Si videbas furem
curretbas cum eo: et cum adulteris po-
cionem tuam ponebas. Os tuum a-
bundauit malicia: et lingua tua con-
cinnabat dolos. Sedens aduersus
fratrem tuum loquebaris: et aduer-
sum filium matris tue ponebas scan-
dalum: hec fecisti et tacui. Existima-
sti inique qd ero tui similis: arguam
te ⁊ statuam cōtra faciē tuam. Intel-
ligite hec q̄ obliuiscimini deū: nequā do
rapiat et non sit qui eripiat. Sacri-
ficiū laudis hpnorificabit me: et illic
iter quo ostendā illi salutare dei. ps̄ dd
cū venit ad eū nathā pphta qn̄
ul' qn̄ intrauit ad bersabee.

l. Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuā. Et secūdum multitudinem miserationū tuarum: dele iniquitatem meā. Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Quoniam iniq̄tatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui et malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibz tuis et vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi. Asperges me ysopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et letitiam: et exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus: spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proicias me a facie tua z spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde michi letitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuertent. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem vtiq;: holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non despicies. Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: ut edificentur muri ihrlm. Tunc acceptabis sacrificiū iustitie oblationes z holocausta: tunc imponēt sup altare tuū viculos.

In finem intellectus dauid cū venit doech ydumeus et nunciasset sauli venit dō in domū abimalech

lv. Quid gloriaris in malicia: qui potens es in iniquitate? Tota die iniustitiā cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolū. Dilexisti maliciam super benignitatem: iniq̄tatem magis q̄ loqui equitatem. Dilexisti omnia verba precipitationis: lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finem: euellet te z emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iusti et timebunt: et super eum ridebūt z dicent: ecce homo q̄ nō posuit deum adiutorem suum. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: et prevaluit i vanitate sua. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in misericordia dei in eternum et in seculum seculi. Confitebor tibi in seculum quia fecisti: z expectabo nomen tuū q̄m bonū i aspectu sanctoz tuoz.

Intēz intellect dauid p amalech

lm. Dixit insipiens in corde suo: non est deus. Corrupti sunt z abominabiles facti sunt in iniquitatibz: non est qui faciat bonū. Deus de celo prospexit super filios hominum: ut videat si ē intelligens aut requirēs deum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum nō est usq; ad vnum. Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam ut cibum panis? Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore vbi nō fuit timor. Quoniam deus dissipauit ossa eoz q̄ hominibz

placent: confusi sunt quoniam deus spreuit eos. Quis dabit ex syon salutare israhel: cum converterit deus captivitatem plebis sue exultabit iacob et letabitur israel. In finem in carminibus vel hymnis in titulum david cum venissent ziphei ad saul et nunciassent sauli nonne david absconditus est apud nos.

Deus in nomine tuo salvum me fac: et in virtute tua iudica me. liii.
Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt adversum me: et fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt deum ante conspectum suum. Ecce enim deus adiuvat me: et dominus susceptor est anime mee. Averte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo domine quoniam bonum est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus. In finem in carminibus vel hymnis intellectus david.

Exaudi deus orationem meam: liiii.
et ne despexeris deprecationem meam: intende michi et exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea: et conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris. Quoniam declinaverunt in me iniquitates: et in ira molesti erant michi. Cor meum conturbatum est in me: et formido mortis cecidit super me. Timor et tremor venerunt super me: et contexerunt me tenebre. Et dixi quis dabit pennas sicut columbe: et volabo et requiescam. Ecce elongavi fugiens: et mansi in solitudine. Expectabam eum qui salvum me fecit: a pusillanimitate spiritus et tempestate. Precipita domine divide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate. Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas: et labor in medio eius et iniusticia. Et non defecit de plateis eius: usura et dolus. Quoniam si inimicus meus maledixisset michi: sustinuissem utique. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimis: dux meus et notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulavimus cum consensu. Veniat mors super illos: et descendant in infernum viventes. Quoniam nequicie in habitaculis eorum: in medio eorum. Ego autem ad deum clamavi: et dominus salvavit me. Vespere et mane et meridie narrabo et annunciabo: et exaudiet vocem meam. Redimet in pace animam meam ab hiis qui appropinquant michi: quoniam inter multos erant mecum. Exaudiet deus et humiliabit illos: qui est ante secula. Non enim est illis commutatio et non timuerunt deum: extendit manum suam in retribuendo. Contaminaverunt testamentum eius: divisi sunt ab ira vultus eius: et appropinquavit cor illius. Molliti sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula. Iacta super dominum curam tuam et ipse te enutriet: et non dabit in eternum fluctuationem iusto. Tu vero deus: deduces eos in puteum interitus. Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te domine. In finem pro populo qui a sanctis longe factus est in tituli inscriptione ipsi david cum tenerent eum allophili in geth.

Miserere mei deus quoniam conculcavit me homo: lv.

tota die impugnans tribulauit me.
Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduerſum me. Ab altitudine diei timebo: ego uero in te ſperabo. In deo laudabo ſermones meos: in deo ſperaui non timebo quid faciat michi caro. Tota die uerba mea execrabantur: aduerſum me omnes cogitationes eorum in malum. Inhabitabūt et abſcondent: ipſi calcaneum meum obſeruabunt. Sicut ſuſtinuerunt animam meam pro nichilo ſaluos facies illos: in ira populos cōfringes.
Deus uitam meam annunciaui tibi: poſuiſti lacrimas meas in cōſpectu tuo. Sicut et in promiſſione tua: tunc conuertentur inimici mei retrorſum. In quacunq; die inuocauero te: ecce cognoui quoniam deus meus es. In deo laudabo uerbum: in domino laudabo ſermonem: in deo ſperaui non timebo quid faciat michi homo. In me ſunt deus uota tua: que reddam laudationes tibi. Quoniam eripuiſti animā meam de morte: et pedes meos de lapſu: ut placeā coram deo in lumine uiuentiū. In fin ne diſpdas l' cōrūpas dd' i tit' i ſcp cōe cū fugeta a facie ſaul i ſpelūca.
Miſerere mei deus miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra alarum tuarū ſperabo: donec tranſeat iniquitas.
Clamabo ad deum altiſſimum: deum qui benefecit michi. Miſit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Miſit deus miſericordiam ſuam et ueritatem ſuam: et eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus. Filij hominum dentes eorū arma et ſagitte: et lingua eorum gladius acutus. Exaltare ſuper celos deus: et in omnī terra gloria tua. Laqueum parauerūt pedibus meis: et incuruauerūt animam meam. Foderunt ante faciem meam foueam: et inciderūt in eam. Paratum cor meum deus paratum cor meum: cantabo et pſalmum dicam. Exurge gloria mea exurge pſalterium et cythara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine: et pſalmum dicam tibi in gentibus. Quoniam magnificata e uſq; ad celos miſericordia tua: et uſq; ad nubes ueritas tua.
Exaltare ſuper celos deus: et ſuper omnem terrā gloria tua. In fin ne cōr rūpas l' diſpdas dd' i tit' i ſcp cōe.
Si uere utiq; iuſticiam loquimini: recte iudicate filij hominum. Etenī in corde iniq̄tates operamini in terra: iniuſticias manꝰ ueſtre conpendiant. Alienati ſunt peccatores a uulua: errauerunt ab utero: locuti ſunt falſa. Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurde et obturantis aures ſuas. Que non exaudiet uocem incantantium: et ueneficī incantantis ſapienter. Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum confringet dominus. Ad nichilum deuenient tanq̄ aqua decurrens: intendit arcum ſuum donec infirmentur. Sicut cera que fluit auferet̄: ſupercecidit ignis et non uiderunt ſolem. Priuſq̄ intelligerent ſpine ueſtre rammum: ſicut uiuentes ſicut in ira abſorbet eos. Letabitur iuſtus cum uiderit uindictā: manus ſuas lauabit i ſanguine peccatoris. Et dicet homo ſi utiq; eſt fructus iuſto: utiq; eſt deus iudicans

eos i terra. In fine ne disperdas vel co
rumpas dd in tituli qn misit saul
et custodiunt domu eius ut iterficeret eu. lviii
Eripe me de inimicis meis deus
meus: et ab insurgẽtibus in me
libera me. Eripe me de operantibus
iniquitatem: et de viris sanguinum
salva me. Quia ecce ceperunt animã
meam: irruerunt in me fortes. Neq;
iniquitas mea neq; peccatum meum
domine: sine iniquitate cucurri et di-
rexi. Exsurge in occursum meum et
vide: et tu domine deus virtutum de-
us israhel. Intende ad visitandas
omnes gentes: non miserearis omni-
bus gentibus qui operantur iniqui-
tatem. Convertentur ad vesperam
et famem patientur ut canes: et circu-
ibunt civitatem. Ecce loquentur in
ore suo: et gladius in labiis eorum:
quoniam quis audivit? Et tu do-
mine deridebis eos: ad nichilum de-
duces omnes gentes. Fortitudinẽ
meam ad te custodiam: quia deus sus-
ceptor meus: deus meus misericor-
dia eius preveniet me. Deus ostendi-
sti michi super inimicos meos: ne oc-
cidas eos nequando obliviscantur
populi mei. Disperge illos ĩ virtute
tua: et depone eos protector meus do-
mine. Delictum oris eorum: sermo-
nem labiorum ipsorum: et compre-
hendantur in superbia sua. Et de
execratione et mendacio annuncia-
buntur in consumatione: in ira con-
sumationis et non erunt. Et scient
quia deus dominabitur iacob: et fi-
nium terre. Convertentur ad vespe-
ram et famem patientur ut canes: et
circuibũt civitatem. Ipsi dispergen-
tur ad manducandum: si vero non
fuerint saturati et murmurabũt. Ego
autem cantabo fortitudinem tuam:
et exaltabo mane misericordiam tu-
am. Quia factus es susceptor meus:
et refugium meum in die tribulatio-
nis mee. Adiutor meus tibi psallã:
quia deus susceptor meus es: deus
meus misericordia mea. In finem pro hiis
qui immutabuntur in tituli inscriptione ipsi
david in doctrina cum succendit me-
sopotamiam vel sirie vel siria so-
bal et convertit ioab et percussit edom
in valle salinarum xii milia. lix.
Deus repulisti nos et destruxisti
nos: iratus es et misertus es
nobis. Commovisti terram et con-
turbasti eam: sana contritiones eius
quia cõmota est. Ostendisti populo
tuo dura: potasti nos vino compun-
ctionis. Dedisti metuentibus te signi-
ficationem: ut fugiant a facie arcus.
Ut liberentur dilecti tui: salvum fac
dextera tua et exaudi me. Deus locu-
tus est in sancto suo: letabor et par-
tibor sichimam: et convallem taber-
naculorum metibor. Meus est gala-
ad et meus est manasses: et ephra-
im fortitudo capitis mei. Iuda rex
meus: moab olla spei mee. In y-
dumeam extendam calciamentũ me-
um: michi alienigene subditi sunt.
Quis deducet me in civitatem muni-
tam: quis deducet me usq; in ydume-
am? Nonne tu deus qui repulisti
nos? et non egredieris deus in virtu-
tibus nostris? Da nobis auxilium
de tribulatione: et vana salus homi-
nis. In deo faciemus virtutem: et
ipse ad nichilũ deducet tribulãtes nos.
In finem in ympnis ps david. lx.
Exaudi deus deprecationem me-
am: intende orationi mee. A fi-
nibus terre ad te clamavi dũ anxiaret

tor meum: in petra exaltasti me. Et
duxisti me quia factꝰ es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum. Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomẽ tuum. Dies sup dies regis adicies: ãnos eius usq; i diem generationis et generationis. Permanet in eternum in conspectu dei: misericordiam et veritatem eius quis requiret? Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi: ut reddam vota mea de die in diẽ. In fer. p ydithum ps dauid.

lxi. Nonne deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Nam et ipse deus meus et salutaris meus: susceptor meus non movebor amplius. Quousq; irruitis in hominem: interficitis universi vos: tanq; parieti inclinato et macerie depulse? Verumtamen precium meum cogitaverunt repellere: ecurri in siti: ore suo benedicebant et corde suo maledicebant. Verumtamen deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipo patiẽtia mea. Quia ipse deus meus et saluator meus: adiutor meus non emigrabo. In deo salutare meum et gloria mea: deus auxilij mei et spes mea in deo est. Sperate in eo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda vestra: deus adiutor noster in eternũ. Verumtamen vani filij hominum: mendaces filij hominum in statera: ut decipiant ipsi de vanitate in idipm. Nolite sperare in iniqtate et rapinas nolite concupiscere: divitie si affluãt nolite cor apponere. Semel locutus est deus duo hec audivi:

qa potestas dei ẽ et tibi dne misericordia: qa tu reddis unicuiq; iuxta opera sua.

ps dd cu cet in dcto ydumee.

lxii. Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Sitivit in te anima mea: quã multipliciter tibi caro mea. In terra deserta et invia et inaquosa sic in sancto apparui tibi: ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam. Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea: et in nomine tuo levabo manus meas. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: et labijs exultationis laudabit os meum. Si memor fui tui super stratum meum: in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus. Et in velamento alarum tuarũ exultabo: adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua. Ipsi vero invanum quesierunt animam meam: introibunt in inferiora terre: tradentur in manus gladij: partes vulpium erunt. Rex vero letabit in deo: laudabuntur omnes qui iurant in eo: qa obstructũ ẽ os loquẽtium iniqua. In fer ps dauid.

lxiii. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Protexisti me a conventu malignantium: a multitudine operantiũ iniquitatẽ. Quia exacuerunt ut gladium linguas suas: intenderũt arcum rem amaram: ut sagittent in occultis immaculatũ. Subito sagittabũt eum et nõ timebunt: firmaverunt sibi sermonem nequam. Narraverunt ut absconderẽt laqueos: dixerunt quis videbit eos? Scrutati sunt iniquitates: defecerũt scrutantes scrutinia. Accedet homo

et cor altū: ⁊ exaltabit deus. Sagitte
paruulorum facte sunt plage eorum:
et infirmate sunt contra eos lingue
eorum. Conturbati sunt omēs qui
videbāt eos: ⁊ timuit omnis homo.
Annunciauerunt opera dei: ⁊ facta
eius intellexerunt. Letabitur iustus
in domino ⁊ sperabit in eo: et lauda-
buntur omnes recti corde. In finem ps
dauid cāticū aggei ieremie ł ezechi
elis de vbo peregrinatiōis ł de ꝓplo
tāsmigracōis cū īciperēt ꝓficisci. lxiiii.
Te decet ymnus deus in syon: et
tibi reddetur votum in ierusalē.
Exaudi orationem meam: ad te o-
mnis caro veniet. Verba iniquorū
preualuerunt super nos: et impietati-
bus nostris tu propiciaberis. Beat⁹
quē elegisti et assumpsisti: inhabita-
bit in atriis tuis. Replebimur in bo-
nis domus tue: sanctum est templū
tuum mirabile in equitate. Exaudi
nos deus salutaris noster: spes omi-
um finium terre ⁊ in mari lōge. Pre-
parans montes in virtute tua accin-
ctus potentia: qui conturbas profun-
dum maris sonū fluctuum ei⁹. Tur-
babuntur gentes ⁊ timebunt qui ha-
bitant terminos a signis tuis: exitus
matutini ⁊ vesperi delectabis. Visita-
sti terram ⁊ inebriasti eam: multipli-
casti locupletare eam. Flumen dei
repletum est aquis: parasti cibum il-
lorum quoniam ita est ꝑparatio eius.
Riuos eius inebria: multiplica ge-
nimina eius: ī stillicidiis eius letabi-
tur germināś. Benedices corone an-
ni benignitatis tue: ⁊ campi tui reple-
buntur vbertate. Pinguescent specio-
sa deserti: ⁊ exultatione colles accingen-
tur. Induti sunt arietes ouium: et
valles habūdabūt frumēto: clamabūt

etenī ymnū dicēt. In fine cantic psal
m in resurrectiōe. lxv.
Iubilate deo omnis
terra: psalmum dicite nomini eius:
date gloriam laudi eius. Dicite deo
quā terribilia sunt opera tua domine:
in multitudine virtutis tue mentient
tibi inimici tui. Omnis terra adoret
te ⁊ psallat tibi: psalmum dicat no-
mini tuo. Venite ⁊ videte opera dei:
terribilis in cōsiliis sup filios hominū.
Qui conuertit mare in aridam: in
flumine pertransibunt pede: ibi letabi-
mur in ipso. Qui dominatur in vir-
tute sua in eternū: oculi eius sup gen-
tes respiciunt: qui exasperant non ex-
altent in semetipsis. Benedicite gen-
tes deum nostrum: et auditam facite
vocem laudis eius. Qui posuit ani-
mam meam ad vitam: ⁊ non dedit
in commotionem pedes meos. Quo-
niam probasti nos deus: igne nos
examinasti sicut examinatur argentū.
Induxisti nos in laqueum: posui-
sti tribulationes in dorso nostro: im-
posuisti homines super capita nostra.
Transiuimus per ignem ⁊ aquam:
et eduxisti nos ī refrigerium. Introi-
bo in domum tuam in olocaustis:
reddam tibi vota mea que distinxerūt
labia mea. Et locutum est os meū:
in tribulatione mea. Olocausta me-
dullata offeram tibi cum incensu ari-
etum: offeram tibi boues cum hircis.
Venite audite ⁊ narrabo omēs q̄ ti-
metis deū: quanta fecit anime mee.
Ad ipsum ore meo clamaui: et exul-
taui sub lingua mea. Iniquitatem
si aspexi in corde meo: non exaudiet
dominus. Propterea exaudiuit de-
us: ⁊ attendit voci deprecationis mee.
Benedictus deus: qui nō amouit o-
rationē meā et misericordiā suā a me.

In finē ī ymnis ps̄ cātici dauid.
lxvi Deus misereatur nostri et benedi-
cat nobis: illuminet uultum
suum super nos: ⁊ misereatur nostri.
Ut cognoscamus in terra uiam tu-
am: in omnibus gentibus salutare
tuum. Confiteantur tibi populi de-
us: confiteantur tibi populi omnes.
Letentur et exultent gentes: quoni-
am iudicas populos in equitate: et
gentes in terra dirigis. Confiteant̄
tibi populi deus: confiteantur tibi po-
puli omnes: terra dedit fructum suū.
Benedicat nos deus deus noster be-
nedicat nos de⁹: ⁊ metuant eū omēs
fines terre. In finē ps̄ cantici dauid.
lxvii. Exurgat deus ⁊ dissipentur ini-
mici eius: et fugiant qui ode-
runt eum a facie eius. Sicut deficit
fumus deficiant: sicut fluit cera a fa-
cie ignis sic pereant peccatores a faci-
e dei. Et iusti epulentur et exultent in
conspectu dei: et delectentur in leticia.
Cantate deo psalmum dicite nomi-
ni eius: iter facite ei qui ascendit super
occasum: dominus nomen illi. Ex-
ultate in conspectu eius: turbabuntur
a facie eius patris orphanorum ⁊ iu-
dicis uiduarum. Deus in loco san-
cto suo: deus qui inhabitare facit uni-
us moris in domo. Qui educit uin-
ctos in fortitudine: similiter eos qui
exasperant qui habitant in sepulcris.
Deus cum egredereris in conspectu
populi tui: cum pertransires in deserto.
Terra mota est: etenim celi distilla-
uerunt a facie dei synai a facie dei isra-
hel. Pluuiam uoluntariam segrega-
bis deus hereditati tue: et infirmata
est: tu uero perfecisti eam. Animalia
tua habitabunt in ea: parasti in dul-
cedine tua pauperi deus. Dominus
dabit uerbum euangelizantibus uir-
tute multa. Rex uirtutum dilecti di-
lecti: et speciei domus diuidere spolia.
Si dormiatis inter medios cleros
penne columbe deargentate: ⁊ poste-
riora dorsi ei⁹ in pallore auri. Dum
discernit celestis reges super eam niue
dealbabuntur in selmon: mons dei
mons pinguis. Mons coagulatus
mons pinguis: ut quid suspicamini
montes coagulatos? Mons ī quo
beneplacitum est deo habitare in eo:
etenim dominus habitabit in finem.
Currus dei decem milibꝫ multiplex:
milia letantium: dominus in eis ī sy-
nai in sancto. Ascendisti in altum
cepisti captiuitatem: accepisti dona
in hominibus. Etenim non creden-
tes: inhabitare dominum deū. e-
nedictus dominus die quotidie: pro-
sperum iter faciet nobis deus saluta-
rium nostrorum. Deus noster deus
saluos faciendi: et domini domini
exitus mortis. Ueruntamen de⁹ con-
fringet capita inimicorum suorum:
uerticem capilli perambulantium in
delictis suis. Dixit dominus ex ba-
san conuertam: conuertam in ꝓfun-
dum maris. Ut intinguatur pes tu-
us in sanguine: lingua canum tuo-
rum ex inimicis ab ipso. Uiderunt
ingressos tuos deus: ingressus dei
mei regis mei qui est in sancto. Pre-
uenerunt principes coniuncti psallen-
tibus: in medio iuuencularum tympa-
nistriarum. In ecclesijs benedicite de-
o: domino de fontibus israhel. Ibi
beniamin adolescentulus: in mētis
excessu. Principes iuda duces eorū:
principes zabulon ⁊ principes nepta-
lim. Manda deus uirtuti tue: confir-
ma hoc deus quod operatus es in

nobis. A templo tuo in iherusalem: tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis: congregatio thaurorum in vaccis populorum: ut excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes que bella volunt: venient legati ex egipto: ethiopia preveniet manus eius deo. Regna terre cantate deo: psallite domino. Psallite deo: qui ascendit super celum celi ad orientem. Ecce dabit voci sue vocem virtutis: date gloriam deo super israhel magnificentia eius et virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israhel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue: benedictus deus.

In finem p hys q̄ mutabuntur ipsi Dauid.

lxvm.

Saluum me fac deus: quoniam intrauerunt aque usq; ad animam meam. Infixus sū in limo profundi: et non est substantia. Veni in altitudinem maris: et tempestas demersit me. Laboraui clamans rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dum spero in deum meum. Multiplicati sunt sup capillos capitis mei: qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: que nō rapui tunc exsoluebam. Deus tu scis insipientiam meam: et delicta mea a te nō sunt abscondita. Non erubescāt in me qui exspectant te domine: domine virtutum. Non confundantur super me: qui querunt te deus israhel. Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meā. Extraneus factus sum fratribus meis: et peregrinus filijs matris mee. Quoniam zelus domus tue comedit me: et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Et operui in ieiunio animam meam: et factum est in opprobrium michi. Et posui vestimentum meum cilicium: et factus sū illis in parabolam. Aduersum me loquebantur qui sedebāt in porta: et in me psallebant qui bibebant vinū. Ego vero orationē meam ad te domine: tempus beneplaciti deus. In multitudine misericordie tue: exaudi me in veritate salutis tue. Eripe me de luto ut non infigar: libera me ab hijs qui oderūt me et de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aque: neq; absorbeat me profundum: neq; urgeat super me puteus os suum. Exaudi me domine quoniam benigna ē misericordia tua: secundū multitudinem miserationum tuarū respice me. Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me. Intende anime mee et libera eam: propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperiū meum et confusionem meam: et reuerentiam meam. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me et improperium exspectauit cor meum et miseriam. Et sustinui qui simul contristaretur et nō fuit: et qui consolaretur et non inueni. Et dederūt in escā meam fel: et in sitī mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: et in retributiones et in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant: et dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam: et furor ire tue comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta: et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam quē tu

percussisti persecuti sunt : et super dolorem vulnerum eorum addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eorum : et non intrent in iusticiam tuam. Deleantur de libro viuentium : et cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper et dolens : salus tua deus suscepit me. Laudabo nomen dei cum cantico : et magnificabo eum in laude. Et placebit deo super vitulum nouellum : cornua producentem et ungulas. Videant pauperes et letentur : querite deum et viuet anima vestra. Quoniam exaudiuit pauperes dominus : et vinctos suos non despexit. Laudent illum celi et terra : mare et omnia reptilia in eis.
Quoniam deus saluam faciet syon : et edificabuntur ciuitates iude. Et inhabitabunt ibi : et hereditate acquirent eam. Et semen seruorum eius possidebit eā : et q̄ diligunt nomē ei habitabūt i ea. In fin̄ ps̄ dō i rememoracōe de saluū eū fecit dom̄o

lxix

Deus i adiutorium meum intende : domine ad adiuuandum me festina. Confundantur et reuereantur : qui querunt animam meam. Auertantur retrorsum et erubescant : qui volūt michi mala. Auertantur statim et erubescentes : qui dicunt michi euge euge. Exultēt et letent in te omnes qui querunt te : et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt saluare tuum. Ego vero egenus et pauper sum : deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu : domine ne moreris. Ps̄ dō filiorum ionadab et prior captiuor

lxx

In te domine speraui non confundar in eternum : in iusticia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurem tuam : et salua me. Esto michi in deum protectorem et in locum munitum : ut saluum me facias. Quoniam firmamentum meum : et refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris : et de manu cōtra legem agentis et iniqui. Quoniam tu es patientia mea domine : domine spes mea a iuuentute mea.
In te confirmatus sum ex utero : de ventre matris mee tu es protector meus. In te cantatio mea semper : tanq̄ prodigium factus sum multis et tu adiutor fortis. Repleatur os meum laude ut cantem gloriam tuam : tota die magnitudinem tuam. Ne proicias me in tempore senectutis : cum deficiet virtus mea ne derelinq̄s me. Quia dixerunt inimici mei michi : et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum. Dicentes deus dereliquit eum : persequimini et comprehendite eum : quia nō est qui eripiat. Deus ne elongeris a me : deus meus in auxilium meum respice. Confundantur et deficiant detrahentes anime mee : operiantur confusione et pudore qui querunt mala michi. Ego autem semper sperabo : et adiciam super omnem laudem tuam. Os meum annūciabit iusticiam tuam : tota die salutare tuum.
Quoniam non cognoui litteraturā introibo in potentiam domini : domine memorabor iusticie tue solius. Deus docuisti me a iuuentute mea et usq; nunc : pronunciabo mirabilia tua. Et usq; in senectam et senium : deus ne derelinquas me. Donec annunciem brachium tuum : generationi omni que ventura est. Potentiam tuam et iusticiam tuam deus

usq; in altissima que fecisti magnalia: deus quis similis tibi? Quantas ostendisti michi tribulationes multas et malas: et conuersus vivificasti me: et de abissis terre iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam: et conuersus consolatus es me. Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam deus: psallam tibi in cythara sanctus israhel. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi et aia mea quā redemisti. Sed et lingua mea tota die meditabit̄ iusticiā tuā: cum confusi et reuerīti fuerīt q̄ querūt mala michi. In salomonē lxxi

Deus iudicium tuum regi da: et iusticiam tuā filio regis. Iudicare populum tuum in iusticia: et pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacem populo: et colles iusticiam. Iudicabit pauperes populi et saluos faciet filios pauperum: et humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum sole et ante lunam: i generationē et generationē. Descendet sicut pluuia in vellus: et sicut stillicidia stillantia super terrā. Orietur i diebus eius iusticia et abundantia pacis: donec auferatur luna. Et dominabitur a mari usq; ad mare: et a flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident ethiopes: et inimici eius terram lingent. Reges tharsis et insule munera offerent: reges arabum et saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes seruient ei. Quia liberabit pauperem a potente: et pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi et inopi: et animas pauperum saluas faciet. Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum: et honorabile nomen eorum coram illo. Et viuet et dabitur ei de auro arabie: et adorabunt de ipso semper: tota die benedicēt ei. Erit firmamentum in terra in summis montium: superextolletur super libanū fructus eius: et florebāt de ciuitate sicut fenū terre. Sit nomē eius benedictū in secula: ante solē permanet nomē eius. Et benedicentur in ipso oīnes tribus terre: omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus dominus deus israhel: qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in eternum: et replebit̄ maiestate eius oīs terra: fiat fiat. Defecerūt laudes dñi dō filij

Quam bonus israhel deus: his qui recto sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos: pacem peccatorum videns. Quia non est respectus morti eorum: et firmamentum i plaga eorum. In labore hominum non sunt: et cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate et impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis. Cogitauerunt et locuti sunt nequiciam: iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt in celum os suum: et lingua eorum transiit in terra. Ideo conuertetur populus meus hic: et dies pleni inuenientur in eis. Et dixerunt quomodo scit deus: et si est scientia in excelso? Ecce ipsi peccatores et abundantes in seculo: obtinuerunt diuitias. Et dixi ergo sine causa iustificaui cor meum: et lauī inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die: lxxi

et caſtigatio mea in matutinis. Si dicebã narrabo ſic: ecce nationẽ filiorũ tuorum reprobaui. Exiſtimabam ut cognoſcerem: hoc labor eſt ante me. Donec intrem in ſanctuarium dei: et intelligam in nouiſſimis eorum. Veruntamen propter dolos poſuiſti eis: deieciſti eos dum alleuarentur. Quomodo facti ſunt in deſolationem: ſubito defecerunt: perierunt propter iniquitatem ſuam. Velut ſomnium ſurgentium: domine in ciuitate tua ymaginem ipſorum ad nichilum rediges. Quia inflammatum eſt cor meum: et renes mei commutati ſunt: et ad nichilum redactus ſum et neſciui. Et iumentum factus ſum apud te: et ego ſemper tecum. Tenuiſti manum dexteram meam: et in voluntate tua deduxiſti me. et cum gloria ſuſcepiſti me. Quid enim michi eſt in celo: et a te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea et cor meũ: deus cordis mei et pars mea deus in eternum. Quia ecce qui elongãt ſe a te peribũt: perdidiſti omnes q̃ fornicantẽ abs te. Michi autẽ adherere deo bonũ eſt: ponere in dño deo ſpẽ meã. Vt annunciem omnes predicationes tuas: in portis filie ſyon.

Intellectus aſaph.

Vt quid deus repuliſti in finẽ: iratꝰ eſt furor tuꝰ ſuper oues paſcue tue? Memor eſto congregationis tue: quam poſſediſti ab initio. Redemiſti virgam hereditatis tue: mons ſyon in quo habitaſti in eo. Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem: quanta malignatus eſt inimicus in ſancto? Et gloriati ſunt qui oderunt te: in medio ſolemnitatis tue. Poſuerunt ſigna ſua ſigna et non cognouerunt: ſicut in exitu ſuper ſummum. Quaſi in ſilua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipm: in ſecuri et aſcia deiecerunt eam. Incenderunt igni ſanctuarium tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui. Dixerũt in corde ſuo cognatio eorum ſimul: quieſcere faciamus omnes dies feſtos dei a terra. Signa noſtra non vidimus: iam non eſt propheta: et nos nõ cognoſcet amplius. Vſquequo deus improperabit inimicus: irritat aduerſarius nomen tuum in finem. Ut quid auertis manum tuam et dexteram tuam: de medio ſinu tuo in finem. Deus autem rex noſter ante ſecula: operatus eſt ſalutem in medio terre. Tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis. Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum eſcam populis ethiopum. Tu dirupiſti fontes et torrentes: tu ſiccaſti fluuios ethan. Tuus eſt dies et tua eſt nox: tu fabricatus es auroram et ſolem. Tu feciſti omnes terminos terre: eſtatem et ver tu plaſmaſti ea. Memor eſto huius: inimicus improperauit domino: et populus inſipiens incitauit nomẽ tuum. Ne tradas beſtiis animam confitentem tibi: et animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. Reſpice in teſtamentum tuũ: quia repleti ſunt qui obſcurati ſunt terre domibus iniquitatum. Ne auertatur humilis factus confuſus: pauper et inops laudabunt nomẽ tuum. Exſurge deus iudica cauſam tuam: memor eſto improperiorum tuorum eorum qui ab inſipiente ſunt tota die. Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorum: ſuperbia eorum q̃ te oderũt

ascēdit semp. In finē ne disperdas ut
Confitebimur ps cantici asaph.
tibi deus confitebimur: et inuo- lxxiiii
cabimus nomen tuum. Narrabi-
mus mirabilia tua: cum accepero
tempus ego iusticias iudicabo. Li-
quefacta est terra et omnes qui habi-
tant in ea: ego confirmaui columnas
eius. Dixi iniquis nolite inique age-
re: et delinquentibus nolite exaltare
cornu. Nolite extollere in altum cor-
nu vestrum: nolite loqui aduersum
deum iniquitatem. Quia neqz ab o-
riente neqz ab occidente neqz a deser-
tis montibus: quoniam deus iudex
est. Hunc humiliat et hunc exaltat:
quia calix in manu domini vini me-
ri plenus mixto. Et inclinauit ex
hoc in hoc: verumtamen fex eius nō
est exinanita: bibent ex eo omnes pec-
catores terre. Ego autem annunci-
abo in seculum: cantabo deo iacob.
Et omnia cornua peccatorum con-
fringam: et exaltabuntur cornua iu-
sti. In finē in carminibus cantici as-
siriorum psalmus asaph.
Notus in iudea deus: in israhel lxxv.
magnum nomen eius. Et fa-
ctus est in pace locus eius: et habita-
tio eius in syon. Ibi confregit po-
tentias arcuum: scutum gladium et
bellum. Illuminans tu mirabili-
ter a montibus eternis: turbati sunt
omnes insipientes corde. Dormie-
runt somnum suum: et nichil inue-
nerunt viri diuiciarum in manibus
suis. Ab increpatione tua deus ia-
cob: dormitauerunt qui ascenderunt
equos. Tu terribilis es et quis resi-
stet tibi: ex tunc ira tua. De celo audi-
tum fecisti iudicium: terra tremuit et
quieuit. Cum exsurgeret in iudiciū
deus: ut saluos faceret omnes man-
suetos terre. Quoniam cogitatio ho-
minis confitebitur tibi: et reliquie co-
gitationis diem festum agent tibi.
Uouete et reddite domino deo ve-
stro: omnes qui in circuitu eius affer-
tis munera. Terribili et ei qui aufert
spiritum principum: terribili apud o-
mnes reges terre. In finē pro idithun ps asaph.
Uoce mea ad dominum clama-
ui: voce mea ad deum et inten- lxxvi.
dit michi. In die tribulationis me-
e deum exquisiui manibus meis no-
cte contra eum: et non sum deceptus.
Renuit consolari anima mea: me-
mor fui dei et delectatus sum: et exer-
citatus sum et defecit spiritus meus.
Anticipauerunt vigilias oculi mei:
turbatus sum et non sum locutus.
Cogitaui dies antiquos: et ānos
eternos in mente habui. Et medita-
tus sum nocte cum corde meo: et exer-
citabar et scopebam spiritum meum.
Nunquid in eternum proiciet deus:
aut non apponet ut complacitior sit
adhuc? Aut in finem misericordiā
suam abscidet: a generatione in ge-
nerationē? Aut obliuiscetur misere-
ri deus: aut continebit in ira sua mi-
sericordias suas? Et dixi nunc cepi:
hec mutatio dextere excelsi. Memor
fui operum domini: quia memor ero
ab inicio mirabilium tuorum. Et
meditabor in omnibus operibus tu-
is: et in adinuentionibus tuis exerce-
bor. Deus in sancto via tua: quis
deus magnus sicut deus noster? tu
es deus qui facis mirabilia. Notā
fecisti in populis virtutem tuam: re-
demisti in brachio tuo populum tu-
um: filios iacob et ioseph. Viderūt
te aque deus viderūt te aque et timuerūt:

et turbate sunt abissi. Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes. Etenim sagitte tue transeunt: vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt choruscationes tue orbi terre: commota est et contremuit terra. In mari via tua et semite tue in aquis multis: et vestigia tua non cognoscentur. Deduxisti sicut oues populum tuum: in manu moysi et aaron.

Intellectus asaph

lxxvii Attendite populo meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio. Quanta audiuimus et cognouimus ea: et patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt occultata a filijs eorum: in generatione altera. Narrantes laudes domini et virtutes eius: et mirabilia eius que fecit. Et suscitauit testimonium in iacob: et legem posuit in israhel. Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filijs suis: ut cognoscat generatio altera. Filij qui nascentur et exurgent: et narrabunt filijs suis. Et ponant in deo spem suam: et non obliuiscantur operum dei: et mandata eius exquirant. Ne fiant sicut patres eorum: generatio praua et exasperans. Generatio que non direxit cor suum: et non est creditus cum deo spiritus eius. Filij effrem intendentes et mittentes arcum: conuersi sunt in die belli. Non custodierunt testamentum dei: et in lege eius noluerunt ambulare. Et obliti sunt benefactorum eius: et mirabilium eius que ostendit eis. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra egipti: in campo thaneos. Interrupit mare et perduxit eos: et statuit aquas quasi in utre. Et deduxit eos in nube diei: et tota nocte in illuminatione ignis. Interrupit petram in heremo: et adaquauit eos velut in abisso multa. Et eduxit aquam de petra: et deduxit tanquam flumina aquas. Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt excelsum in inaquoso. Et temptauerunt deum in cordibus suis: ut peterent escas animabus suis. Et male locuti sunt de deo: dixerunt nunquid poterit deus parare mensam in deserto? Quoniam percussit petram et fluxerunt aque: et torrentes inundauerunt. Nunquid et panem poterit dare: aut parare mensam populo suo? Ideo audiuit dominus et distulit: et ignis accensus est in iacob: et ira ascendit in israhel. Quia non crediderunt in deo: nec sperauerunt in salutari eius. Et mandauit nubibus desuper: et ianuas celi aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum: et panem celi dedit eis. Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantiam. Transtulit austrum de celo: et induxit in virtute sua affricum. Et pluit super eos sicut puluerem carnes: et sicut arenam maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum. Et manducauerunt et saturati sunt nimis: et desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo. Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum: et ira dei ascendit super eos. Et occidit pingues eorum: et electos israhel impediuit. In omnibus hijs peccauerunt adhuc: et non crediderunt in mirabilibus eius. Et defecerunt in vanitate dies eorum: et ani

eorum cum festinatione. Cum occideret eos quærebant eum: et reuertebantur et diluculo veniebant ad eum. Et rememorati sunt quia deus adiutor est eorum: et deus excelsus redemptor eorum est. Et dilexerunt eum in ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius. Ipse autem est miserator et propitius fiet peccatis eorū: et non disperdet eos. Et abundauit ut auerteret iram suam: et non accendit omnem iram suam. Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens et non rediens. Quotiens exacerbauerunt eum in deserto: in ira concitauerunt eum in inaquoso. Et conuersi sunt et temptauerunt deum: et sanctum israhel exacerbauerunt. Non sunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis. Sicut posuit in egipto signa sua: et prodigia sua in campo thanes. Et conuertit in sanguinem flumina eorum: et ymbres eorum ne biberent. Misit in eos cynomiam et comedit eos: et ranam et disperdidit eos. Et dedit erugini fructus eorum: et labores eorum locuste. Et occidit in grādine vineas eorū: et moros eorū in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorum: et possessionem eorū igni. Misit in eos iram indignationis sue: indignationem et iram et tribulationem: immissiones per angelos malos. Viam fecit semite ire sue: non pepercit a morte animarum eorum: et iumenta eorum in morte conclusit. Et percussit omne primogenitum in terra egipti: primitias omnis laboris eorū in tabernaculis cham. Et abstulit sicut oues populum suum: et perduxit eos tanq̄ gregem in deserto. Et deduxit eos in spe et non timuerunt: et inimicos eorum operuit mare. Et induxit eos in montem sanctificationis sue: montem quem acquisiuit dextera eius. Et eiecit a facie eorum gentes: et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum: tribus israhel. Et temptauerunt et exacerbauerunt deum excelsum: et testimonia eius non custodierunt. Et auerterunt se et non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum. In ira concitauerunt eum in collibus suis: et in sculptilibus suis ad emulationem eum prouocauerunt. Audiuit deus et spreuit: et ad nichilum redegit valde israhel. Et repulit tabernaculū silo: tabernaculum suum ubi habitauit in hominibus. Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: et pulchritudinem eorum in manus inimici. Et conclusit in gladio populum suum: et hereditatem suam spreuit. Iuuenes eorum comedit ignis: et virgines eorum non sunt lamentate. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt et vidue eorum non plorabantur. Et excitatus est tanq̄ dormiens dominus: tanq̄ potēs crapulatus a vino. Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis. Et repulit tabernaculum ioseph: et tribum effrem non elegit. Sed elegit tribum iuda: montem syon quem

dilexit. Et edificauit sicut unicor-
nium sanctificium suum: in terra
quam fundauit in secula. Et ele-
git dauid seruum suum: et sustu-
lit eum de gregibus ouium: de
post fetantes accepit eum. Pasce-
re iacob seruum suum: et israhel
hereditatem suam. Et pauit eos in
innocentia cordis sui: et in intellecti-
bus manuum suarum deduxit eos.
lxxviii Deus venerunt Psalm9 asaph.
gentes in hereditatem tuam:
polluerunt templum sanctum tuum:
posuerunt iherusalem in pomorum
custodiam. Posuerunt morticini-
a seruorum tuorum escas volatili-
bus celi: carnes sanctorum tuorum
bestijs terre. Effuderunt sangui-
nem ipsorum tanquam aquam in
circuitu iherusalem: et non erat qui
sepeliret. Facti sumus opprobri-
um vicinis nostris: subsannatio
et illusio hijs qui in circuitu nostro
sunt. Usquequo domine irasceris
in finem: accendetur velut ignis ze-
lus tuus? Effunde iram tuam in
gentes que te non nouerunt: et in
regna que nomen tuum non inuo-
cauerunt. Quia comederunt iacob:
⁊ locum eius desolauerunt. Ne me-
mineris iniquitatum nostrarum an-
tiquarum: cito anticipent nos mise-
ricordie tue: quia pauperes facti su-
mus nimis. Adiuua nos deus
salutaris noster: et propter glori-
am nominis tui domine libera nos.
Et propitius esto peccatis no-
stris propter nomen tuum: ne forte
dicant in gentibus ubi est deus e-
orum. Et innotescant in natio-
nibus coram oculis nostris: ultio

sanguinis seruorum suorum qui
effusus est. Introeat in conspe-
ctu tuo: gemitus compeditorum.
Secundum magnitudinem brachij
tui: posside filios mortificatorum. Et
redde vicinis nostris septuplum in
sinu eorum: improperium ipsorum
quod exprobrauerunt tibi domine.
Nos autem populus tu9 ⁊ oues pascu-
e tue: confitebimur tibi in seculum.
In generatione et generatione: an-
nunciabimus laudem tuam. In finē
p hys q̄ ꝯmutabūt ps pro as-
siriis testim asaph.
lxxix Qui regis israhel in-
tende: qui deducis velut o-
uem ioseph. Qui sedes super cheru-
bin manifestare: coram ephraim ben-
iamin et manasse. Excita potenti-
am tuam et veni: ut saluos facias
nos. Deus conuerte nos: et ostende
faciem tuam et salui erimus. Domi-
ne deus virtutum: quousque irasceris
super orationem serui tui? Cibabis
nos pane lacrimarum: et potum da-
bis nobis in lacrimis in mensura.
Posuisti nos in contradictionem
vicinis nostris: et inimici nostri sub-
sannauerunt nos. Deus virtutum
conuerte nos: et ostende faciem tu-
am et salui erimus. Vineam de egi-
pto transtulisti: eiecisti gentes ⁊ plan-
tasti eam. Dux itineris fuisti in con-
spectu eius: et plantasti radices eius
et impleuit terram. Operuit mon-
tes umbra eius: et arbusta eius ce-
dros dei. Extendit palmites suas
usque ad mare: et usque ad flumen pro-
pagines ei9. Ut quid destruxisti ma-
ceriam eius: et vindemiant eam o-
mnes qui pretergrediuntur viam.

Exterminauit eā aper de silua: & singularis ferus depastus ē eam. Deus virtutū conuertere: respice de celo et vide et visita vineā istam. Et perfice eā quam plantauit dextera tua: et super filiū quē cōfirmasti tibi. Incensa igni et suffossa: ab increpatione vultus tui peribūt. Fiat manus tua sup virum dextre tue: & super filiū hominis quē cōfirmasti tibi. Et nō discedimus a te: viuificabis nos & nomen tuū invocabimus. Domine deus virtutū conuerte nos: & ostende faciē tuam & salui erimus. In fi. p torcularib⁹ ps̄s ipi asaph quinta sabbati · lxxx ·

Exultate deo adiutori nr̄o: iubilate deo iacob. Sumite psalmū et date tympanū: psalterium iocundū cum cythara. Bucinate in neomenia tuba: in insignī die solemnitatis vestre. Quia p̄ceptū i isr̄l est: & iudicium deo iacob. Testimoniū in ioseph posuit illud: cum exiret de terra egipti linguam quā nō nouerat audiuit. Diuertit ab oneribus dorsum ei⁹: manus eius i cophino seruierūt. In tribulatione invocasti me & liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te apud aquā cōtradictionis. Audi populus meus & cōtestabor te: israhel si audieris me nō erit in te deus recens: neq; adorabis deum alienum. Ego enī sum dn̄s deus tuus q̄ eduxi te de terra egipti: dilata os tuū et implebo illud. Et non audiuit p̄plus meus voc̄ meam: & isr̄l non intendit michi. Et dimisi eos sc̄dm desideria cordis eor̄: ibunt in adinuentionibus suis. Si p̄plus me⁹ audisset me: isr̄l si i vijs meis ābulasset. Pro nichilo forsitan inimicos eorū humiliassem: et sup tribulātes eos misissem manū meā. Inimici dn̄i mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in secula. Et cibauit illos ex adipe frumēti: et de petra melle satiauit eos. Ps̄s asaph · lxxxi

Deus stetit in synagoga deorū: in medio autem deos diiudicat. Usquequo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis. Iudicate egeno & pupillo: humilē & pauperem iustificate. Eripite pauperē: et egenum de manu peccatoris liberate. Nescierūt neq; intellexerūt i tenebris ambulāt: mouebunt̄ omnia fundamenta terre. Ego dixi dij estis: & filij excelsi om̄es. Vos aut̄ sicut hom̄ines moriemini: & sicut unus de principibus cadetis. Surge de⁹ iudica terram: q̄m tu hereditabis in omnibus gentibus. Cantic̄ psalmi asaph lxxxn

Deus quis similis erit tibi? ne taceas neq; apescaris de⁹. Quoniam ecce inimici tui sonauerūt: et q̄ oderunt te extulerunt caput. Super populū tuū malignauerunt consilium: cogitauerūt aduersum te testamentū deposuerūt tabernacla ydumeor̄ et ismahelite. Moab et agarenī gebal et amon & amalech: alienigene cū habitantibus tyrum. Etenim assur venit cum illis: facti sunt in adiutoriū filijs loth. Fac illis sicut madian et sysare: sicut iabin i torrēte cyson. Disperierunt in endor: facti sunt ut sterc⁹ terre. Pone principes eor̄ sicut oreb et zeb: & zebee et salmana. Omnes principes eor̄: qui dixerunt hereditate possideamus sanctuariū dei. Deus

me⁹ pone illos ut rotā: et sicut stipulam āte faciē uenti. Sicut ignis qui comburit siluā: ⁊ sicut flamma comburens mōtes. Ita psequeris illos in tempestate tua: ⁊ i ira tua turbabis eos. Imple facies eoꝝ ignominia: et querent nomē tuū dñe. Erubescāt et conturbentī in seculum seculi: ⁊ confundant̄ et pereant. Ut cognoscant quia nomē tibi dñs: tu solus altissimus super omnem terram. In finem pro torculabꝰ filys chore ps·lxxxm·

Quam dilecta tabernacla tua dñe uirtutū: cōcupiscit ⁊ deficit anima mea i atria dñi. Cor meū ⁊ caro mea: exultauerūt in deū uiuū. Etenī passer inuenit sibi domū: ⁊ turtur nidū sibi ubi ponat pullos suos. Altaria tua dñe uirtutum: rex meus et deus meus. Beati qui habitant i domo tua domine: in secula seculoꝝ laudabunt te. Beatus uir cuius est auxilium abste: ascensiones in corde suo disposuit in ualle lacrimarū: in loco quē posuit. Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de uirtute i uirtutem: uidebitur deus deorū in syon. Domine deus uirtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus iacob. Protector noster aspice deus: et respice in faciē christi tui. Quia melior est dies una in atrijs tuis: super milia. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quā habitare in tabernaculis peccatoꝝ. Quia misericordiam et ueritatē diligit de⁹: gratiā ⁊ gl'iam dabit dñs. Non priuabit bonis eos qui ābulāt i innocētia: dñe uirtutū beat⁹ homo q̄ sperat i te. In fi. filys chore ps· lxxxm

Benedixisti dñe terram tuā: auertisti captiuitatē iacob. Remisisti iniquitatē plebis tue: operuisti oīa peccata eoꝝ. Mitigasti omnem irā tuam: auertisti ab ira indignationis tue. Conuerte nos de⁹ salutaris noster: ⁊ auerte irā tuā a nobis. Nunquid in eternū iraseris nobis: aut extendes iram tuā a generatione i generationē? Deus tu conuersus uiuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. Ostende nobis dñe misericordiam tuā: et salutare tuū da nobis. Audiam quid loquat̄ in me dñs de⁹: quoniā loquetur pacē i plebē suam. Et super sanctos suos: et in eos qui conuertant̄ ad cor. Verumtamen prope timentes eū salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia et ueritas obuiauerunt sibi: iustitia ⁊ pax osculate sunt. Veritas de terra orta est: et iustitia de celo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatē: et terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulabit: et ponet in uia gressus suos. Oratio dauid. lxxxv

Inclina domine aurē tuam et exaudi me: quoniā inops et pauper sum ego. Custodi aiam meam quoniā sanctus sum: saluū fac seruū tuū deus me⁹ sperantē in te. Miserere mei domine quoniā ad te clamaui tota die: letifica aiam serui tui quoniam ad te dñe aiam meā leuaui. Quoniam tu dñe suauis et mitis: ⁊ multe misericordie oīb⁹ inuocantibus te. Auribꝰ percipe dñe orationem meā: et intende uocī deprecationis mee. In die tribulatōnis mee clamaui ad te: quia exaudisti me. Non est similis tui in dijs domine: ⁊ nō est secundū opera tua. Omnes gētes quascunq; fecisti uenient ⁊ adorabunt coram te domine: ⁊ glorificabunt nomen tuum. Quoniā magn⁹ es tu ⁊ faciens

mirabilia: tu es deus solus. Deduc
me dñe in via tua: ⁊ ingrediar ĩ veri-
tate tua: letet͂ cor meum ut timeat no-
men tuū. Confitebor tibi dñe deus
meus ĩ toto corde meo: et glorificabo
nomē tuū in eternū. Quia misericor-
dia tua magna ē super me: ⁊ eruisti a-
nimā meam ex inferno inferiori. De-
us iniqui insurrexerūt sup me: ⁊ syna-
goga potentiū quesierūt aīam meā:
et non proposuerūt te ĩ conspectu suo.
Et tu dñe de⁹ miserator ⁊ misericors:
patiens ⁊ multe misēdie et verax. Re-
spice ĩ me ⁊ miserere mei: da imperiū
tuū puero tuo: ⁊ saluū fac filiū ancil-
le tue. Fac mecum signū in bonū ut
videāt q̄ oderunt me et confundant͂:
quoniā tu dñe adiuuisti me ⁊ cōsola-
tus es me. filiis chore ps cantici·
Fundamenta ei⁹ ĩ mōtib⁹ sanctis: lxxxvi·
diligit dñs portas syon sup o-
mnia tabernacula iacob. Gloriosa
dicta sunt de te: civitas dei. Memor
ero raab et babilonis: scientium me.
Ecce alienigene ⁊ tyrus et ꝑplus ethi-
opū: hij fuerūt illic. Nunquid syon
dicet homo: ⁊ homo natus est in ea:
et ipē fundauit eam altissim⁹. Domi-
nus narrabit ĩ scripturis ꝑplorum et
principū: horū q̄ fuerūt in ea. Sicut
letātiū omniū: habitatio ĩ te. Cantic̄ psi
filiis chore ĩ fiē p melech ad respōd
intellect⁹ eman ezraite. lxxxvii·
Domine de⁹ salutis mee: in die
clamaui ⁊ nocte coram te. In-
tret in conspectu tuo oratio mea: incli-
na aurē tuā ad p̄cem meā. Quia re-
pleta ē malis anima mea: ⁊ vita me-
a inferno appropinquauit. Estima-
tus sum cū descendentibus in lacum:
factus sum sicut homo sine adiutorio
inter mortuos liber. Sicut vulnerati
dormientes ĩ sepulcris quorū non es
memor amplius: ⁊ ipi de manu tua
repulsi sunt. Posuerūt me in lacu in-
feriori: in tenebrosis ⁊ ĩ umbra mor-
tis. Super me confirmatus est furor
tuus: ⁊ omēs fluctus tuos induxisti
super me. Longe fecisti notos meos
a me: posuerūt me abominationem
sibi. Tradit⁹ sum ⁊ nō egrediebar:
oculi mei languerūt pre inopia. Cla-
maui ad te dñe: tota die expandi ad
te man⁹ meas. Nunquid mortuus
facies mirabilia: aut medici suscita-
bunt ⁊ ɔfitebunt͂ tibi. Nunquid nar-
rabit aliquis ĩ sepulcro misericordiā
tuā: ⁊ veritatē tuā ĩ perditionē. Nun-
quid cognoscent͂ in tenebris mirabi-
lia tua: ⁊ iusticia tua in terra obliuio-
nis. Et ego ad te domine clamaui:
et mane oratio mea preueniet te. Ut
quid dñe repellis oratiōne meā: auer-
tis faciē tuam a me. Pauper sū ego
et in laborib⁹ a iuuentute mea: exal-
tatus aūt humiliatus sum et contur-
batus. In me transierunt ire tue: et
terrores tui ɔturbauerūt me. Circun-
dederūt me sicut aqua tota die: circun-
dederunt me simul. Elongasti a me
amicum et proximum: et notos me-
os a miseria. Intellect⁹ ethā israelite.
Misericordias dñi: in eternū can- lxxxviii·
tabo. In generatione et gene-
rationē: anūciabo veritatē tuā in ore
meo. Quoniā dixisti in eternū: mise-
ricordia edificabit͂ in celis: p̄parabit͂
veritas tua in eis. Disposui testamen-
tū electis meis: iuraui dauid seruo me-
o usq; ĩ eternū p̄parabo semē tuū. Et
edificabo ĩ generatione ⁊ generatiōnē:
sedē tuā. Confitebunt͂ celi mirabilia
tua dñe: etenī veritatē tuā in ecclesia
sanctorū. Quoniā quis in nubibus

equabit dño: similis erit deo in filijs dei. Deus qui glorificat in consilio sanctoꝝ: magnus ⁊ terribilis super omnes q̄ in circuitu ei⁹ sunt. Domine deus virtutū quis similis tibi: potens es domine: ⁊ veritas tua i circuitu tuo. Tu dñaris potestati maris: motū aut̄ fluctuū ei⁹ tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratū superbum: in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos. Tui sunt celi ⁊ tua ē terra: orbē terre ⁊ plenitudinē ei⁹ tu fundasti: aq̄lonē ⁊ mare tu creasti. Thabor et hermon i nomine tuo exultabūt: tuū brachiū cum potētia. Firmet manꝰ tua ⁊ exaltet dextera tua: iustitia et iudiciū p̄paratio sedis tue. Misericordia et veritas p̄cedent faciē tuā beat⁹ populus qui scit iubilationem. Domine in lumine vultus tui ambulabūt: et in noīe tuo exultabūt tota die: et in iustitia tua exaltabunt̄. Quoniam gloria virtutis eoꝝ tu es: et i beneplacito tuo exaltabit cornu nostrū. Quia dñi ē assumptio nra: ⁊ sancti isrl regis nri. Tunc locutus es in visione sanctis tuis: ⁊ dixisti posui adiutoriū in potēte: ⁊ exaltaui electū de plebe mea. Inueni dauid seruū meū: oleo scō meo unxi eum. Manꝰ enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confirmabit eū. Nichil p̄ficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniq̄tatis non apponet nocere ei. Et cōminuā a facie ipius inimicos eius: et odientes eos in fugā conuertā. Et veritas mea ⁊ misericordia mea cum ipo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponā in mari manum ei⁹: ⁊ in fluminibz dexteram eius. Ipse invocabit me pater meꝰ es tu: deꝰ meꝰ ⁊ susceptor salutis mee. Et ego p̄mogenitū ponā illū: excelsū p̄ regibz terre. In eternū seruabo illi misericordiā meā: et testamentū meū fidele ipi. Et ponā in seculū seculi semen ei⁹: et thronū ei⁹ sicut dies celi. Si aut̄ dereliquerint filij ei⁹ legem meā: ⁊ in iudicijs meis nō ambulauerit. Si iustitias meas profanauerit: ⁊ mādata mea non custodierint. Visitabo i virga iniquitates eoꝝ: ⁊ in verberibz peccata eorū. Misericordiā aūt meā nō dispergam ab eo: neq; nocebo in veritate mea. Neq; profanabo testamentū meū: et q̄ procedūt de labijs meis nō faciā irrita. Semel iuraui i sancto meo si dauid mentiar: semen ei⁹ i eternū manebit. Et thronus ei⁹ sicut sol i conspectu meo: et sicut luna p̄fecta in eternum: et testis i celo fidelis. Tu vero repulisti ⁊ despexisti: distulisti xp̄m tuū. Euacuasti testamentū serui tui: profanasti in terra sanctuariū eius. Destruxisti oēs sepes eius: posuisti firmamētū eius formidinem. Diripuerūt eū oēs transeūtes uiā: factus ē opprobriū vicinis suis. Exaltasti dexterā deprimentiū eū: letificasti oēs inimicos ei⁹. Auertisti adiutoriū gladij ei⁹ ⁊ non es auxiliatus ei in bello. Destruxisti eū ab emundatione: et sedem ei⁹ in terra collisisti. Minorasti dies temporis ei⁹: perfudisti eū confusione. Usquequo dñe auertis in finē: exardescet sicut ignis ira tua? Memorare que mea substātia nunquid enim vane cōstituisti omnes filios hominū? Quis est hō qui viuet ⁊ non videbit mortem: eruet animam suā de manu inferi? Ubi sunt misericordie tue antique domine: sicut iurasti dauid i veritate tua? Memor esto dñe opprobrij seruoꝝ tuoꝝ: q̄d cōtinui in sinu meo multaꝝ gentiū.

Quod exprobrauerunt inimici tui dñe: qđ exprobrauerũt cõmutationẽ xristi tui. Benedictus dñs in eternum: fiat fiat. Oõ moysi hõis dei·lxxxviii·

Domine refugiũ factꝰ es nobis: a generatione in generationem. Priusq̃ montes fierẽt aut formaretur terra et orbis: a seculo et in seculũ tu es deus. Ne auertas hominẽ in humilitatem: et dixisti convertimini filij hominum. Quoniã mille ãni ãte oculos tuos: tanq̃ dies hesterna que pterijt. Et custodia in nocte: q̃ pro nichilo habentꝫ eos ãni erunt. Mane sicut herba transeat: mane floreat et trãseat: vespere decidat induret et arescat. Quia defecimꝰ in ira tua: et in furore tuo turbati sumꝰ. Posuisti iniqtates nras in aspectu tuo: seculũ nrm in illuminatione vultꝰ tui. Quoniã omnes dies nostri defecerũt: et in ira tua defecimus. Anni nri sicut aranea meditabunt: dies ãnoꝝ nostroꝝ in ipis septuaginta anni. Si aute in potentatibꝫ octoginta ãni: et amplius eoꝝ labor et dolor. Quoniã supuenit mansuetudo: et corripiemur. Quis nouit potestatẽ ire tue: et pre timore tuo irã tuã dinumerare? Dexteram tuã sic notã fac: et eruditos corde in sapiẽtia. Conuertere dñe usquequo: et deprecabilis esto sup seruos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauimꝰ et delectati sumꝰ in omnibꝫ diebꝫ nris. Letati sumꝰ pro diebus quibꝫ nos humiliasti: annis quibꝫ vidimus mala. Respice in seruos tuos et in opera tua: et dirige filios eoꝝ. Et sit splendor domini dei nostri sup nos: et opera manuũ nrarꝫ dirige sup nos: et opus manuũ nrarũ dirige. Laus

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione cantici ipsi dd. lxxxx·

dei cli commorabit. Dicet domino susceptor meus es tu et refugiũ meum deus meus: sperabo in eũ. Quoniã ipe liberabit me de laqueo venantiũ: et a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eiꝰ sperabis. Scuto circundabit te veritas eiꝰ: non timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die: a negotio perambulãte in tenebris: ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille: et decem milia a dextris tuis: ad te aũt non appropinquabit. Verumtamẽ oculis tuis cõsiderabis: et retributionẽ peccatoꝝ videbis. Quoniam tu es dñe spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuũ. Non accedet ad te malũ: et flagellũ nõ appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniã angelis suis mandauit de te: ut custodiãt te in omnibꝫ viis tuis. In manibꝫ portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuũ. Super aspidẽ et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem et draconẽ. Quoniã in me sperauit liberabo eũ: protegã eũ quñ cognouit nomen meum. Clamauit ad me et ego exaudiã eũ: cum ipo sum in tribulatione: eripiã eũ et glorificabo eũ. Longitudine dierꝫ replebo eũ: et ostendã illi salutare meũ. ps cãtici in die sabbati· lxxxxi·

Bonũ est confiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. Ad annũciandũ mane misericordiam tuã: et veritatẽ tuã p noctẽ. In decacordo psalterio: cum cãtico in cythara. Quia delectasti me dñe in factura tua: et in operibus manuũ tuarꝫ exultabo. Quã magnificata sũt opera tua domine: nimis profunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiẽs nõ cognoscet: et stultꝰ nõ intelliget hec. Cum

egrti fuerint peccatores sicut fenū: et
apparuerūt oēs q̄ operant iniq̄tatē.
Ut intereāt in seculū seculi: tu autem
altissim⁹ in eternū dñe. Quoniā ecce
inimici tui dñe qm̄ ecce inimici tui per-
ibunt: et dispergent oēs q̄ operātur
iniq̄tatem. Et exaltabit sicut unicor-
nis cornu meū: et senectus mea in mi-
sericordia uberi. Et despexit oculus
meus inimicos meos: et insurgētibz
in me malignātibz audiet auris me-
a. Iustus ut palma florebit: sicut
cedrus libani multiplicabit. Plātati
in domo dñi: in atriis dom⁹ dei nr̄i
florebunt. Adhuc multiplicabuntur
in senecta uberi: et bene patientes erūt
et annūcient. Quoniā rectus domi-
nus deus noster: et non est iniquitas
in eo. Laus cātici ipi dō. in sabbm qn̄
fundata est terra. lxxxxm.

Dominus regnauit decorē indu-
tus est: indut⁹ ē dñs fortitudinē
et p̄cinxit se. Etenim firmauit orbem
terre: q̄ nō commouebit. Parata se-
des tua ex tūc: a seculo tu es. Eleua-
uerūt flumina dñe: eleuauerūt flumi-
na uocem suā. Eleuauerūt flumina
fluctus suos: a uocibz aquaz multaz.
Mirabiles elationes maris: mira-
bilis in altis dñs. Testimonia tua
credibilia facta sūt nimis: domū tuā
decet sanctitudo domine in longitu-
dinē dier. Ps dau⁹ q̄rta sabbi. lxxxxm

Deus ultionū dñs: deus ultionū
libere egit. Exaltare q̄ iudicas
terrā: redde retributionē superbis. Us-
quequo peccatores dñe: usquequo
peccatores gloriabunt? Effabunt
et loquent iniq̄tatē: loquentur oēs
qui operant iniustitiā? Populum
tuū dñe humiliauerūt: et hereditatem
tuā uexauerunt. Uiduā et aduenam
interfecerūt: et pupillos occiderūt. Et
dixerūt nō uidebit dñs: nec intelliget
de⁹ iacob. Intelligite insipientes in
ppl̄o: et stulti aliquando sapite. Qui
plātauit aurē nō audiet: aut q̄ finxit
oculū nō cōsiderat? Qui corripit gen-
tes nō arguet: qui docet hominē sci-
entiā? Dominus scit cogitationes
hominū: qm̄ uane sūt. Beat⁹ hom⁹
quē tu erudieris dñe: et de lege tua do-
ceris eū. Ut mitiges ei a diebz ma-
lis: donec fodiatur peccatori fouea.
Quia nō repellet dñs plebē suā: et
hereditatē suā non derelinquet. Quo-
adusq; iustitia conuertat in iudiciū?
et qui iuxta illā? omnes q̄ recto sunt
corde. Quis cōsurget mihi aduersus
malignātes: aut q̄s stabit mecū ad-
uersus operātes iniquitatem? Nisi
q̄a dñs adiuuit me: paulominus ha-
bitasset in inferno anima mea. Si
dicebā mot⁹ ē pes me⁹: misericordia
tua dñe adiuuabat me. Secundum
multitudinē dolor⁹ meor⁹ in corde meo:
cōsolationes tue letificauerūt animā
meā. Nunquid adheret tibi sedes ini-
quitatis: qui fingis laborē in p̄cepto.
Captabunt i aiam insti: et sanguī-
nem innocentē condemnabūt. Et fact⁹
est mihi dñs i refugiū: et de⁹ me⁹ in
adiutoriū spei meī. Et reddet illis
iniquitatē ipor⁹: et in malicia eorum
disperdet eos: disperdet illos dominus
deus noster. Laus cātici ipi dō. lxxxxm.

Uenite exultem⁹ dño: iubilem⁹
deo salutari nostro. Preoccup-
em⁹ faciē eius in cōfessione: et i psal-
mis iubilem⁹ ei. Quoniam deus
magnus dominus: et rex magnus
sup oēs deos. Quia in manu ei⁹
sunt oēs fines terre: et altitudines
montiū ipi⁹ sunt. Quoniā ipsius ē

mare ⁊ ipe fecit illud: ⁊ siccā man⁹ ei⁹ formauerūt. Venite adoremꝰ et procidamus ⁊ ploremus āte dñm q̄ fecit nos: quia ipe ē de⁹ noster. Et nos pp̄lus pascue ei⁹: ⁊ oues manus eius. Hodie si voc̄ eius audieritis: nolite obdurare corda vra. Sicut in irritatione: scdm die tēptationis in deserto. Vbi tēptauerūt me pres vri: probauerūt me ⁊ viderunt opera mea. Quadragīta annis offensus fui generationi illi: ⁊ dixi semp errāt corde. Et isti nō cognouerūt vias meas: ut iurauī in ira mea si introibunt in requiem meā. ps dauid q̄n dom⁹ edificabat⁹ p̄ captīitatē. lxxxxv.

Cantate dño canticū nouū: cantate dño oīis terra. Cantate dño et benedicite nomini ei⁹: anunciate de die in die salutare ei⁹. Annunciate inter gentes gl'am ei⁹: in oīibz pp̄lis mirabilia ei⁹. Quoniā magn⁹ dñs et laudabilis nimis: terribilis est sup oīes deos. Quoniā oīes dii gentiū demonia: dñs aut̄ celos fecit. Confessio ⁊ pulcritudo i cōspectu ei⁹: sanctimonia ⁊ magnificētia i sanctificatōne ei⁹. Afferte dño patrie gentiū: afferte dño gloriā et honorē: afferte dño gloriā nomini ei⁹. Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dominū in atrio sancto ei⁹. Commoueat a facie ei⁹ uniūsa terra: dicite in gentibz quia domin⁹ regnauit. Etenim correxit orbē terre qui non commouebitur: iudicabit populos in equitate. Letentur celi et exultet terra: commoueat mare ⁊ plenitudo eius: gaudebūt campi ⁊ omnia que in eis sūt. Tunc exultabūt oīa ligna silvarum a facie domini q̄a venit: q̄m venit iudicare tra. Iudicabit orbē tre in eq̄tate: ⁊ pp̄los i veritate sua. ps dō q̄n tra ei⁹ restituta ē ei. lxxxxvi.

Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. Nubes ⁊ caligo in circuitu ei⁹: iustīcia ⁊ iudicīū correctio sedis ei⁹. Ignis ante ipsum p̄cedet: ⁊ inflammabit in circuitu inimicos ei⁹. Illuxerunt fulgura eius orbi terre: vidit ⁊ commota ē terra. Montes sicut cera fluxerūt a facie dñi: a facie dñi oīis terra. Annunciauerūt celi iustīciā ei⁹: ⁊ viderūt oīes pp̄li gl'am ei⁹. Confundāt oīes qui adorāt sculptilia: ⁊ q̄ gl'ant in simulacris suis. Adorate eū omnes angeli eius: audiuit ⁊ letata est syon. Exultauerūt filie iude: p̄pter iudicia tua dñe. Quoniā tu dñs altissimus sup oīnē terrā: nimis exaltat⁹ es super oīes deos. Qui diligitis dñm odite malū: custodit dñs aīas sanctorum suor̄: de manu peccatoris liberauit eos. Lux orta est iusto: et rectis corde letīcia. Letamini iusti in domino: et confitemini memorie sanctificationis eius. ps dauid. lxxxxvii.

Cantate domino canticum nouū: quia mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera ei⁹: ⁊ brachiū sanctum eius. Notum fecit dñs salutare suū: in cōspectu gentiū revelauit iustīciam suā. Recordatus ē misericordie sue: ⁊ veritatis sue domui israhel. Viderūt oīes termini terre salutare dei nostri: iubilate domino oīs terra cātate ⁊ exultate ⁊ psallite. Psallite domino in cythara in cythara et voce psalmi: in tubis ductilibus et voce tube cornee. Iubilate in cōspectu regis domini: moueat mare ⁊ plenitudo eius: orbis terra⁹ ⁊ q̄ habitant in eo. Flumina

plaudēt manu simul: montes exultabunt a ꝺspectu dñi: quī venit iudicare terrā. Iudicabit orbē terraꝝ ī iustitia: ⁊ pplos in equitate. Ps̄ dō. lxxxxvm.

Dominꝰ regnauit irascant̄ pplī: qui sedet sup̄ cherubin moueat terra. Dominus in syon magnus: ⁊ excelsus sup̄ oēs pplos. Confiteant̄ nomini tuo magno quī terribile et sanctū ē: ⁊ honor regis iudiciū diligit. Tu parasti directiones: iudiciū et iustitiā ī iacob tu fecisti. Exaltate dñm deū nr̄m: ⁊ adorate scabellū pedum eiꝰ quī sanctū ē. Moyses ⁊ aarō in sacerdotibꝫ eiꝰ: ⁊ samuel inter eos q̄ inuocāt nomē eiꝰ. Inuocabāt dñm et ipe exaudiebat eos: ī colūna nubis loquebat̄ ad eos. Custodiebāt testimonia eiꝰ: ⁊ p̄ceptum quod dedit illis. Domine deꝰ noster tu exaudiebas eos: deꝰ tu propitius fuisti eis: ⁊ vlciscens ī oēs adinuentiones eoꝝ. Exaltate dñm deum nr̄m: ⁊ adorate in monte sancto eiꝰ: quoniā sanctꝰ dñs deus noster. Ps̄ ī confessiōis. lxxxxix.

Iubilate dño oīs terra: seruite dño in letitia. Introite in ꝺspectu eiꝰ: in exultatione. Scitote quī dñs ipe ē deus: ipe fecit nos et nō ipi nos. Populus eius et oues pascue eiꝰ introite portas eius ī confessione: atria eius in ymnis confitemini illi. Laudate nomen eiꝰ quī suauis est dñs: ī eternū misericordia eiꝰ: ⁊ usqꝫ ī generationē et generationē veritas eiꝰ. Ps̄ ipi dō. C.

Misericordiā ⁊ iudiciū cantabo tibi dñe: psallā et intelligam ī via immaculata quādo venies ad me. Perambulabā ī innocentia cordis mei: in medio domꝰ mee. Non proponebā āte oculos meos rem iniustā: facientes p̄uaricationes odiui. Non adhesit michi cor prauū: declinantem a me malignum non cognoscebam. Detrahentem secreto proximo suo: hūc p̄sequebar. Superbo oculo et insatiabili corde: cū hoc nō edebā. Oculi mei ad fideles terre: ut sedeat mecū: ambulās ī via immaculata hic michi ministrabat. Non habitabit ī medio domus mee q̄ facit superbiā: q̄ loquit iniqua nō direxit ī cōspectu oculoꝝ meorum. In matutino interficiebam omnes peccatores terre: ut disperderem de ciuitate dñi oēs operātes iniquitatem. Oro pauper cū anxiaret̄ et coram dño effudit p̄cem suā. Ci.

Domine exaudi orationē meā: ⁊ clamor meꝰ ad te veniat. Non auertas faciē tuā a me: in quacunq; die tribulor inclina ad me aurē tuā. In quacūq; die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremiū aruerunt. Percussus sum ut fenū ⁊ aruit cor meum: q̄a oblitus sum comedere panē meū. A voce gemitus mei: adhesit os meū carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis: factꝰ sū sicut nicticorax in domicilio. Vigilaui: et factus sum sicut passer solitarius ī tecto. Tota die exprobrabāt michi inimici mei: et qui laudabant me adūsum me iurabant. Quia cinerē tanqꝫ panē māducabā: et potculū meū cū fletu miscebā. A facie ire indignationis tue: q̄a eleuās allisisti me. Dies mei sicut umbra declinauerunt: et ego sicut fenū aruī. Tu aūt dñe in eternū permanes: et memoriale tuū in generatione ⁊ generationē. Tu exurgens misereberis syon q̄a tempus miserendi eiꝰ q̄a venit tempus. Quoniā placuerunt seruis

tuis lapides ei⁹: ⁊ terre ei⁹ miserebuntur. Et timebūt gentes nomen tuū dñe: et omnes reges terre gloriā tuā. Quia edificauit dñs syon ⁊ videbit in gloria sua. Respexit in orationē humiliū: et non spreuit precem eorum. Scribant hec in generatione altera: et ppls qui creabitur laudabit dñm. Quia prospexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terrā aspexit. Ut audiret gemitus cōpeditor: ut solueret filios interemptorū. Ut ānuncient in syon nomen dñi: et laudē ei⁹ i ihrlm. In cōueniendo pplos in unū: et reges ut seruiāt dño. Respōdit ei i via virtutis sue: paucitatē dierū meor nūcia michi. Ne reuoces me i dimidio dierū meor in generationē ⁊ generationem anni tui. Initio tu dñe terrā fundasti: ⁊ opera manuū tuar sunt celi. Ipsi peribūt tu aūt pmanes: et oēs sicut vestimentū veterascēt. Et sicut opertorium mutabis eos et mutabunt: tu aūt idem ipse es: ⁊ anni tui non deficiēt. Filij seruorum tuorum habitabunt et semen eorum in seculum dirigetur. ps ipi dauid · C n·

Benedic aīa mea dño: et omnia q̄ intra me sūt nomini sāto ei⁹. Benedic anima mea dño: ⁊ noli obliuisci omnes retributiones ei⁹. Qui propiciatur oīb⁹ iq̄tatib⁹ tuis: q̄ sanat oēs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitā tuā: q̄ coronat te i miseria et miserationib⁹. Qui replet in bonis desideriū tuū: renouabit ut aquile iuuent⁹ tua. Faciens misericordias dñs: ⁊ iudiciū omnibus iniuriā patientib⁹. Notas fecit vias suas moysi: filijs isrl̄ voluntates suas. Miserator et misericors dominus: longanimis et mltū misericors. Non in petuū irascet: neq; in eternū cōminabitur. Non secūm peccata nra fecit nobis: neq; secūm iniq̄tates nras retribuit nobis. Quoniā secūm altitudinē celi a terra: corroborauit misericordiā suā sup timentes se. Quantū distat oriens ab occidente: longe fecit a nobis iniq̄tates nras. Quomodo miseret pater filior misertus est dñs timentib⁹ se: qm̄ ipse cognouit figmentum nrm. Recordat⁹ e quoniam pulvis sumus: homo sicut fenū dies ei⁹: tanq̄ flos agri sic efflorebit. Quoniā spiritus pertransibit i illo ⁊ nō subsistet: et nō cognoscet āpli⁹ locū suū. Misericordia aūt dñi ab eterno ⁊ usq; i eternum: sup timentes eū. Et iusticia illius in filios filior: his q̄ seruant testamentū ei⁹. Et memores sūt mandator ipius: ad faciendū ea. Dominus in celo parauit sedē suā: ⁊ regnū ipius oīb⁹ dominabitur. Benedicite dño oēs angeli ei⁹ potentes virtute: facientes verbū illi⁹ ad audiendā vocē sermonū ei⁹. Benedicite dño omnes virtutes ei⁹: ministri ei⁹ q̄ facitis voluntatē ei⁹. Benedicite dño oīa opera ei⁹: i oī loco dñationes ei⁹: benedic aīa mea dño. ps dauid · C m·

Benedic anima mea dño: dñe deus meus magnificatus es vehementer. Confessionē ⁊ decorē induisti amict⁹ lumine sicut vestimēto. Extendens celū sicut pellē: q̄ tegis aquis superiora ei⁹. Qui ponis nubem ascensum tuū: q̄ ambulas sup pennas ventorum. Qui facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignē urentē. Qui fundasti terrā sup stabilitatē suam: non inclinabitur in seculū seculi. Abissus sicut vestimētum amictus eius: sup mōtes stabunt aque. Ab

increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabūt. Ascendūt montes et descendunt campi: ī locum quē fundasti eis. Terminū posuisti quē nō trāsgredient: neq; auertentur operire terram. Qui emittis fontes ī conuallibus: inter medium montiū ptransibunt aque. Potabūt omnes bestie agri: expectabunt onagri in siti sua. Super ea volucres celi habitabunt: de medio petrarum dabūt voces. Rigans montes de superioribus suis: de fructu operū tuoz satiabit terra. Producens fenū iumētis: et herbā seruituti hominū. Ut educas panē de terra: et vinū letificet cor hominis. Ut exhilaret faciē ī oleo: et panis cor hominis cōfirmet. Saturabunt ligna campi et cedri libani quas plātauit: illic passeres nidificabūt. Herodii dom9 dux est eoz: montes excelsi ceruis: petra refugium herinacijs. Fecit lunam ī tempore: sol cognouit occasū suū. Posuisti tenebras et facta est nox: in ipa pertransibūt omnes bestie silue. Catuli leonū rugientes ut rapiāt: et querant a deo escā sibi. Ortus ē sol et congregati sunt: et in cubilibus suis collocabūtur. Exibit homo ad op9 suū: et ad operationē suā usq; ad vesperū. Quā magnificata sūt opera tua dne: omnia in sapientia fecisti: impleta ē terra possessione tua. Hoc mare magnum et spaciosū manibus: illic reptilia quoz non ē numerus. Animalia pusilla cū magnis: illic naues ptransibunt. Draco iste quē formasti ad illudendum ei: oīa a te expectant ut des illis escam ī tpe. Dante te illis colligēt: aperiēte te manū tuā oīa implebunt bonitate. Auertente aūt te faciē turbabuntur: auferes spiritū eoz et deficiēt: et ī puluerē suū reūtent. Emittes spiritū tuū et creabunt: et renouabis faciem terre. Sit gla dnī ī seculū: letabitur dns in operibus suis. Qui respicit terrā et facit eā tremere: q tangit montes et fumigāt. Cantabo dno in vita mea: psallā deo meo q̄diu sum. Iocundū sit ei eloquiū meū: ego vero delectabor ī domino. Deficiāt peccatores a terra et miqui ita ut non sint: benedic anima mea domino. Alla. Cm.

Confitemini dno et inuocate nomen ei9: ānunciate inter gentes opera eius. Cantate ei et psallite ei: narrate oīa mirabilia ei9: laudamini in noīe scō ei9. Letet cor querentiū dnm: querite dnm et cōfirmamini: querite faciē ei9 semp. Memento te mirabiliū ei9 q̄ fecit: prodigia ei9 et iudicia oris ei9. Semen abrahā serui ei9: filij iacob electi ei9. Ipse dns deus noster: ī uniūsa ra iudicia ei9. Memor fuit ī seculū testamēti sui: verbi quod mādauit ī mille generatōes. Quod disposuit ad abrahā: et iuramēti sui ad ysaac. Et statuit illud iacob in preceptū: et isrl' in testamentū eternum. Dicens tibi dabo terrā chanaan: funiculū hereditatis vre. Cum essent numero breui: paucissimi et incole ei9. Et ptransierūt de gēte in gentē: et de regno ad pplm alterū. Non reliquit hoīem nocere eis: et corripuit pro eis reges. Nolite tangere christos meos: et in pphetis meis nolite malignari. Et vocauit famē sup terrā: et omne firmamentū panis contriuit. Misit ante eos virū: in seruū venundat9 ē ioseph. Humiliauerūt in cōpedibus pedes ei9: ferrū ptransijt aiam ei9 donec veniret verbū ei9 eloquiū dni inflāmauit eū: misit rex et soluit eum: princeps

ppl'oꝝ et dimisit eū. Constituit eum
dūm domꝰ sue: ⁊ principē oīs possessionis sue. Et erudiret prīcipes eius
sicut semetipm: ⁊ senes eiꝰ prudētiam
doceret. Et intrauit isrl in egiptū: et
iacob accola fuit ī terra cham. Et auxit ppl'm suum uehemēter: et firmauit
eū sup inimicos eius. Conuertit cor
eoꝝ ut erudirent pl'm eius: ⁊ dolum
facerēt ī seruos eiꝰ. Misit moysen seruum suū: aaron quē elegit ipm. Posuit in eis uerba signoꝝ suoꝝ ⁊ prodigiorū: ī terra cham. Misit tenebras
et obscurauit: ⁊ nō exacerbauit sermones suos. Conuertit aquas eorū in
sanguinē: et occidit pisces eoꝝ. Et edidit terra eoꝝ ranas: ī penetrabilibꝫ
regū ipoꝝ. Dixit et uenit cynomia et
scinyphes: ī oīnibꝫ finibꝫ eorū. Posuit pluuias eorū grandine: ignem
comburentē in terra ipoꝝ. Et percussit uineas eoꝝ ⁊ ficulneas eoꝝ: et confregit lignū finium eoꝝ. Dixit et uenit
locusta et bruchus: cuius non erat numerus. Et comedit oīne fenū ī terra
eoꝝ: ⁊ comedit omnē fructū terre eoꝝ.
Et percussit oīne pmogenitū in terra
eoꝝ: pmitias oīs laboris eoꝝ. Et eduxit eos cū argento et auro: et non
erat in tribubꝫ eorū infirmus. Letata est egiptus ī profectione eoꝝ: quia
incubuit timor eoꝝ sup eos. Expandit nubem ī protectionē eorū: ⁊ ignē ut
luceret eis p noctem. Petierunt et uenit coturnix: ⁊ pane celi saturauit eos.
Dirupit petram et fluxerunt aque:
abierunt in sicco flumina. Quoniā
memor fuit uerbi sancti sui: quod habuit ad abraham puerū suū. Et eduxit ppl'm suū in exultatione: et electos
suos ī letitia. Et dedit illis regiones
gentiū: ⁊ labores pl'oꝝ possederūt. Ut

custodiant iustificationes eius: ⁊ legem eius requirāt. Alla·alla·C· v·
Confitemini dño quū bonꝰ: quoniā ī seculū misericordia eiꝰ. Quis
loquetur potētias dñi: auditas faciet oīnes laudes eiꝰ. Beati q̄ custodiunt iudiciū: et faciūt iustitiā in oīni
tēpore. Memento nrī dñe in beneplacito pl'i tui: uisita nos ī salutari tuo.
Ad uidendū in bonitate electorū tuorum: ad letandū in letitia gētis tue:
ut lauderis cū hereditate tua. Peccauimus cum pribꝫ nrīs: inuste egimꝰ,
iniq̄tatem fecimꝰ. Patres nostri in egipto nō intellexerunt mirabilia tua:
nō fuerūt memores multitudinis misericordie tue. Et irritauerūt ascendentes in mari mari rubro ⁊ saluauit eos ꝓpter nomen suū: ut notā faceret
potentiā suā. Et increpuit mare rubrum ⁊ exsiccatū est: ⁊ deduxit eos in
abissis sicut ī deserto. Et saluauit eos de manu odientiū: ⁊ redemit eos
de manu inimici. Et operuit aqua
tribulātes eos: unus ex eis nō remansit. Et crediderūt uerbis eius: et laudauerunt laudē eius. Cito fecerūt obliti sūt operū eius: non sustinuerunt
consiliū eius. Et concupierūt concupiscentiā in deserto: et temptauerūt deū
in inaquoso. Et dedit eis petitionē
ipoꝝ: ⁊ misit saturitatē in aīas eorū.
Et irritauerūt moysen ī castris: aaron sanctū dñi. Aperta est terra ⁊ deglutiuit dathan: ⁊ operuit sup cōgregationē abiron. Et exarsit ignis
in synagoga eorū: flāma combussit
peccatores. Et fecerūt uitulū ī oreb:
et adorauerūt sculptile. Et mutauerunt gl'iam suā in similitudinē uituli
comedentis fenū. Obliti sunt deum
qui saluauit eos: q̄ fecit magnalia

in egipto mirabilia ī terra cham: terribilia in mari rubro. Et dixit ut disperderet eos: si nō moyses electus ei⁹ stetisset ī cōtractione in cōspectu ei⁹. Ut auerteret iram ei⁹ ne disperderet eos: et pro nichilo habuerūt terrā desiderabilem. Non crediderūt verbo eius: et murmurauerūt ī tabernaculis suis: nō exaudierūt vocē dñi. Et leuauit manū suā sup eos: ut prosterneret eos ī deserto. Et ut deiceret semē eoꝝ ī nationibꝫ: et dispgeret eos ī regionibꝫ. Et initiati sūt beelphegor: et comederūt sacrificia mortuoꝝ. Et irritauerunt eū in adinuentionibꝫ suis: et mltiplicata ē in eis ruina. Et stetit phinees et placauit: et cessauit quassatio. Et reputatū ē ei in iusticiā: ī generatione et generationē usq; ī sempiternū. Et irritauerūt eū ad aquā cōtradictionis: et vexat⁹ ē moyses ꝓpter eos: qꝛa exacerbauerūt spiritū ei⁹. Et distinxit ī labijs suis: nō disperdiderūt gētes quas dixit dñs de⁹ illis. Et commixti sūt inter gentes: et didicerunt opera eoꝝ et seruierūt sculptilibꝫ eoꝝ: et factū ē illis in scandalū. Et immolauerūt filios suos et filias suas: dęmonijs. Et effuderūt sanguinē innocentē sanguinē filioꝝ suoꝝ et filiaꝝ suaꝝ: qꝫ sacrificauerūt sculptilibꝫ chanaan. Et interfecta est terra ī sāguinibꝫ: et cōtaminata est in operibꝫ eoꝝ: et fornicati sūt in adinuentionibꝫ suis. Et iratꝰ ē furore dñs in ꝑplm suū: et abominatus ē hereditatē suā. Et tradidit eos in manus gentiū: et dñati sunt eoꝝ q̄ oderūt eos. Et tribulauerūt eos inimici eorum: et humiliati sunt sub manibus eoꝝ: sepe liberauit eos. Ipsi aūt exacerbauerūt eū in cōsilio suo: et humiliati sunt ī iniquitatibꝫ suis. Et vidit cū tribularent: et audiuit orationem eoꝝ. Et memor fuit testamēti sui: et penituit eū secōm mltitudinē miserie sue. Et dedit eos ī miserias: in conspectu omniū q̄ cepērāt eos. Saluos fac nos dñe de⁹ noster: et congrega nos de nationibus. Et confiteamur nomini sancto tuo: et gloriari in laude tua.

Benedict⁹ dominus deus isrl a seculo et usq; in seculum: et dicet omnis populus fiat fiat. Alleluia. alla·c vi·

Confitemini dño qm̄ bon⁹: qm̄ in seclm misericordia ei⁹. Dicant q̄ redempti sunt a dño: quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos. A solis ortu et occasu: ab aquilone et mari. Errauerūt ī solitudine ī inaquoso: viā ciuitatis habitaculi nō inuenerūt. Esurientes et sitientes: aīa eorū in ipis defecit. Et clamauerūt ad dñm cū tribularētur: et de necessitatibꝫ eoꝝ eripuit eos. Et deduxit eos in viā rectā: ut irent in ciuitatē habitationis. Confitentur dño misericordie ei⁹: et mirabilia ei⁹ filijs hominū. Quia satiauit aīam inanem: et aīam esurientem satiauit bonis. Sedentes in tenebris et umbra mortis: vinctos ī mendicitate et ferro. Quia exacerbauerūt eloquia dei: et consiliū altissimi irritauerunt. Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sūt nec fuit q̄ adiuuaret. Et clamauerūt ad dñm cū tribularent: et de necessitatibꝫ eoꝝ liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis: et vincula eorū dirupit. Confiteant dño misericordie ei⁹: et mirabilia ei⁹ filijs hominū. Quia cōtriuit portas ereas: et vectes ferreos cōfregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniusticias enī suas

humiliati sūt. Omnē escā abominata est aīa eoꝝ: ⁊ appropinquauerunt usq; ad portas mortis. Et clamauerunt ad dñm cū tribularentᵉ: et de necessitatibꝫ eoꝝ liberauit eos. Misit verbum suū ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitionibꝫ eoꝝ. Confiteantᵉ domino misericordie eiꝰ: ⁊ mirabilia eiꝰ filijs hominū. Et sacrificent sacrificium laudis: ⁊ ānuncient opera eius in exultatione. Qui descendūt mare in nauibꝫ: facientes operationē ī aquis multis. Ipsi viderūt opera dñi: ⁊ mirabilia eiꝰ in profundo. Dixit ⁊ stetit spiritꝰ procelle: ⁊ exaltati sūt fluctus eius. Ascendunt usq; ad celos et descendūt usq; ad abissos: aīa eorū in malis tabescebat. Turbati sunt et moti sunt sicut ebriꝰ: ⁊ omnis sapientia eoꝝ deuorata ē. Et clamauerūt ad dñm cū tribularentᵉ: ⁊ de necessitatibꝫ eoꝝ eduxit eos. Et statuit procellam eius in aurā: ⁊ siluerunt fluctus eius. Et letati sūt quia siluerūt: ⁊ deduxit eos in portū uolūtatis eoꝝ. Confiteantur dño misericordie eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominū. Et exaltent eum ī ecclesia plebis: ⁊ in cathedra seniorꝫ laudēt eū. Posuit flumina ī desertū: et exitus aquaꝝ in sitim. Terrā fructiferam ī salsuginē: a malicia inhabitantiū in ea. Posuit desertū ī stagna aquaꝝ: ⁊ terrā sine aqua in exitus aquaꝝ. Et collocauit illic esurientes: et constituerunt ciuitatē habitationis. Et seminauerūt agros ⁊ plātauerūt vineas: ⁊ fecerūt fructum natiuitatis. Et benedixit eis ⁊ multiplicati sunt nimis: ⁊ iumēta eoꝝ nō minorauit. Et pauci facti sūt: ⁊ uexati sunt a tribulatione malorꝫ ⁊ dolore. Effusa est contemptio super principes: ⁊ errare fecit eos in inuio ⁊ non ī uia. Et adiuuit pauperē de inopia: ⁊ posuit sicut oues familias. Videbunt recti ⁊ letabunt: ⁊ omnis iniquitas oppilabit os suū. Quis sapiēs et custodiet hec: et intelliget misericordias dñi?

Alleluia. Cantᵉ psalm. ipi dō. C. vn.

Paratū cor meū deꝰ paratum cor meū: cātabo ⁊ psallā ī gla mea. Exurge psalteriū et cythara: exurgam diluculo. Confitebor tibi ī ppls dñe: ⁊ psallā tibi ī nationibꝫ. Quia magna sup celos misericordia tua: ⁊ usq; ad nubes veritas tua. Exaltare sup celos deꝰ: ⁊ supr omnē terrā gla tua: ut liberentᵉ dilecti tui. Saluū fac dextera tua ⁊ exaudi me: deꝰ locutus est in sancto suo. Exultabo ⁊ diuidā sichimam: ⁊ conuallē tabernaculorū dimetiar. Meus ē galaad ⁊ meꝰ ē manasses: ⁊ ephraim susceptio capitis mei. Iuda rex meꝰ: moab lebes spei mee. In ydumeā extendā calciamentum meū: michi alienigene amici facti sūt. Quis deducet me ī ciuitatem munitam: quis deducet me usq; in ydumeam? Nonne tu deꝰ q̄ repulisti nos: et non exibis deꝰ in uirtutibꝫ nris? Da nobis auxiliū de tribulatione: quia uana salus hominis. In deo faciemꝰ uirtutē: ⁊ ipe ad nichilū deduet inimicos nros.

In hēz ps̄ dauid C. vn.

Deus laudē meam ne tacueris: quia os peccatoris ⁊ os dolosi sup me apertū est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: ⁊ sermonibꝫ odij circumdederūt me ⁊ expugnauerunt me gratis. Pro eo ut me diligerēt detrahebāt michi: ego aūt orabam. Et posuerūt aduersum me mala pro bonis: ⁊ odiū pro dilectione mea. Constitue sup eum peccatorē:

et dyabolus stet a dextris ei⁹. Cum iudicat exeat cōdemnat⁹: et oratio ei⁹ fiat in peccatū. Fiāt dies ei⁹ pauci: et episcopatū eius accipiat alter. Fiant filij ei⁹ orphani: et uxor eius uidua. Nutantes trāsferent filij eius et mendicent: eiciant de habitatōnibz suis. Scrutetur fenerator oīem substantiā ei⁹: et diripiāt alieni labores eius. Non sit illi adiutor: nec sit qui misereat pupillis ei⁹. Fiant nati ei⁹ in interitū: i generatione una deleat nomē ei⁹. In memoriā redeat iniq̄tas p̄rm ei⁹ in cōspectu dñi: et peccatū mris eius nō deleat. Fiant ctra dominū semp: et disperat de terra memoria eorū: pro eo q⁹ nō est recordat⁹ facere misericordiam. Et persecut⁹ ē hominē inopē et mendicū: et compunctū corde mortificare. Et dilexit maledictionē et ueniet ei: et noluit benedictionē et elongabit ab eo. Et induit maledictionē sicut uestimentū: et intrauit sicut aqua i interiora ei⁹: et sicut oleū i ossibz ei⁹. Fiat ei sicut uestimentum quo operit: et sicut zona qua semper precingit. Hoc opus eoz q̄ detrahūt michi apud dñm: et q̄ loquunt mala aduersus animā meā. Et tu dñe dñe fac mecū propter nomen tuū: q̄a suauis ē misericordia tua. Libera me q̄a egenus et paup ego sū: et cor meū cōturbatū est intra me. Sicut umbra cum declinat ablatus sū: et excussus sum sicut locuste. Genua mea infirmata sunt a ieiunio: et caro mea immutata ē propter oleū. Et ego factus sum opprobriū illis: uiderūt me et mouerūt capita sua. Adiuua me dñe de⁹ meus: saluū me fac propter misericordiam tuā. Et sciant q̄a manus tua hec: et tu domine fecisti eā. Maledicēt illi et tu benedices: q̄ insurgūt in me confundant: seruus aūt tuus letabit. Induant q̄ detrahūt michi pudore: et operiantur sicut diploide cōfusione sua. Confitebor dñe nimis in ore meo: et in medio multoz laudabo eum. Quia astitit a dextris pauperis: ut saluā faceret a persequentibz aiam meā. Ps dd. C. ix

Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos: scabellum pdū tuoz. Virgā uirtutis tue emittet dñs ex syō: dñare in medio inimicoz tuoz. Tecū principiū i die uirtutis tue i splēdoribz sanctoz: ex utero ante luciferū genui te. Iurauit dñs et nō penitebit eū: tu es sacerdos i eternū secm ordinē melchisedech. Dominus a dextris tuis: confregit in die ire sue reges. Iudicabit dñs in nationibz implebit ruinas: cōquassabit capita in terra multoz. De torrente in uia bibet: propterea exaltabit caput. Alla. Cx.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: in consilio iustorum et congregatione. Magna opera domini: exquisita in omnes uolūtates ei⁹. Confessio et magnificentia opus ei⁹: et iustitia eius manet in seculū seculi. Memoriā fecit mirabiliū suoz misericors et miserator dñs: escam dedit timētibz se. Memor erit in seculū testamenti sui: uirtutē operū suorū ānunciabit populo suo. Ut det illis hereditatē gentiū: opera manuū ei⁹ ueritas et iudiciū. Fidelia oīa mādata ei⁹: confirmata in seculū seculi: facta in ueritate et equitate. Redēptionem misit populo suo: mandauit in eternū testamentū suū. Sanctū et terribile nomen eius: initiū sapientie timor dñi. Intellectus bon⁹ oībz

faciētibȝ eū: laudatō eiꝰ manet ī seclm
seclī. Alla. Reuersiōis aggei et zacha
Beatꝰ vir q̄ timet dñm: rie·c·xi·
ī mādatis eiꝰ volet nimis. Po-
tens ī terra erit semē eiꝰ: generatō recto-
rum benedicet. Gloria ⁊ diuitie ī do-
mo eiꝰ: ⁊ iusticia eiꝰ manet in seculū
seculi. Exortū ē in tenebris lumen re-
ctis: misericors ⁊ miserator et iustus.
Iocundꝰ homo q̄ miseret ⁊ commo-
dat: disponit s̄mones suos ī iudicio:
q̄a in eternum nō cōmouebit. In me-
moria eterna erit iustꝰ: ab auditione
mala nō timebit. Paratū cor eiꝰ spe-
rare ī dño: cōfirmatū ē cor eius: non
cōmouebit donec despiciat inimicos
suos. Dispersit dedit pauperibȝ: iusti-
cia eiꝰ manet ī seculū seculi: cornu eiꝰ
exaltabit in gloria. Peccator videbit
⁊ irascetur: dētibȝ suis fremet ⁊ tabescet:
desideriū peccatoꝝ pibit. Alleluia. C.xii·
Laudate pueri dñm: laudate no-
men dñi. Sit nomē dñi benedi-
ctum: ex hoc nūc ⁊ usqȝ in seculū. A
solis ortu usqȝ ad occasū: laudabile
nomē dñi. Excelsus sup oēs gen-
tes dñs: ⁊ sup celos gloria eiꝰ. Quis
sicut dñs deꝰ noster: q̄ in altis habi-
tat ⁊ humilia respicit ī celo ⁊ in terra?
Suscitās a terra inopē: ⁊ de stercore
erigēs paupere. Vt collocet eum cum
pricipibȝ: cū pricipibȝ ppli sui. Qui
habitare facit sterilem in domo: ma-
trem filiorū letantē. Alleluia. C.xiii·
In exitu israhel de egipto: domꝰ iacob
de pplo barbaro. Facta ē iudea sancti-
ficatio eiꝰ: israhel potestas eiꝰ. Mare
vidit ⁊ fugit: iordanis cōuersus ē retror-
sum. Montes exultauerūt ut arietes:
et colles sicut agni ouiū. Quid ē tibi
mare qđ fugisti: ⁊ tu iordanis q̄a con-
uersus es retrorsū. Montes exultastis
sicut arietes: ⁊ colles sicut agni ouiū.
A facie dñi mota ē tra: a facie dei ia-
cob. Qui cōuertit petrā ī stagna aquaꝝ:
et rupē in fōtes aquaꝝ. Non nobis
dñe nō nobis: sed nomini tuo da glo-
riam. Sup miscdia tua ⁊ veritate tu-
a: ne quādo dicāt gentes ubi ē deꝰ eoꝝ.
Deus aūt noster ī celo: oīa quecūqȝ
voluit fecit. Simulacra gentium ar-
gentū et aurū: opera manuū hominū.
Os habēt et nō loquent: oculos ha-
bent ⁊ nō videbūt. Aures habent et
nō audiēt: nares habēt ⁊ non odora-
būt. Manus habent ⁊ nō palpabūt:
pedes habēt ⁊ nō ambulabūt: non cla-
mabūt ī gutture suo. Similes illis
fiant q̄ faciūt ea: ⁊ oēs q̄ confidūt
in eis. Domus isrł sperauit in dño:
adiutor eoꝝ ⁊ protector eoꝝ ē. Domꝰ
aaron sperauit ī dño: adiutor eoꝝ et
protector eoꝝ est. Qui timēt dñm spe-
rauerūt ī dño: adiutor eoꝝ ⁊ protector
eoꝝ est. Dominꝰ memor fuit nostri:
et benedixit nobis. Benedixit domui
isrł: benedixit domui aaron. Benedi-
xit oībȝ qui timēt dñm: pusillis cū
maioribȝ. Adiciat dñs sup vos: su-
per vos et sup filios vr̄os. Benedicti
vos a dño: q̄ fecit celū et trā. Celum
celi dño: terrā aūt dedit filijs hominū.
Non mortui laudabūt te dñe: neqȝ
oēs qui descendūt in infernū. Sed
nos q̄ viuimꝰ benedicimꝰ dño: ex hoc
nūc ⁊ usqȝ ī seculū. Alleluia. C.xiiii·
Dilexi: quoniā exaudiet dñs
vocē orationis mee. Quia
inclinauit aurē suā michi: ⁊
in diebȝ meis inuocabo. Circumdede-
runt me dolores mortis: ⁊ pericula in-
ferni inuenerūt me. Tribulationem
et dolorē inueni: ⁊ nomē dñi inuoca-
ui. O dñe libera aīam meā: misericors

dñs ⁊ iust⁹: et de⁹ noster miserebit̃. Qui-
stodiẽs parvulos dñs: humiliatus
sum ⁊ liberavit me. Convertere aĩa
mea ĩ requiẽ tuã: qꝛa dñs benefecit ti-
bi. Quia eripuit animam meam de
morte: oculos meos a lacrimis: pe-
des meos a lapsu. Placebo domi-
no: in regione vivoꝝ. Alleluia. C·xv·
Credidi propter qđ locut⁹ sũ: ego
autẽ humiliat⁹ sũ nimis. Ego
dixi in excessu meo: omnis homo men-
dax. Quid retribuã dño: ꝓ omnib⁹
que retribuit mihi. Calicẽ salutaris
accipiã: et nomẽ dñi invocabo. Vo-
ta mea dño reddã coram omni ꝑplo ei⁹:
pretiosa ĩ ꝯspectu dñi mors sanctoꝝ ei⁹.
O dñe qꝛa ego servus tu⁹: ego servus
tuus ⁊ fili⁹ ancille tue. Dirupisti vin-
cula mea: tibi sacrificabo hostiã lau-
dis: ⁊ nomen dñi invocabo. Vota
mea dño reddã ĩ conspectu omnis popu-
li eius: in atriis domus domini ĩ
medio tui ihrlm. Alleluia. C·xvi·
Laudate dñm omnes gentes: lau-
date eũ omnes ꝑpli. Quoniam
confirmata ẽ sup nos misericordia ei⁹: ⁊ veri-
tas dñi manet ĩ eternũ. Alleluia. C·xvii·
Confitemini dño qm̃ bon⁹: qm̃
in seculũ misericordia ei⁹. Dicat nũc
israel quoniã bon⁹: qm̃ in seclm misericordia
ei⁹. Dicat nunc dom⁹ aarõ:
qm̃ in seclm misericordia ei⁹. Dicant nũc
qui timẽt dñm: qm̃ in seclm misericordia
eius. De tribulatõne invocavi dominũ:
et exaudivit me ĩ latitudine dñs.
Dominus michi adiutor: nõ timebo
qđ faciat michi homo. Dominus
michi adiutor: ⁊ ego despiciã inimicos
meos. Bonũ est cõfidere in dño:
qꝫ cõfidere ĩ hoĩe. Bonũ ẽ sperare in
dño: qꝫ sperare ĩ principib⁹. Omnes
gentes circuierũt me: ⁊ ĩ nomine dñi
quia ultus sum in eos. Circundan-
tes circundederunt me: ⁊ in nomine
dñi qꝛa ultus sum ĩ eos. Circundede-
runt me sicut apes: et exarserũt sicut i-
gnis ĩ spinis: ⁊ in nomine dñi qꝛa ultus
sum ĩ eos. Impulsus eversus sum ut
caderẽ: et dñs suscepit me. Fortitu-
do mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus est
michi ĩ salutẽ. Vox exultatõnis ⁊ sa-
lutis: ĩ tabernaculis iustorũ. Dextera
dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltavit
me: dextera dñi fecit virtutẽ. Non mo-
riar sed vivã: ⁊ narrabo opera domi-
ni. Castigãs castigavit me dñs: et
morti nõ tradidit me. Aperite michi
portas iustitie: ingressus in eas confite-
bor dño: hec porta dñi iusti intrabũt
in eã. Confitebor tibi qm̃ exaudisti
me: ⁊ factus es michi in salutẽ. La-
